

OPERA.

CONSTANTINUS AFRICANUS

1539-1536

1575/D/24
+ 1574/D/2

a347 34381

bolezo


tengo dado a la Señora Luisa Soares
p.ª el gasto duzientos y quarenta y
quatro reales
Di mas veinte y quatro
Di le mas ocho reales

a 347. 34381 (1)
1575 (2)

SVMMI IN OMNI PHILOSOPHIA VIRI CONSTANTINI AFRICANI

Medici operum reliqua, hactenus deſiderata, nuncq; primum impreſſa ex uenerandæ antiquitatis exemplari, quod nunc demum eſt inuentum. In quibus omnes communes loci, qui propriè Theorices ſunt, ita explicantur & tractantur, ut medicum futurum optimè formare & perficere poſſint: Quæcunq; enim Galenus iuſtò fuſius habet clara & docta breuitate perſtringit, & apud Hippocratem obſcurioribus mirabilem lucem addit, diſciplinarum omnium, precipuè dialectices præſidijs inſtructiſſimus autor.

Do Real Coll.o das S.ta Rita dos Ag.os Desc.os da cid.e de Coimbra



BASILEAE APVD HENRICVM PETRVM.

C 303

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

REVERENDISSIMO PATRI DOMINO DESYDERIO ABBATI Montis Caſſinenſis totius ordinis Eccleſiaſtici decori prępicuo, Conſtantinus Africanus omnia ſecunda exoptat.

MVLTI, REVERENDISSIME PATER, dubitant, Medicina ſcientia ne ſit nec ne, dumq́ ipſam ab artibus & ſcientijs excludunt, excluduntur ipſi à prędantiſſima artium medicina, dum enim tempus inutilibus quæſtionibus ſophiſticis terunt inutiliter, fit ut nunquam ad ueram utilemq́ ſpeculationem artis perueniant. Acuti homines diſputant, illam non eſſe ſcientiam, quæ magis quàm ulla alia, de naturæ operibus tractat, cohęrent autem omnia opera naturæ certiſſimo ordine, & eorum principia ſunt certiora alijs, nec facile inueniunt artē quæ ita ordine procedat, & ita aliud ex alio intelligatur. Abſolutum nemo profiteatur ſe philoſophum niſi teneat hæc, alia enim omnia huic, ut omnis philoſophiæ (ſacram excipimus philoſophiam) fini, deſeruiunt. Quid enim elementorum commixtiones iuuat ſcire, eum qui non pergit partium temperaturas & cōſtitutiones uarias diſcere, & corruptionum cauſas, membrorum ordinem & diſpoſitionem & huiuſmodi reliqua. Vnde ego euolutis omnibus bonis medicorum autoribus, ueteribus & modernis, Græcis & Latinis, maximè græcis, qui adhuc in hac facultate, ut in alijs multis, latinis præſtant, contraxi in arctum quę nimiū fuſè omnes iſti habēt, omnia quæ poſſunt perfectum medicum efficere. Quoniam multa prolixius, multa breuius mihi uidebantur ab illis ſcripta. Et non omnes poſſunt omnium libros emere. Et ſi nihil aliud profeci his meis laboribus, & nihil addidi, puto autem me multa etiam inueniſſe & addidiſſe, erunt tamen commentarij idonei interpretes Hippocratis & Galeni, nec non aliorum ſcriptorum. Quidam enim nimia uerborum prolixitate lectorem à ſe repellunt, quidam nimiū obſcura breuitate: nos modum tenuiſſe omnes quibus ſanum eſt iuditium, fatebuntur, & ſpero nullum iuſtè clamaturum fruſtra nos poſt tantos uiros ſcripſiſſe, & ſi fatear quod bene dixerunt quæ dixerunt, ſed utilitati conſulere publicæ uolui, non mei nominis gloriæ, ad quam me nihil dixiſſe, bene uidebit tua paternitas. Cupio enim inſtituere medicum, ſanis conſeruare ualetudinem bonam, non ſanis, amiſſam reſtituere commodè. Et propter hanc cauſam tam diligenter dixi morborum cauſas, & eorum naturas, ſignificationes quoq; & accidentia, his enim ignoratis, corrigere quæ præter naturam ſe habent, & curare infirma eſt

impoſſibile. Non tradidimus autem, niſi uel à nobis uel ab alijs experimento comprobata, & ratione certa cognita, ut certum ſit aliter ſe habere non poſſe. Tuæ paternitati nos commendamus ſemper, & eam ſemper ualere cupimus.

INDEX

EORVM QVAE OPE-
ri ſparſim inſunt.

A

ABominatio & uomitus unde 280
Abortus ſigna 304
Abortus cauſa fit bifariam 303
Accidentia odoratus 156
Accidentia uiſus 155
Accidentia morbi & naturę 164
Accidentia digeſtioni attinētia ſunt triplicia 170 & 171
Accidentia uirtutis expulſiuę 168 & 169
Accidentia animæ 142
Accidentia morbi 144
Accidentia cerebri & cordis 160
Accidentia ſpiritualium actionum pag. 164
Accidentia appetitus 159
Accidentia uoluntarij motus 560
Accidentia guſtus 155
Accidentia uirtutis appetitiuę 166
Accidentia in ſudore apparentia pag. 172
Accidentia auditus ſunt tria 155
Accidentia actionis naturalis 165
Accidentia tactus 156
Accidentia morbos denuntiantia ſunt triplicia 151
Accidentia morbum generantia pag. 162
Actiones ſomni diuerſæ 157
Accidentia uirtutis contentiuæ pag. 166 & 167
Actio triplex 16 & 24
Actiones animæ 141
Actionis naturalis accidentia 165
Actiones cerebri 11
Actionū ſpiritualiū accidentia 164
Acuti morbi ſcientia neceſſaria duabus de cauſis 316
Acuti morbi ſignificationes 317
Acutum morbum intelligere neceſſarium 316
Aër peſtilentialis 110
Aëris mutatio propter fumos 110
Aëris mutationem ſcire medico neceſſarium 99
Aëris mutatio propter regiones pag. 107
Aëris natura 99
Aëris mutatio propter ſtellas 106
Aëris mutatio propter uentos 106
Ætas decrepita 18 & 19
Ætas iuuenilis 18
Ætatis decrepitæ natura 18
Ætatum diuiſio 17
Alienatio ſanguinis malum 342
Aranearum ſpecies multę 235
Arborum fructus 125 & 126 & 127
Arenę ſignificatio 293
Aromatum natura 136
Ars medica omnibus præferenda pag. 1
Arteriæ naturę fuerunt neceſſariæ pag. 41
Arteticus dolor 305
Auditus accidentia tria ſunt 155
Auditus unde fit 93
Auditus inſtrumenta quæ 61
Augmentum morbi quid 315
Auricula quare neceſſaria 62
Auditus paſſiones 262
Anguſtia quid 142

Anhelitus

Anhelitus quare neceſſarius 88
Animalis uirtutis fundamentũ 91
Animalis actio 16
Animaliũ extremitates & uiſcera 128 & 129
Animalia uenenoſa 255
Animæ actiones 141
Animæ accidentia 142
Anhelitu mors uentura intelligi poteſt 332 & 333
Anni tempora quatuor 100
Anni temporum natura & de unoquoq; in ſua quantitate 100
Albedo nocet uiſui 94
Alienatio mentis 272
Apoplexia quid & unde 246
Apoplexia mortem gignit in ebrioſis 336
Apoplexiam prenuntiatiua 312
Apoplexię ſignificationes 247
Appetitiuę uirtutis accidentia 166
Appetitus defectio unde 275
Apoſtema ſplenis, ſtomachi, epatis quomodo cognoſcenda 20
Apoſtema epatis quid demonſtret pag. 340 & 341
Apoſtema in pleureticis & peripneumonicis 244
Apoſtema nigrum in collo malum pag. 337
Apoſtema in ueſica mortale 341
Apoſtemata quę mortalia ſint 341
Apoſtema in ſplene non patiuntur pag. 291
Apoſtema melancholicum 226
Apoſtema phlegmatis 225
Apoſtemata in ſtomacho naſcẽtia
Apoſtema colericũ 224 (274
Apoſtemata in ſtomacho ſunt diuerſa 278
Apoſtema omẽ 4. habet tẽpora 189
Apoſtema in cõcauitate epatis 288
Apoſtemata ſunt diuerſa 188
Apoſtematis ſpecies ſcreatu poteſt intelligi 271
Apoſtematis calidi ſignificatio 274
Apoſtema quid 222
Apoſtema in renibus 293
Apoſtematis genera duo 222
Apoſtema epatis 288
Apoſtematũ genera quatuor 222
Aquarum qualitates 132 & 133
Aquæ frigiditas uitanda 117

B

Balneum pulſum mutat 184 & 185
Balnei aqua quid faciat 115 & 116
Balnenm quibus utile, & quibus nõ pag. 114 & 115
Balnea aquæ frigidę tres habent differentias 116
Balneari qui debent 116
Balneari qui non debent 116
Barba ornamentum uiri 47
Boliſmus unde naſcitur 160
Boliſmos quid 276
Boliſmos unde ſit 276
Brachium duobus cõſtat oſſibus 32

C

Capitis propriorum dolorum ſignificationes 242
Capitis temperamentum 10
Capitis dolor in phthiſicis malũ 339
Capitis dolores unde naſcant 242
Caput ſubiectum cephalea infirmitate 10
Caloris naturalis corruptio 89
Caloris naturalis inſtrumenta 89
Caluities unde 15
Carnis ſpecies in corpore ſunt 3. 43
Carnis coctæ qualitates 129

Caro glandoſa diuidit̃ in tria 45
Caro animalium 128
Caro uolatilium 129
Carthilago quid 54
Caſei proprietas 130
Catharrus aut ex calore aut ex fri-
gore 266
Cauſa morbi triplex 146
Cauſa morbi 144
Cauſæ morborum ſiccorum 147
Cauſæ podagræ 306
Cauſa mortis 88
Cauſa ſpumæ 338
Cauſę morborum humidorũ 147
Cauſa morbi calidi 146
Cauſæ morborũ frigidorum 147
Gauſa tuſſis 162
Cauſa abortus bifaria fit 303
Cauſę morborũ officialium 148
Cibi inſtrumentorum paſſio 273
Cibus ſumit̃ unicuiq; mẽbrorũ 83
Ciborum actiones in corporibus
duplices 118
Ciborum & potuũ diuerſitas 118
Cibus & potus pulſum mutant 185
Chirurgiæ diuiſio 4
Cholera naturalis eſt quadruplex
pag. 22
Cholera nigra duplex 22
Cholerici ſignificatio 309
Cerebrum quid 55
Cerebri adiumenta 25
Cerebrũ fundamentũ neruorũ 34
Cerebrum confortantia 136
Cerebri complexio ſex modis co-
gnoſcitur 10
Cerebri actiones 11
Çerebrum principale mẽbrum 25
Cerebri complexio mala quibus
ſignificatur 20
Cerebrum circundant duo panni-
culi 56
Cerebrum dignius alijs mẽbris 55
Cephaleę ſpecies 242
Cephalea quibus ſignis cognoſca-
tur 241
Cephalea unde 240
Coitus uitandus 140
Coitus eſt triplex 139
Coitus nimia abſtinentia quid pa-
riat 139
Coitus fomes cuſtodiendę ſanita-
tis 139
Coitum quid mouet 122 & 127
Colica paſſio quid & unde 283
Colicę paſſionis ſpecies unde 284
Collum quare homo habeat 29
Colli apoſtema nigrũ malum 357
Color arenę in renibus diuerſus 293
Complexio cordis quatuor modis
cognoſcitur 12
Complexio pulmonis 14
Complexio qua de caſa mutetur
pag. 17
Complexionis mutatio propter ſe-
xum 19
Complexionis mutatio propter
ætatem 17
Complexiones pilorum 10
Complexionis temperatio diſcerni
tur ex ſuo officio 8
Complexio uel commixtio quid 7
Cõplexiones ſtomachi quomodo
cognoſcendæ 13
cõplexiõis mutatio per regionẽ 17
cõplexionis humanæ ſigna 9
complexio oculorũ quinq; modis
cognoſcitur 11
complexio mala uel calidiſſima uel
frigidiſſima eſt 89

Complexionis mutatio propter conſuetudinem 19
Complexio epatis quatuor modis conſideratᶦ 15
Complexionum diuiſio 7
Complexiones menſium perpende re oportet 101
Complexio mala cauſa morborũ ſimilium 146 & 147
Complexionis totius corporis origo 14 & 15
Complexio membrorum 9
Complexio cerebri ſex modis co/ gnoſcitur 10
Complexio ęqualis & eius ſigni/ ficatio 16
Complexio humani corporis mu/ tatur bifariæ 19
Complexio teſticulorum ex tribus intelligitᶦ 13
Complexiones ſunt nouem 7
Conceptionis tempus 302
Conceptionẽ fœminę pérdunt 302
Concipiendi ablatio propter ma/ ſculum 302
Concipiendi ablatio 301
Concatenationis membrorũ defe/ ctio unde 305
Contentiuæ uirtutis accidentia 166 & 167
Conſtipatio unde naſcatᶦ 251
Cor fundamentum ſpiritus & ſan/ guinis 330
Cor fundamentum uitæ 9
Cor duas habet concauitates 66
Cordis dolor unde 272
Cor & pectus fundamenta uitæ 339
Cordis tremor fortis mortem por tendit 339
Cordis tremor unde 272
Cordis paſſiones 272
Cordis complexio quatuor modis cognoſcitᶦ 12
Corporis ſani ſignum 19 & 20
Corpus æquale 16
Corpus ſanum 97
Corpus neutrum tripliciter intelli/ gendum 97
Corporis iuuamentũ anhelitus 88
Corporis figura 15
Corporum qualitates ſunt tres 96
Corpus humanum quare pingue/ ſcat 19
Corpus quomodo æquale 8
Corpora trib. regũtᶦ uirtutibus 87
Corporis calidi, frigidi, ſicci & hu/ midi proprietas 16
Corporis fundamenta 10
Corpus modoratum moderatam debet habere ordinationem 99
Corporis humani compoſitio 79
Corporis plenitudo duplex 308
Corruptio humorum unde intelli/ gitur 309
Corruptio humorum unde 309
Coxarum paſſiones 305
Cretica dies illaudabilis 322
Creticę dies quando incipiunt 320
Creticę diei fortitudo & debili/ tas 322 & 323 & 324
Creticę diei diuerſitas ſecundum curſum lunæ, & ſecundum natu ram numeri 324 & 325
Cretica dies laudabilis 322
Creticæ dies 323
Creticæ diei diuerſitas 320 & 321
Creticæ dies quatuor modis diuer/ ſantur 320
Criſis ante tempus feſtinantes intel ligi oportet 322

Criſis ſpecies ſunt ſex 318
Criſin nuntians ſignificatio 327
Criſis quid 318
Criſis accidentia magna ſunt 328
Criſis bona quando ſit 318 & 320
Criſis uentura cum ſudore 328
Criſis intelligentia & eius cauſa 317
Criſis futura cum digeſtione 328
Criſis ephimera 320
Criſis mala quando ſit 318 & 320
Criſin bonam aut malam ſigna ſignificantia 328
Criſis quomodo computari debeant 322
Criſis de qua purgatione ueniat pag. 318
Criſis tribus modis intelligit 318
Criſis cum ſanguine hæmorrhoidis 329
Criſis an ſit præſens quomodo intelligendum 328
Cutis maculas quod mūdificat 122
Cutis quare mollior & ſubtilior 46

D

Declinatio morbi tribus modis intelligitur 315
Declinatio morbi quid 315
Defectio appetitus unde 275
Defectio concatenationis membrorum 305
Dentes triginta duo 29
Diabeta 294
Diaphragma quid 67
Diarrhœa quid 279
Diarrhœa ſpecies 279
Dies creticæ quando incipiūt 320
Diei creticæ diuerſitas ſecundum lunam 325
Dies creticæ diuerſantur quatuor modis 320
Digeſtio eſt triplex 165
Digeſtionis ſigna mortem indicāt pag. 333 & 334
Digeſtionis ſignificatio quadripartita eſt 204
Diſcipuli officium 1
Diſputatio de uirtutibus 79
Diſputatio de omnibus mēbris 24
Diuiſionis modi ſeptem apud medicos 2
Diuturnum morbum intelligere utile eſt 316
Diuturni morbi ſignificationes 317
Diuturni morbi ſcientia duabus ex cauſis neceſſaria 316
Doctrina omnis in quinq; partita pag. 2
Dolor præcordiorum unde 276
Dolor arteticus 305
Dolor lateris 271
Dolor capitis in phthiſicis malum pag. 339
Dolor ſtomachi duplex 274
Dolores capitis unde 242 & 243
Dormitatio mēbrorū unde 252 & 312
Duritiem tranſglutiendi patiens, mortale 337
Dura mater quare dicatur 57
Durties parturiēdi unde 303 & 304
Dyſenteria unde 281 & 282
Dyſenteriam curando medicus nō ſit negligens 283

E

Ebrietas quid pariat 135
Ebrietas quid mali adferat 336
Elementa quatuor 4 & 5
Elementa duplitia quibuſdam corporibus 20
Elementorum cōmixtiones 5 & 6
Elementum quid 4

Elephantia quid 231
Epar caput uirtutis digeſtiuæ 9
Epatis complexio cõſideranda quatuor modis 13
Epatis adiumenta diuerſa 25
Epatis officium 71
Epatis paſſiones 287
Epatis cõſtipationẽ aperit 123 & 124
Epar fundamentum ſanguinis 330
Epar membrum principale mẽbrorum nutritiuorum 25
Epatis apoſtema 288
Epilepſię prenuntiatiua 312
Epilepſia unde naſcatur 160
Epilepſię ſignificationes 252
Epilepſia quid & unde 247 & 248
Eunuchi non calui fiunt 10
Eunuchi non barbeſcunt 47
Exinanitiones natur. nõ neglig. 141
Expulſiua uirtus triplic. patitur 167
Fabarum uirtus 121 & 122
Fatigatio duplex 165
Febres putredinũ unde naſcũtur 215
Febrium genera ſunt tria 210
Febris hectica diuiditur in duas ſpecies 220
Febris ephimera quatuor habet genera primitiua 210
Febrium periodus 214
Febrim acutam quid ſequitur 266
Febriũ ſingulariũ ſignificatiões 216
Febris quid & cauſa 29 & 209 fol. 210 & 271
Febriũ tempus nũc longius nũc breuius 215
Febrij interpolata 214
Febris continua 214
Febres cõpoſitę multę et diuerſę 218
Fellis paſſio & iuuamentũ 72 & 291
Florum natura 136
Fluxus ſanguinis unde 298
Fœminæ quare barbeſcant quare non 47
Fœminę geminos aliqñ pariunt 76
Fœminæ conceptionis ſigna 305
Fœtus ſani ſigna, formatio, nocumẽtum, & exitus 21 & 313 & 304
Fructus herbarũ & arborũ 26 & 125
Frumentorũ genera 120 & ultra
Fũdamẽta mẽbrorũ et corporis 306

G

Gaudium quid 142
Genera apoſtematum quatuor 222
Generandi ablatio 296
Geniturę qui ſint idonei 302
Gibboſitas fit bifariam 254
Gulæ paſſiones 266
Guſtus accidentia & uirtus 155
Guttur qd & eius paſſiones 62. 266

H

Hemorrhois duob. modis 282. 286
Hæmicrania unde naſcitur 245
Herbarum fructus & uirtutes 125
Hernia inteſtinorum unde naſcitur 295
Homo ex quatuor humoribus 21
Hordeum utilius omnibus granis 120 & 121
Humanæ complexionis ſigna 9
Humorum putredo unde cognoſcitur 20 (23
Humorum exceſſus morbos gignit
Humorum corruptio unde intellitur 309 & 20
Humorum fœtor quid oſtendit 311
Humorum ſignificatio 309
Hydropiſis quando mortale 340
Hydropiſis ſpecies ſunt tres 289
Hypoſarcã nullus poteſt curare 289
Hypoſtaſis partes tres 202 & 257

Icteritia

I
Icteritia unde oriatur 169 & 291
Ileos quid 284
Infantiũ tempus completionis 76
Infantium formatio membrorumq́; ſuorum 75
Infans expellitur duplici ex cauſa 86
Infantis nutrimentum 77
Infirmũ uiſitando prudenter agat 1
Infirmitas in quibus ſubſiſtit 97.21
Inteſtinorum paſſiones 281
Inteſtinorum compoſitio 69 & 70
Inteſtinorum ſingulorum uirtus 70
Ira quid 142
Iuncturæ ſeparatio 278
L
Lac ex tribus componitur 130
Lacertorum diuiſio 49 & 50 & 51 & 52 & 53 & 54
Lęticia quid 142
Lapidis ſignum 295 & 295
Lapidem renũ & ueſicę frangẽs 122
Lapidem in ueſica patiuntur pueri duabus de cauſis 295
Lateris dolor 271
Leprę ſpecies ſunt duę 228 & 20.69
Lethargia quid & unde 244 & 245
Libri titulus 2
Lienteria quid & unde 280
Ligamenta neceſſaria dupliciter 38
Linguæ paſſiones 263 & 264
Lingua quale inſtrumentum 62
Lumbrici unde naſcantur 285
Lunæ figurationes 325 & 326
Lunæ figuræ 4. debiliores & fortiores in uirtute 325
Luna habet tardum & uelocem motum 327
Luna à Sole accipit.8.figuras 325
Lunę proprietas 321
Luna adiutorio ſolis nõ indiget 325
M
Maciei ſignificatio 15 & 16
Mammillæ ad quid neceſſariæ 77
Mammillarum paſſio 304
Mammillarum durities unde 315
Mania unde naſcatur 160
Manuum uolę temperamentum 7
Manuum oſſa 32
Maſculi calidiores fœminis 19
Maſculi conceptionis ſigna 305
Membra diſſoluuntur dupliciter 79
Membra cõpoſita ſunt duplicia 48
Mater dura quare facta 57
Matricis ſuffocatio qd & unde 72.
Medicinæ diuiſio 3 (299
Medicus uirtutem infirmi inueſtiget 318
Medicus ſingulorum membrorum habeat noticiam 257
Medico neceſſariũ cognoſcere abundantiam qualitatem 16
Medica ars omnibus prȩferenda 2
Medici officiũ cognoſcere corpus ſanum 19
Medicus qualis debeat eſſe 1
Medicinæ diſcipuli quales eſſe debeant quidq; ſcire conueniat 1
Medicum oportet conſiderare ſitus regionis, naturas aquarum & cibariorum 110 & 99 & 131
Medicus ſit circumſpectus curando diſenteriam 285
Medicũ oportet diſcernere ſtomachi paſſiones 166
Medicinæ ſcientia 2
Melancholiæ ſigna 20 & 309 & 310 249
Melancholiæ fundamentum ſplen 291

Melancholiæ ſpecies 249 & 250
Mellis qualitas 151
Membrorum tremor 254
Mēbrorū interiorū diuiſio 240.26
Membrorū fundamenta unde 306
Membrorum ſimplex natura 10
Membrorum concatenationis defectio unde 251 & 305
Mēbrorū dormitatio unde 252.156
Membra tēperata & nō tēperata 9
Membrorū complexio 9
Membrorū compoſitio triplex 144
Membra naſcentium humida 18
Mēbra ſpiritualia ſunt duplicia 24
Membra generatiua quæ 25
Membra quæ frig. cal. hum. & ſicca 10
Membra unde originem trahāt 20
Membra nutritiua quæ 25
Mens tripliciter diuiſa 152
Mentis corruptio illadaubilis 345
Menſtruus ſanguis quid 74.275. 298
Menſtrua qd prouocat 122.124.127
Menſtruorum accidentia 172&141
Mentis paſſio eſt triplex 152
Meri officium 68
Morbi diuturni ſignificationes 316 317&342&544
Morbi triplex cauſa 146
Morborum malæ complexionis 6. ſunt cauſæ 148&145
Morborū officialiū. 4. ſūt modi 144
Morbi augmentum quid 315
Morbi ex complexionis diuerſitate cōtingere nonnunquā ſolent 105
Morbi interiores. 8. modis intelligūtur 237&238&239
Morbi declinatio quid 315
Morbi ſtatus quid 315
Morbi initium in tria diuiditur 315
Morbus quid 143&144
Morborum qualitates quomodo intelligantur 336
Morbi accidentia 164
Morborum humidorum cauſę 147
Morborum officialiū cauſæ 89.148
Morbi tempora ſunt quatuor 314
Morbi cauſa 147&144
Morborum genera tria 44
Morbi quibuſdam membris propria 230
Morbum futurum prȩuidere neceſſe eſt 314&308
Morbi futuri ſignificationes 311.312 315
Morbus reuertitur & elōgatur 332
Morbus peior & durior 308
Morbi iuncturas ſeperantes 145
Morbi accidentia 144
Morborum frigidorum cauſæ 147
Morbi peſſimi cum accidentibus fiunt 102
Morbi calidi cauſa 146
Morphea quid et unde naſcatur 228 160
Morſus uenenoſæ beſtiæ 233
Mors ſubitanea unde naſcitur 273 337
Mortem nunciates ſigna 329&330
Mortale ſuffocatio ſubita in peracutis febribus 337
Mortis cauſa 88
Matricis ſuffocatio 20
Motus corporis fit multiphariā 112
Mulier quomodo cognoſcat ſe eſſe grauidam 303
Mulieris grauidȩ ſigna 303
Mulieres quamdiu concipiant 302
Muſculus unde componitur 48

Narium

N
Narium uiæ neceſſariȩ duobus de caufis 61
Nariũ ſanguis quid portendat 336
Naturæ accidentia 164 (81
Naturalis uirtus diuidit tripliciter
Naturalis uirtutis officiũ 18.16.165
Natium paſſiones 286
Naturalis caloris corruptio 89.90
Naturalis exinanitiones non negligendæ 141
Naturalis caloris inſtrumenta 79
Nerui quare neceſſarij 54
Neruorum panniculi unde 60
Neruorum diuiſio 55&56
Nuchæ paſſiones 250
Nutrimentum infantis unde 77
O
Oculi partes 60
Oculorum paſſiones 60.255.256.257.331.145.146
Oculus habet nouem lacertos 260
Oculorũ complexio.5.modis cognoſcitur 11
Oculi ſunt inſtrumenta uiſus 59
Odoratus paſſiones 156.262
Odoratus uirtus 95
Oppilatio unde fiat 149&156
Oppilatio ſplenis 290
Oris ſtomachi paſſio duplex 274
Oris paſſiones 264
Orthopnoica paſſio 268
Oſcitatio unde 165
Oſſa quare durior & ſiccior pars corporis 26
Oſſa mannum 32
Oſſa dorſi quare neceſſaria 29
Oſſa pedum 33
Oſſa corporis quȩ ſunt 41.200.26.
Oſſium nomina ſunt ſex 27(28.34
Os multa habet inſtrumenta 67
Oſſa ſpatulæ quare neceſſaria 31
Ouorum differentia 130
Oximellis uirtus 155
Oxireumia unde naſcatur 271.280
P
Panis differentia 120
Panniculi ad quid neceſſarij 44.45
Paralaſim quȩ iuuant 136
Parturiendi durities unde 303.304
Paſſio orthopnoica 268
Pectoris fundamentũ ubi poſitũ 31
Pectus & cor fundamẽta uitæ 339.31
Pedum oſſa 33
Pedum officium amittitur 59
Pedum paſſiones 205
Peripneumonicis digeſtio ſuperueniens malum 339
Peſtilentialis aër 110
Phlegmatis abundantia in cerebro notæ 20
Phlegma quid 310.116
Phlegma nõ naturale eſt quadripar
Phlegma naturale 22 (titũ 22
Phlegmõ apoſtema naſcitur ex duobus 223
Philoſophorũ diſſẽſio de elemẽtis 5
Phreneſis unde accidentia 243
Pilorum complexiones 10.15.47
Pinguedinis ratio 15
Piſcium qualitates 129
Plenitudo in corpore duplex 308
Pleureſis uera 272
Pleureſis accidentia 271&338
Podagrȩ qui ſint obnoxij 306
Potus neceſſarius duas ob cauſas 131
Practica quid 4
Præcordiorum dolor unde 276
Prȩceptoris officium 1
Pregnantes in pulſu mutabiles 183

Prurigo quare naſcatur 229
Phthiſis ſignificatio 270
Pueri unde initium ſumant 18
Pueri lapidem patiuntur in ueſica duabus ex cauſis 293
Pulmonis complexio 65 & 66 & 14
Pulmonis paſſiones 266 & 339
Pulſum mutant exercitia, balnea, cibus, potus 184 & 185 & 12
Pulſus mutatio propter rem non naturalem 184
Pulſuũ qualitates & genera 175.147 176.177.178.179.45.180
Pulſus apoſtemata ſignificantes 188
Pulſus mutatio propter res uirtutum grauatiuas 187
Pulſus inſtrumentorum paſſiones oſtendentes 192.193.194
Pulſus cerebri paſſiones portendentes 190
Pulſus morbos inſtrumentorum cibalium oſtendentes 195 & 196

Q

Qualitates quatuor mutantur 23

R

Radicum uirtus 124
Raucitas naſcitur ex cauſa exteriori 266 & 26
Renum officium 72 & 197
Renum paſſio 292
Res non naturalis maxime neceſſaria homini 98
Rigor unde 344.336
Rigoris cauſa triplex 161
Ructatio unde 163 & 281

S

Sanguinis temperamentũ unde 88
Sanguinis fluxus unde 298
Sanguinis differentiæ 22
Sanguinei ſignificatio 309
Sanguis e naribus quid demonſtrat 336
Sanguinis ſcreatio unde 268.269
Sanare ægros diuiditur in duo 4
Sani corporis ſignum 19.20
Sanitate amiſſa ſcientia cęterarum artium nihil 2
Sanitas in quibus ſubſiſtat 21
Sanitatis cuſtodia diuiditur in tria 4
Sanitas quid 57
Sacchari qualitas 131
Scabies unde 229
Schia unde naſcatur 305
Scotomiæ ſignificatio 246
Scorpionis morſus 235
Screatuum qualitas 206
Secundina quid 46
Senium quando incipiat 17
Senſuum accidentia 152
Senſui unicuique quid conueniat & quid non conueniat 94.95.10
Significatio uertiginis 246
Significationes ab exeuntibus corpus 343
Singultus quid & unde 183 & 280 & 281 372
Sincopis unde oriatur 160
Sinanchię ſigna 337
Siphac rumpitur atq; crepatur 295
Sitis unde originem habeat 14 & 276
Sol nullius neceſſitatem habet 325
Somni actiones diuerſę 157
Somnus indicat mortem 335
Spaſmus quid 163 & 252 & 253 & 342
Sperma quid augmentet 74 & 122 123 & 296
Spiritualis actio 90 & 87 & 164 & 16 96

Spiritua-

Spiritualis uirtus paſſibilis 90
Spiritualis uirtus quæ 87
Spiritualium actionum accidentia 164
Spiritus omnis tripartitus 96
Splen fundamentum melancholiæ 291
Splenis oppilatio 290
Splenis iuuamentum 72
Splenis paſſiones 72 & 290
Spondylium exitus fit bifariam 254
Sputi ſigna 335
Squinantia quid 265
Status morbi quid 315
Stellæ motiuæ proprietas 321
Sterilitatis ſignũ quomodo cognoſcitur 302
Sternutatio quid & unde 162 & 343
Stranguria unde 295
Stomachi complexiones quomodo cognoſcende 13
Stomachi paſſiones in fundamento 277
Stomachi paſſiones medicus diſcernat 166
Stomachi moleſtatio unde 86
Stomachi ſicci proprietas 14
Stomachus cibum attrahit duabus de cauſis 85
Stomachi paſſio 277 & 166 & 278 86 & 14
Stomachi peſſima paſſio 274
Stomachi officium 85 & 68
Stomachus 4 fulcitur uirtutibus 86
Studendum in regimine infirmi 319
Sudoris accidentia 172
Sudoris ſignificatio 172 & 206, 207 & 335 & 339 & 344
Sudoris qualitas in ſex diuidit 207
Sudoris ſigna 336
Suffocatio oculorum 331
Suffocatio ſubita in peracutis febribus mortale 337
Suffocatio quid 265

T

Tactus accidentia 49 & 156
Tactus uirtus 94
Temperamentum uolæ manuum 7
Temperamentum capitis 10
Temperata & nõ temperata membra 9
Tempora morbi ſunt quatuor 314
Temporum ſcientia maxime neceſſaria 314
Temporum morbi ſignificatio 314
Tempus complexionis infantium 76
Tenaſinos quid 285
Teſticulorum paſſio 13 & 77 & 296
Teſticulorum complexio ex tribus intelligitur 13
Teſticuli inſtrumenta ſpermatis 77
Theorica quid 4
Theoricæ diuiſio 4
Timor quid 142
Tortura unde 285
Tranſglutire non poſſe mortale 337
Tremor quid 164 & 272 & 254 & 339
Tremor cordis unde 272
Tremor membrorum 254

Triſtitia quid 142
Tuſſis cauſa 162
Tuſſis unde naſcitur 267
Tuſſis naſcitur ex cauſa exteriori pag. 266
Tuſſis unde naſcatur 65
Tympania unde 289
Tympaniæ ſignum 289

V

Varices 231
Variolarũ cauſa & ſignificatio 226
Venę exeuntes ab epate quare neceſſarię 38
Venę ab epate exeũtes duæ 38 & 39
Venarum diuiſio 39 & 40
Ventus quid 106
Verecundia quid 142
Vertigo unde 246
Vertex cuſtos humorum 15
Veſicæ paſſiones 294
Veſica 72
Veſtium natura 137
Via uniuerſalis intelligendi paſſiones interiores 237
Vigilia unde 245
Vigilię naturales et nõ naturales 138
Vigilię ſi excedunt malum 333
Vina ruſſa uel citrina nociua 134
Vini proprium 135
Vinorum diuerſitates 134
Vinorum uirtus 133
Virga neceſſaria duplici ex cauſa 78
Virgę paſſiones 297
Virga quid 78 (macho 84
Virtutis naturalis operatio in ſtomacho 86
Virtus generatiua habet duas miniſtrantes 81
Virtus naturalis diuiditur in triſariã
Virtus uolũtarij motus 95 (81
Virtus operans ſenſum 91
Virtutes 4. inſunt uuluę ut ſtomacho 86
Virtutes ſibi inuicem miniſtrantes quæ 81 & 82
Virtutes membra regentes tres ſunt 79 & 80
Virtutes ſenſuum quinq; 92
Viſus uirtus 92
Viſus accidentia 153
Viſus nocumentum triplex 153
Vitæ fundamenta cor & pectus 339
Vitæ fundamentum cor 9
Volatilium caro 129
Voluntarij motus uirtus 95
Vomendi certum ſignum 328
Vomitus & abominatio unde 280
Vomitus unde 336
Vomitus ſigna 335
Vrina quid ſignificet 204
Vrinę retentio morbos parit 141
Vrina fœtida & craſſa 335
Vrinę putridę ſignificatio 311
Vrina modica 335
Vrinę liquorum ſignificationes 199
Vrinarũ ſignificatiõis diſputatio 197
Vrinę hypoſtaſis 334
Vrina nigra 334
Vrinæ accidentia 171
Vrinę color 344 (198
Vrina quo tẽpore colligenda 197 &
Vrinę ſignificationes quomodo ſunt mendæ 334
Vrina turbida 335
Vulnera cõpoſita & ſimplicia 232
Vuula neceſſaria triplici ex cauſa 72
Vuula emollita cadit 265
Vulue deſcenſus & exitus ſit bifariã
Vuluæ tortura 301 (301
Vuluę forma & compoſitio 73
Vuluæ paſſiones 298

Conſtan

CONSTANTINI AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber Primus.

QVALES MEDICINAE DISCIPVLI ESSE DEBEANT. CAPVT I.

OPORTET eum qui medicinæ uult obtinere habitũ, ut magiſter ab eo honoretur, laudet, ſibiq; ſicut parẽtibus ſeruiatur. Parentibus em̃ eſt exhibendus, ut his à quibus eſſe ſumitur. Magiſter honorandus ut à quo eſſe rudẽ & informe informatur. Quemcunq; uero magiſter erudiendum ſuſceperit, uideat ut diſcipulus ſecundum ſe ſit dignus. Dignos quoq; poſtmodum & ipſe doceat, & hæc ſine pecunia, & ſine tenore, aliquo futuriq; meriti emolumento, & indignos ab hac ſcientia repellere ſatagat. Laboret autem circa infirmi recuperandam ſanitatem, neq; hoc faciat propter ſpem pecuniæ, neq; diuites plus conſideret quàm pauperes, neq; nobiles plus quàm ignobiles. Potionẽ nociuam neq; ipſe doceat, neq; docentibus acquieſcat: ne quis idiota audiens, ex autoritate ſua, mortis miſceat potionem. Neq; doceat quomodo abortiuus fiat. Cum autem infirmum uiſitauerit, nõ cor ſuum eius apponat uxori, eiusúe ancillam conſideret uel filiam. Hæc enim cor hominis excœcãt. Infirmitatis autem ſibi creditæ, ſolus debet conſcius eſſe. Aliquando enim infirmus medico patefacit, quod parentibus confiteri erubeſcit. Luxuriam fugiat, delectationes ſeculi cum ebrietate caueat. Hæc enim mentem diſturbant, corporisq; uicia confortant. Aſſiduitatem amet ſtudij in curãda ſanitate corporis, neq; lectionis contędeat, ut ſi quando libros amittat, ipſum adiuuet memoria. Neq; quoslibet dedignetur uiſitare infirmos, ut ſemper in experimentis ſit ualentior. Sit pius, humilis, manſuetus, amabilis, diuino expetens auxilio adiuuari.

Sex ſunt quæ conueniunt ſcire: *Cap.* II.

SEx eſſe quæ conuenit ſciri ab introducentibus, libri intentionẽ eiusq; utilitatem, titulum ad quam partem doctrinæ tendat, nomen autoris, diuiſionem libri. Intentio eſt noſtra, ut hic dicamus talia de medicina Theorica & Practica, quibus perlectis nulli amplius huius artis libri ſint neceſſarij. Omnia enim hic compendioſe & tamen plene atq; plane uidemur collegiſſe. De hac intentione ideo tractauimus, ut hanc uiam ingrediendi lumen præbeamus. Eſt enim quaſi cœcus qui uiam quam ingreditur ignorat. Huius autem libri utilitas eſt permaxima. Quid enim medicina circa ſibi ſubiectum hominem faciat, dicere elaborat. Secundo quia alijs ar

tibus hæc eſt excellentior. Procul enim dubio iſta, omnibus eſt præferenda & quia cum ſubiectus ſibi homo omnibus alijs artificialibus carere ualeat. Iſta quoq; modo eſt habenda, utpote in ſanitate corporis conſeruanda, qua amiſſa, quid cæterarum artiū proderit ſcientia. Cum enim rationabilitas in homine eſſe nequeat ſine corporis ſanitate, ſanitas uero corporis egeat humorum temperamentis, humorum temperamenta medicinæ expoſtulent adiumenta: conſtat hanc artem omnibus eſſe neceſſariā & digniorem. Tertio eſt liber iſte utilis, quia nec ante eum, nec poſt eum alij medicinæ libri ſunt neceſſarij. Oportet tamen qui in hac arte primatū uult obtinere, dialecticæ & totius quadruuij noticiam habere. De utilitate librorum ideo anti qui tractauerunt, quia iſta cognita magis animatur ad legenda ſequentia. Titulus libri eſt Pantechni, id eſt, ars medicinæ uniuerſalis, qui libri capiti eſt apponendus, ut intellectus eius lecturis aperiatur. Vt enim quidam ait, eraſo libri capite, muta uidetur pagina remanere. Liber autem iſte ad diuiſionē uidetur attinere. Omnis enim doctrina eſt in quinq; partita. Aut eñ ſecundum diſſolutionem, aut ſecundum compoſitionem, aut ſecundū diſſolutionem termini, aut ſecundum notationem, uel deſcriptionem, aut ſecundum diuiſionem. Diſſolutio eſt res in mente conceptas uſq; ad partes deducere ignotas. Verbi gratia. Corpus humanum in membra officialia: Officialia in ſimilia, ſimilia in humores, humores in cibum, cibum in elementa. Compoſitio diſſolutorum ab inferiori ad ſuperiora reductio, ut elementorum in cibum, cibi in humores, humorum in ſimilia mēbra, ſimilium in officialia, officialia in corpus totum. Diſſolutio terminorū eſt, diffinitionem alicuius rei in partes ſingulas diſſolui, utpote in genus & ſubſtantiales differentias. Sic eñ Gal. fecit in lib. Techni. Medicina ſanorū, ægrotorū & neutrorum eſt ſcientia. Quod ſecundum Heracliū eſt. Hanc ergo diffinitionē poſtea diſſoluit in ſcientiam & differentiam, ſanorum ægrotorū & neutrorum. Diuiſionis apud medicos ſeptē ſunt modi. Aut eñ generis in ſpecies, & febris alia in ſpiritu, alia in humoribus, alia in mēbris ſolidioribus, aut ſpeciei in indiuidua, aut tertianę febris, alia tertianę Socratis, alia Platonis, alia ſimiliū, aut totius in partes, ut humani corporis, aliud caput, aliud manus, aliud pedes. Aut uocis in ſignificantias, ut canis aliud animal latrabile, aliud marinū, aliud ſydus cœleſte. Aut ſubiecti in accidentia, ut corporis aliud album, aliud nigrū, aliud mediū. Aut accidentis in ſubſtantia; ut alborum, aliud nix, aliud lac uel ſimilia. Aut accidentis in accidentia, ut dulcium, alia dura, alia liquida. Notatio uero uel deſcriptio eſt, cum res aliqua non per ſubſtātiales, ſed per accidentales deſignata differētias diuiditur in eas. Verbi gratia. Homo animal eſt erectum habens latos ungues & membra, & ars ſanitatis largitam ſcientiam ſupponimus quia in multis eius indigemus, ut cognita diuiſio quęlibet faciliorē intellectum introducendis det, & leuius men

te partes

te partes capiantur diuiſæ. Diuiſioni autem noſtri libri: nomen autoris utilis eſt ſcitu, ut maior autoritas libro habeatur. Eſt autem Conſtantinus Africanus autor, quia ex multorum libris coadunator.

Liber igit' iſte totus in duas partes diuidit. Prima continet rerũ ſcientiam naturaliũ, & nõ naturalium, & eorum quæ extra naturam ſunt. Hæc autem pars appellatur Theorica. Secunda pars continet ſcientiam cuſtodiendi ſanos, & ſanandi ægros cum dieta & potione, & chirurgia quæ uocatur practica. Theorica decem habet particulas. Quarum prima 25. habet capitula. Secunda 16. & anatomiam compoſitorum membrorum, & iuuamentum illorum. Tertia 35. anatomiam compoſitorum, & iuuamentum ipſorum. Quarta 20. quæ continẽt ſcientiam uirtutum actionũ & ſpirituum. Quinta pars 36. habet capitula, ſcientiam rerũ naturalium continentia, quæ ſunt, aër, motus & quies, cibus & potus, ſomnus & uigiliæ, inanitio & continentia, animæ accidentia. Sexta 36. res extra naturam habentia, morbos ſcilicet, & morborum cauſas, eorumq; accidentia. Septima 15. quæ morborum uniuerſalem ſignificationem, & eorum cauſam continẽt. Octaua pars, 22. quæ morborum inueſtigationem, & cauſas eorũ habent. Nona 41. habentia inueſtigationem interiorum morborũ, & ſuarum cauſarum. Decima pars 12. de ſignis prognoſticorum infirmitatum, ad ſalutem ſiue mortem attinentium. Secunda pars huius libri, id eſt Practica, ſimiliter decem habet particulas. Quarum prima 31. habet capitula, cuſtodiendi ſanitatem in ſanis, & dietam in infantibus, & ſenibus, & ægritudinem exeuntibus. Secunda 62. cap. ad morborum ſimplicẽ medicinam attinentia, & eorum comprobationibus iuuamenta. Tertia 54. ad febres medicinandas, & apoſtemata. Quarta 23. medicinãdę ſuperficiei corporis attinentia. Quinta 50. ad interiorum membrorum medicamenta, & maxime animatorum & cerebri, medullarum ſpondylis neruorum quinq; ſenſuum. Sexta 15. humoribus membrorũ ſpiritualium attinentia, id eſt, fauciũ canalium pulmonis, cordis, diaphragmatis pãniculi, qui eſt ſuper pectus. Septima 51. eſt capitulorum, membris cibalibus pertinentium, quæ ſunt, ſtomachus, epar, fel, inteſtina, ueſica, renes. Octaua 35. habet cap. morborum genitalium medicandis attinentia, quæ ſunt teſticuli, uirile membrum, matrix & mamillæ. Nona cap. 10. chirurgiæ operatione continentia. Decima 35. compoſitioni antidotorum attinentia. Vnicuiq; tamẽ particulæ, debemus competẽtibus locis ſua capitula diſponere.

De diuiſione medicinæ. Cap. I.

MEdicinæ diuiſio multiplex eſt ſecundum medicos, ſed neq; meliorem, neq; utiliorẽ hac quam dicturus ſum uidi diuiſionem, quia ab eius quaſi generaliſſimo uſq; ad ſua ſpecialiſſima procedimus, & a ſpecialiſſimis uſq; ad indiuidua, quaſi generaliſſimũ huius artis me

dicina ſit, ſub alterna cuſtodire ſanitatem, & ſanare infirmitatem, & alia. Omnis ergo medicina aut Theorica aut Practica. Theorica eſt perfecta noticia rerum ſolo intellectu capiendarum, ſubiecta memoriæ operandarum rerum. Practica eſt ſubiectam theoricam monſtrare in ſenſuum propatulum & in operationem manuum ſecundum præeuntis theoricæ intellectum. Theorica diuiditur in tres partes, ſcilicet in rerum naturalium & non naturalium ſcientiam, & eorūq; quæ ſunt extra naturā. Res naturalis in rebus eſt animatis de terra procedentibus, & in corporibus ſcilicet ſenſibilibus & inſenſibilibus. Qua non ſubſiſtente neceſſe eſt corpora non ſubſiſtere pertinentia ad conſtruere, uel deſtruere. Hæc diuiditur in ſeptē partes, elementa, cōplexiones, humores, mēbra & uirtutes, actiões, ſpiritus. Per hæc enim ſubſiſtit animatū corpus, & regimen ipſius. Quorū tria ſenſibilibus & inſenſibilibus ſunt cōmunia, ideſt elementa, complexiones & actiones. Quatuor uero ſenſibiliū ſunt propria, humores, membra, uirtutes, ſpiritus. His autē ſeptem, quidā Philoſophi quatuor admiſcent: ætates, colores, figuras, maris & fœminæ differentias. Sed hæc cōplexionibus uidētur attinere. Vnde nō nobis eſt neceſſe de eis quaſi ſingularibus tractare. Cauſæ nō naturales ſex ſunt, aër circūdans corpus humanū, motus & quies, cibus & potus, ſomnus & uigiliæ, inanitio & continentia, animæq; accidentia. Quæ ſunt extra diuiduntur in tria, in morbum, & morbi cauſas, & ſignificationes, morbi accidētia. Practica diuiditur in duas, in cuſtodiam ſanitatis, & curationes ægritudinis. Cuſtodia ſanitatis diuiditur in tria, in cuſtodiam ſanitatis corporum, in ſanitatis inſtabilium, & in cuſtodiam corporū ad ſanitatē iam tranſeuntium, & in cuſtodiam fragiliū, ut infantium, ſenum, & ægritudinem exeuntium. Sanare ægrotos, diuiditur in duo. Aut cum potione & dieta, aut cū chirurgia. Chirurgia item in duo, aut in carne incidenda, findenda, ſuenda, coq̄enda, aut in oſſium fractura, & ad locum propriū ſi exierint redigenda. Hæc medicinæ diuiſio mihi & alijs philoſophis uidetur eſſe melior.

De elementis. Cap. III.

PHiloſophi diffiniūt ſimplā & minimā cōpoſiti corporis particulā eſſe elementū. Simplā autē rem dicimus quæ cū eadem ſit in eſſentia, ſimilis eſt in partibus, ut ignis, aër, aqua, terra eſſe uidetur. Sunt tamen quædam uiſu ſimpla, intellectu cōpoſita, ut lapides, metalla & ſimilia. Philoſophi ergo uidentes elemēta intellectu ſimpla, & omnia corpora conſtructioni & deſtructioni ſubiecta ex eis eſſe cōpoſita, uocauerūt ea prima elementa. Poſteriora, ſecūda & tertia, & unde quedā uocant uniuerſalia, quedam particularia, quedā uero media. Vniuerſalia, unde multa & diuerſa cōponunt corpora. Particularia, quæ corpori unicuiq; inde compoſita ſunt propria, media, & uniuerſalibus & particularibus ſunt ſubſiſtentia, ut humores

mores ſcilicet. Ipſi cum ad comparationem ſimpliciū elementorum cōpo
ſiti ſunt: Ad ſimilia uero membra conſiderati ſunt ſimpli. Iure ergo dicunt
medij. Non eſt tamen noſtræ intentionis, niſi de uniuerſalibus & primis tra
ctare elemētis. Quorū cōmixtionibus & in naturā eius corporis quod inde
conficitur tranſitionibus omne corpus animatū ſiue inanimatum cōponit,
qui conſtructioni & deſtructioni ſubijcitur. Quod quatuor ex cauſis poteſt
cōprobari. Prima quia ſunt ſimpla, ſecunda quia quædam corpora ſibi in
ueniunt ſimilia. Tertia ex conſtructione. Quarta ex deſtructione. Cum em̄
omnia corpora ſub lunari circulo poſita uideantur ſibi eſſe commixta & diſ
ſimilia. Et ſi em̄ quędā appareant incōmixta ſimilia, intellectu tamē cōpro
bantur cōmixta, & diſſimilia elementa, & ſenſu & re ipſa conſtat eſſe ſimpla
& ſimilia: Vnde digne uocantur elementa. Quædam corpora ſibi uidentur
eſſe ſimilia, ut in animalibus oſſa dura, & ſolida inuenimus, unde terræ ſunt
ſimilia, humores liquidos inueniunt, & molles, aquæ ergo ſimiles. Compe
riunt etiam ſpiritum aēri eſſe aſſimilandum. Tactu calorē diſcernimus igni
ſimilem. Nullum tamen horum eſt alteri ſimile. Et ſi conficiatur ex horum
cōmixtionibus, ex conſtructione comprobatur, quia omne animatum cor
pus ſiue inanimatū ex his cōficitur; ut in progredientibus à terra uidemus.
Proiectum enim terræ ſemē ſi non habeat ſolem uel aērem perit, à terra nō
exiens. Si uero quatuor elementa ſibi moderentur ſemen augmentatur.
Animalia quoq; quia ſine terræ naſcentibus non ſubſiſtunt, conſtat quia ex
quatuor elementis fiūt. Metallorum quoq; corpora & lapidum, & ſi idiotis
non uideatur, ex his tamen quatuor conficiuntur. Ex deſtructione confirma
tur, quia quæcunq; deſtruuntur, ad hæc quatuor neceſſe eſt reuertantur. In
animalibus enim moriētibus primo calor perditus, ad ignem neceſſe eſt re
uertatur. Spiritus ad aērem, humores ad aquam, caro & oſſa ad terram. Si
militer & in arboribus. Elemēta ergo nunq̄ ex toto deſtruūt, quia deſtructa
hęc quæ ex ipſis cōficiunt, ad ſuū principium particulatim reuertunt, & ic
circo dignum eſt elementa uocari. De his tamen elementis multum di
ſcordati ſunt philoſophi. Quidam enim dicunt omnia corpora de uno
elemento facta. Et iſti quidem ad ſe inuicem diſſident. Quidam enim
dicunt ſolos atomos illud unum eſſe elementum. Alij ignem tantum alij
aērem, alij aquam, alij terram. Sed horum errori Hippocrates in libro
quem de humana fecit natura ſatis obuiauit. Dixit enim neceſſarium eſſe
nullum conſtruendum de una fieri parte. Quomodo enim eadem res à ſe di
uerſam generaret, ſine diuerſarum rerū cōmixtione. Sumpto enim frumē
tino ſemine niſi idem cōmiſceatur terræ & aquæ, nihil uidetur generare.
Similiter & in animalibus ſine cōmixtione maris & fœminę nihil generat.
Itē Hippocrates in eodem; Si homo inquit de uno fieret elemento, nullis

 ſubderet

ſubderetur paſſionibus. Quid enim in eodē ſibi obuiaret inuicem. Item Hippocrates: Si inquit in diuerſa non pateretur, diuerſis medicinis nō reficeretur. Sed hæc credere abſurdum eſt, quia diuerſis paſſionibus diuerſas medicinas eſſe oportet. Palàm eſt ergo elementa eſſe quatuor, quæ ſenſu apparent ſimplicia, intellectu uero cōpoſita. Nunquā eīm ſubſiſtit terra ſine aquę, ignis, aëris, parte aliqua, neq; cætera ſimiliter. Quodcunq; tamen horum ſua propria qualitate contentum, illud proprie eſt elementum. Quod & ſi non ſenſui patet, tamen intellectui. Vnde Philoſophi dixere, in mundo quatuor elementa eſſe, id eſt, calidum, frigidum, ſiccum, humidum. Neq; in his ſolas qualitates intelligunt ſubiecta eorum. Calidum enim actualiter perfectum ignem eſſe dicunt. Frigidum actuale, & perfectum, aquam humidam, naturaliter perfectum, aërem, ſiccum perfecte; terrā dicunt eſſe. In ſui tamē cōmixtione alias qualitates à ſe inuicem mutuantur. Propter aſſiduum eīm motum lunaris circuli ſibi uicini ſiccitatem nactus eſt ignis. Aër uero propter ignis affinitatem, adeptus eſt calorem. Aqua ex aëris propinquitate humorem uidetur habere. Terra propter aquam fit frigida. Ignis ergo naturaliter calidus & ſiccus eſt. Aër calidus & humidus. Aqua frigida & humida. Terra frigida & ſicca. Ex his autem qualitatibus quædam diſſidere uidentur. Ignis enim ſubtilis eſt atq; leuis, ideoq; altiora petit. Terra groſſior & grauior, & iccirco ſibi coagulatior, & ad ima grauatior. Aër igne grauior. Aqua uero leuior. De qualitatibus & naturis elemētorum ſufficiunt. Horum commixtionibus & naturæ ſuæ in hanc quæ non habeatur commutationibus efficitur quicquid ſtruitur. Neque tamen ita quomodo à nobis diuerſa commiſcentur corpora. Si enim uinum & aquam miſceamus, cōmixta ſenſuali tēr unum eſſe uidentur. Sed unum quodq; in ſui natura ſubſiſtit, & intellectu, neq; in aliud eſſe mutatur, ſicut in ſanguinem, panis cōmeſtus traducitur. Semen mandatum terræ naturam accepit herbæ.

Commixtio autem elementorum non æqualis & in omnibus creandis corporibus; In alijs enim maior, in alijs minor. Non enim calidi & frigidi, humidi & ſicci, eadem quantitas eſt in homine, quę in equo, neq; etiā in tauro, eadem quæ in equo, neq; in Socrate eadem quæ in Platone. Neq; illa quæ uitis eadem eſt quæ in ficu. Hæc autem elementorum quantitas in corporibus diuerſa, ſatis fuit neceſſaria diuerſitati generum in ſpecies, & ſpecierum in indiuidua. Si enim eadem eſſet, omnium creatorum una forma & proprietas foret. Sed licet cōmixtiones ſibi ſint inæquales, non tamē adeo diſcordes quin ſibi ſint uicinātes, uelut dicit Hippocrates in lib. de humana natura: Si calidum inquit non temperetur ex frigido, & ſiccum ex humido in corporis temperamento, uel ſi unum alio prægrauet corpus, ſtruendum ſtare nō poteſt. O uerba Hippocratis præpōderanda omniū generemetallorū. Si enim calor abundet & plusq̄ oporteat, conſtat quia incenditur mate

tur materia. Sic corpus deſtruitur. Et ſi frigidum eſt pluſquam oportet, coagulata & ſpiſſata materia, formari non poteſt. Si uero ultra modū humida, ſubſiſtere non poſſit re informāda. Ita prorſus eliquet. Si autem ſiccitas exuperat, non ita mollitur materia ut formari ualeat. Item in eodem libro de humana natura. Impoſſibile eſt inquit rem unā ex multis & diuerſis conſtrui, niſi in qualitatibus & eorū uirtutibus congruis. Sicut inuenimus aſinum cōmiſceri iumēto, canibus lupos, quia uicini ſunt in natura & proprietate ſua. Sufficiant iſta de cōmixtionibus elementorum naturalium.

De commixtione uel complexione. Cap. IIII.

IN elementorum tractatu ſuperiori omnia corpora ſubiecta conſtructioni & deſtructioni ex elementorum cōmixtionibus fieri probauimus in quantitate & qualitate diuerſa, pro ut formādi inde corporis expetebat neceſſitas. Eſt enim quantitas æqualis, & inæqualis. Æqualis ergo dicetur temperata. Inæqualis intemperata, quæ una aut duabus ſuperat. Illud autem cōplexionem eſſe dicimus, quod ex elementorū commixtione conficitur. Si ergo corpus ex elementis cōpoſitum in qualitate & quantitate æquale ſit, illud temperatum erit. Si ignea pars ſuperet, calidum eſt. Si aëria, humidum. Si aquoſa, aquoſum. Si terrea, ſiccum erit. Si ignea & aëria, calidum erit & humidum. Si ignea & terrea, calidū erit & ſiccum. Si aquoſa & aëria, frigidum erit & humidum. Si aquoſa & terrea, frigidū & ſiccū. Nouem ergo ſunt cōplexiones, una æqualis, & octo inæquales. Inæqualium uero quatuor ſimplices, & quatuor cōpoſitæ ſunt. Hæ duæ in ſumma ſunt extremitate. Alia enim extremitas eſt temperata, alia intemperata. Inter quas multi ſunt gradus. Verbi gratia: Si diuerſos colores, albedinē nigredinem, croceum & rubicundum æquali pondere miſceamus, diuerſos priori colores reddimus. Si uero partem demimus, unius coloris & rurſum alium addimus, rurſus color fit alius, & ita in infinitum. Itidem fit de complexionibus propter diuerſitatem enim quantitatis ſuæ in corporibus diuerſæ eorum formæ eſſe uidentur.

De diuiſione complexionis. Cap. V.

COmplexionem autem unamquanq; diuerſis modis diuidunt pleriq;. Alia eſt inquiūt temperata, alia intemperata. Temperata eſt ex omnibus extremitatum ſuarū partibus æqualis, & quatuor elementorum quantitatem æqualiter cōtinens. Complexio iſta æqualis eſt, & certa & uerax. Eſt & alia cōplexio temperata, ſecundū quod neceſſe eſt uniuſcuiuſq; corporis eſſe temperamenta. Sed humana certe & ueraciter temperate fuit uicina. Cum enim bruta animalia uno tātum ſint officio cōtenta. Homo unus idemq; operatur omnia, & ideo rationalis eſt & intellectualis. Quia quæ facit intelligit, & ratione diſcernit. Volæ autem manuū toto corpore temperatiores ſunt, ut tangenda facilius tangerent, & capienda firmi-

da firmius tenerent. Si enim tactus temperatus non eſſet, calida à frigidis non diſcerneret, neq; mollia à duris, uel lenia ab aſperis. Nullus enim ſentit aliquid, niſi mutetur tactus in qualitate ſenſæ rei. Vt ergo tenenda teneret, oportuit tactũm temperatũ eſſe. Si nimis manus mollis, ſeu dura eſſet retinenda non retineret. Sed tamen rem aliquid tenentem duriorem oportet eſſe quam mollem. De cõplexione temperata Galenus ait: Nullum inquit corpus ſenſualiter, ſed intellectualiter inuenitur æqualiter temperatũ omnibus extremitatibus. In mente enim concepto aliquo corpore quatuor qualitatibus, æqualiter ſubſiſtente, una tamen qualitas ibi eſſe intelligit quæ nulli aliarum aſſimilatur, & hæc temperata eſſe dicitur. Si uero ſenſualiter accipere uelimus, aquam calidiſſimam & niuem æquali pondere accipiamus. Quæ cõmixta ſi tangantur, temperata inter calidum & frigidum inueniuntur. Si puluerem & aquam miſceamus inter durum & molle temperatum ſentimus. Sicq; multa ſimilia poſſumus arbitrari, per quæ temperatum poſſit diſcerni. Temperatum uero ſecundum quod eſt neceſſe non omni corpori ex omnibus extremitatibus certe & ueraciter tẽperate temperie eſt æquale, ſed ſecundũ quod eſt neceſſe effigiei corporis in qua conditum eſt. Verbi gratia. Leo calidior eſt ut iracundus & rapax eſſet. Lepus frigidior ut timidus & fugax. Omnis autẽ cõplexionis temperatio ex ſuo tantũ diſcernitur officio, ut equus quia uelox eſt & bello aptus, dicetur eſſe temperatus. Canis quia ſagax circa uenationem, & domini notitiam familiarem ſimiliter temperatus eſt. Itidem intelligitur in terra naſcentibus. Vitis enim & ficus temperata eſſe dicuntur, quia & bene ſunt fructifera, & bonum ſaporem habentia. Similiter in pigmentis & ſpeciebus quæ iuuant melius temperata in ſua natura eſſe dicuntur. Sufficit hæc dixiſſe de temperamento ſecundum quod neceſſe eſt eſſe. Complexionẽ diximus intemperatam, calidam, frigidam, humidam, ſiccam, quæ aut intelliguntur qualitate ſola extra ſubiectum, aut ut in ſubiecto ſunt. In ſubiecto actualiter uel potentialiter, ſiue accidentaliter. Poteſtatiue quæ cum non ſenſui appareant, tamen poſſunt eſſe, ut piper cum calidæ ſit naturæ, nõ tamen ſenſualiter diſcernitur, niſi cum calefaciat cõmedentis corpus. Calor ergo eius eſt poteſtatiuus. Accidentaliter dicimus in ſubiecto eſſe, ut aquã calere, nõ tamen ex ſe, & ſimilia. Actuales autem caliditates, aut in ſumma ſunt ultimitate, aut in quatuor elemẽtis, aut ſub ultimitate unà ut in corporibus animatis. In animalis corpore dicuntur qualitates eſſe, uel quia una ſuperet alias, uel ex cõparatione. Ex cõparatione ſecundũ temperamentũ, uel nõ temperamentum. Secundum temperamentũ, ut cum dicimus animal irrationale calidum, quantum ad hominem. Homo enim omnibus temperatior eſt animalis ſpeciebus. Secundũ intemperamentũ, ut cum dicimus animal calidũ ad cõparationẽ animalis alterius. Item dicendũ in his quæ poteſtate fiunt.

De ſigno

De ſigno humanæ complexionis. Cap. VI.

QVicunq; naturalem complexionem uniuſcuiuſq; uult ſcire, eam quæ ſingulorum eſt membrorũ oportet eum cognoſcere. Quæ ſi ignoratur, & totius corporis cõplexio ignorabitur. Alij enim omnia, alij plurima membra habent calida. Alij alia calida, alia frigida, ſicut habentes cerebrum calidum, cor uero frigidum, & epar tẽperatum. Huius autem corporis nequit cõplexio cõprehendi, niſi ſingulorum membrorũ cõplexionibus cognitis. Singulorum autẽ complexionem diſcernere non poteris, niſi naturas eorum ſecundum quod eſſe oportet cognoueris. Verbi gratia. Cerebrum frigidum neceſſe ad rationis capacitatem & memoriæ. Cor calidum, quia uitæ & caloris naturalis eſt fundamentum. Epar calidum & humidum, quia uirtutis digeſtiuę eſt caput & principium. Oſſa dura & ſicca, quia frigiditas totius corporis ſuper eam eſt fundata. Similiter alijs membris uis quædam eſt naturalis, ſed quod neceſſe eſt ſingulis. Vnde cum quęlibet membra dicamus calida uel frigida, humida uel ſicca, ſed quod debuerunt eſſe ſunt conſideranda, non ex certi cõparatione temperamenti. Cum enim dicimus cerebrũ eſſe calidum, cor uero frigidum, non ideo dicitur quia cerebrum corde ſit calidius, corq; cerebro frigidius, ſed quia non ita ſit ut eſſe unumquemq; debuit. Nunquam enim cerebrum calidius corde, cor uero frigidius cerebro poſſibile eſt eſſe.

De uniuerſali complexione membrorum. Cap. VII.

OMnis cõplexio in humano corpore temperatata eſt, prout diximus ante. Membrorũ tamen natura diuerſa eſt. Quædam enim membra ſunt temperata, quædam uero ſunt intemperata. Temperata, ut cutis, quæ etiã tẽperatiſſima in manuũ uola. Hæc autem ideo fit quia cutis cooperimemtum, & defenſio eſt membrorũ totius corporis. Defenſio ab exteriori paſſione, ſicut calore, frigore, inciſione, uel confixioņe. Receptrix etiam eſt humorum à natura de interioribus membris expulſorum, & ideo temperata dicitur. Quia membra temperata qualibet qualitate ueniente contraria, non ilico mutantur, & ſi mutentur ad proprias naturas cito reuertũtur. Cutis in manuum uola propter tactum eſt temperata. Membra nõ temperata, alia calida, alia frigida, alia humida, alia ſicca. Quędam tamen in ultimitate ſunt maiori, quædã in minori, quædam uero mediocri. Calidiſſima ut cor, cor enim calidius eſt omnibus membris corporis quia inde calor naturalis ad omnia membra procedit. Epar quoq; calidius, minus tamẽ q̃ cor, ut cito digerat. Poſt iſta duo iſta ſimplex caro calida eſt, poſt hanc lacerti, ſed minus calidi carne ſimplici, & hoc ex neruorum commixtione contingit. Deinde ſplen eſt calidus, ibi enim feces ſanguinis colliguntur. De hinc renes parum ſanguinis habentes. Poſt uenæ & arteriæ, quæ quantum ad naturam ſui ſunt frigidæ, ſed tamen caleſcunt, quia uaſa

ſanguinis ſunt. Membra frigida alia plus, alia minus, alia mediocrius. Pili omnibus frigidiores ſunt mēbris. Poſt hos oſſa, poſt quæ carthilaginoſa. Deinde ligamenta, deinde panniculi cordis, nerui, medullæ ſpondylium & cerebrum. In ultimis pinguedo. Vniuerſaliter, omnia membra ſanguinem habētia ſunt calida. Sanguinem uero carentia ſunt frigida. Membra humida, alia humidiſſima, alia minus, alia mediocriter. Humidiſſima pinguia ſunt membra, ſecundo cerebrum, tertio medullæ ſpondylium, quarto loco ubera, quinto teſticuli, & ſubſtātia pulmonis: Epar, ſplē, renes, lacerti. Sicca, pili & oſſa. Tertio loco, carthilaginoſa. Quarto ligamēta. Quinto corde. Sexto panniculi. Poſt hos uenę. Poſt quæ nerui motū facientes ſpōtaneū, & poſt caro cordis. In ultimo nerui ſenſibiles. Hæc eſt omīū mēbrorū ſimplex natura. Cōpoſitā, ſi quis uoluerit cognoſcere, nō erit ualde difficile, quia cerebrū frigidū eſt & humidū. Cor calidū & ſiccū. Epar calidū & humidū. Oſſa frigida & ſicca. Dicta ſingulorū mēbrorum cōplexione, ſed quę oportet eā eſſe, cōuenit dicere, de eorū nō cōuenienti cōplexione, quam medici malam cōplexionē ſanitatis uoluerūt dici. Incipiamus ergo à cerebro. Propter mutationem enim ſui, mutatio fit totius corporis. Quatuor enim fundamēta corporis ſunt, cerebrum, cor, epar, teſticuli.

De particulari complexione cerebri. Cap. VIII.

COmplexio cerebri multis modis poteſt agnoſci. Aut enim à forma diſcernitur, aut à pilis ab eo prodeuntibus uel ex eius actionibus, uel expulſis ab eo ſuperfluis, uel à tactu, uel ex oculorū ſignis. A forma, quia caput neq; nimis magnū, neq; nimis paruum, temperatum dicimus habere cerebrum, ſi occiput & ſinciput aliquantulum acuantur. Ambo tempora aliquāntulum plana. Perfectio enim cerebri ſicut Galen. inquit ex quadam ceræ rotunditate debet cōſiderari. Quæ ſi ex duabus partibus duobus digitis imprimatur, utrinq; plana redditur. Acumen anterioris capitis propter uentriculū fit proræ cerebri, ex quo procedunt, nerui. Vnde quinque ſenſus exeunt. Acumen poſterioris partis propter uentriculum fit puppis. Vnde medullæ ſpondyles & nerui ſunt uoluntarium motum facientes. Caput paruum, intemperatum ſignificat eſſe cerebrum, cuius cauſa parua fiunt materia, & formatiuę uirtutis debilitas. Magni forma capitis ſi fuerit laudabilis, & groſſa aliquantulum ceruix, & ſpondyles ſimiliter & nerui, laudabile erit. Si non cōtrarium, quia non ex uirtute fit formatiua, ſed ex nimiæ materiæ abundantia. Hoc autem caput ſemper cephalea infirmitate & auricularum fatigatur dolore. Ex pilis ab ipſo naſcētibus quia pili nigri & criſpi, ſi cito naſcuntur pueris poſt partum, calorem monſtrant complexionibus cerebri. Pili plani ſi ſint albi, ruffi ſiue caſtanei, & aliquantulum tardi, frigiditatem ſignificant cerebri. Pili plani & nunquam decaluandi, humectationem protendunt cerebri, ideoq; mulieres & eunuchi nun

chi nunquam fiunt calui, quia cerebrũ habent humidum. Pili cito naſcẽtes & ſe in altum ſurgentes, oſtendunt cerebri ſiccitatem. Si nimis criſpi, nigri & multi, & cito decaluandi, calorem ſignificant & ſiccitatem. Si plani neq; nimium ruffi, neq; ad caluitiem feſtini, calidum & humidum deſignant eſſe cerebrum. Plani & caſtanei parum tardi, & cito cani, nunquam uero decaluati frigidum & humidum portendunt eſſe cerebrum. Nigri uero & non multum tardi neq; cito decaluantes, ſeu caneſcentes, frigidum & ſiccum. De actionibus cerebri, ſollicitus & inſtabilis, audax atq; loquax, neq; ſomniculoſus, calidum habet cerebrum. Otioſus & non animoſus neq; cito mobilis, frigidum. Piger & obliuioſus atq; ſomniculoſus, humidum. Velox, leuis, uigil & bonæ memoriæ, ſiccum. Velox, inſtabilis, animoſus & uaniloquus & multum uigil, calidum & ſiccum. Somniculoſus & ſomniator, neq; nimis leuis, ſiue inſtabilis, calidum & humidum. Piger ad intelligendum, obliuioſus, ſiue ſomniculoſus, frigidum & humidum. Frigidum & ſiccum habẽs cerebrum, ſimilis eſt frigido in actionibus minus tamen ſomniculoſus, à ſuperfluitatibus ab ipſo expulſis. Superfluitas ab ore exiens, ſiue naſo, ſi fuerit parua & nimis cocta, calorem nimium ſignificant. Si nimia & cruda, & ſemper rheumatica, frigiditatẽ. Si multa & liquida, humiditatem. Si parua & groſſa, & bene cocta, calidũ & ſiccũ cerebrũ ſignificat. Si nimia & cocta & ſemper rheumatica, calidum & humidũ. Si multa & cruda, frigidũ & humidum. Quę complexio citã monſtrat infirmitatem, ſicut in aphoriſmo Hippocrat. Quorum inquit nares frigidos emittunt humores, & ſperma liquidum habentes, infirmitati quã ſanitati ſunt uiciniores. De tactu. Caput tactu calidum, cerebrum ſignificat eſſe calidum, & econtrario. De ſignis oculorum. Qui groſſas in oculis habent uenas, & eaſdem rubicundas, tactum uero calidum, cerebrum habent calidum. Cõtraria habentes frigidũ. Si oculi glauci ſint, & humidi, alij uero ſenſus turbidi, ſignum eſt tantum humiditatis. Si non ſint rubicundi, & uenæ ſubtiles fuerint, tactusq; ſicci, alij ſenſus clari, ſiccitatem deſignant cerebri. Si oculi rubicundi ſint & groſſi, tãctuq; calidi, & alij ſenſus turbidi, calorem & humorem monſtrant cerebri. Si contra, frigidum & ſiccum.

De oculis. Cap. IX.

COmplexio oculorum cognoſcitur ex uenis, uel ex tactu, ex motũ uel eorum coloribus, uel ex abundantia ab eis expulſa. De uenis. Si enim fuerint rubicundæ & groſſæ, tactus calidus, calor oculorum ſignificatur. Si autem econtrario, frigiditas. Si tactus eſt humidus, humiditatem ſignificat, ſi contrarium, ſiccitatem. Si multis fluunt lachrymis, humiditatem. Si oculi magni, caputq; & totũ corpus ſimiliter fuerit, temperamẽtum ſignat complexionis & formatiuæ uirtutis. Si oculi magni, caput totumq; corpus paruum fuerit abundantiam malæ materiæ, & eam tem

peratam oſtendit. Oculorũ paruitas paruo corpori & capiti aſſimilita, paruam & tamen tẽperatam deſignat materiam. Si fuerit econtrario, cõtrariã. De coloribus. Si glauci, nigri, aut ceruini fuerint oculi, nigri fiunt ex criſtaleidos paruitate, concauitate uel turbiditate. Euagaidos humor multus eſt & turbidus. Vbicunq; autem iſta ſunt, ex neceſſitate oculi nigri fiunt. Glauci iſti ſunt contrarij. Ceruinis conueniunt horum aliqua nigros & glaucos oculos facientia.

De corde. Cap. X.

COrdis complexio de actione intelligitur, de figura corporis, de tactu uel de pilis. De actione. Quia cum pulſus & ſpiritus ſint uehementiſſimi in homine, ipſi uero magnæ audaciæ uel iracũdiæ, calorẽ cordis & totius corporis uidet̃ ſignificare. Cõtraria frigiditatẽ. Si pulſus & ſpiritus non adeò uehemẽtes uideant̃, homoq; cito iraſcatur, tardeq; placetur, ſiccitas deſignat̃. Si ſpiritus & pulſus fortes ſint & ueloces, & ſpiſſi ſimiliter, homo uelox ad iram & ſollicitus, calor & ſiccitas deſignatur. Si pulſus eſt mediocris & mollis, & ſpiritus ſimiliter, homo cito iraſcitur & cito placatur, calidum & humidum ſignificat. Si pulſus paruus & durus, & ſimiliter ſpiritus, homo uero non animoſus, piger & non multum iraſcibibilis & iraſcens cito placabilis, frigidum & ſiccum cor erit. Volentes hęc diſcernere, naturam epatis oportet conſiderare, quia ſi natura eius nõ cognoſcitur, multum conſiderantes decipiunt̃. De corporis figura. Si pectus fuerit latum, non capiti uel ſpondili aſſimilatum, cor monſtrat eſſe calidum. Si ſpondilis magna fuerit, neceſſe eſt magnas eſſe coſtas pectoris. Pectoris em̃ oſſa ſuper ſpondilem ſunt fabricata. Pectus latum erit. ſin autem deſignat̃ contraria. Conſiderata ergo pectoris latitudine ſpondili uel capiti non aſſimilante, conſtat eam ex cordis calore uenire. Si latitudo pectoris ex calore ueniat cordis, ſpiritus pulſus ſequitur. Si calor cordis in anguſto pectore ſit ſpiritus uelocior & ſpiſſior quàm pulſus erit. Anguſtia enim pectoris, non ſemel tantum capit aëris, quantum ſufficiat refrigerando calori cordis. Natura ergo aërem duplicat, ex pectoris anguſtia, quem ſemel caperet, ſi pectus latum eſſet. Si pectus autem ſtrictum ſit, non propter paruitatem capitis uel ſpondilis ſignificatur frigiditas cordis, quia caloris eſt dilatari, frigoris econtrario conſtringi. De pilis. Si pili multi & nigri in pectore ſint, uel in confinitate pectoris, calorem ſignificat cordis, ſi non contrarium. Si pauci & lenes ſint pili, humiditatem ſignificat, ſi multi & aſperi, ſiccitatem. De tactu. Si pectus & eius confinia ſint tactu calida, calorẽ ſignificat, ſi frigida, frigiditatem, ſi humida, humiditatem, ſi ſicca, ſiccitatem. His omnibus cõſideratis, neceſſe eſt epatis naturas cognoſcere. Si epar calori cordis conuenit, hæc eſſe certa conſtat. ſin autem, incerta.

De

De epate. Cap. XI.

COmplexionem epatis conſideramus, de uenis, de humoribus, de tactu uel coloribus. De uenis. Si uenæ latæ ſint & groſſæ, calorē ſignificant. Si duræ ſiccitatem. Si molles, humiditatem. Si ſtrictæ & ſubtiles, frigiditatem. Si ſtrictę, ſubtiles & durę, frigiditatem & ſiccitatē. Si molles, humiditatem & frigiditatem. De humoribus. Si homo ſit colericus, & maximè in iuuētute, & ſāguis eius calidiſſimus, calor epatis ſignificatur. Si ſanguis mutetur in nigredinem & ſpiſſetur calor & ſiccitas ſignificatur, ſi abundet in corpore calidum & augmentatum conſtat eum ſignificare. Si hæc cōplexio præualet & pluſquā oporteat, humorū ſubſequunt̃ putredines & maximè ſi plus humor quā calor abūdet, parua de cauſa febres periodes patitur & erraticas. Sed ſi calor humorem exuperet, non tantum ſuſtinet. De pilis. Si pili ſuper uētrem & penè multi ſint ſignificat calorem epatis. Si multi & aſperi, calorem & ſiccitatem, ſi non, contrarium. De tactu. Si uenter & penu frigidi ſint, frigiditatem ſignificat. Similiter & in alijs. De coloribus. Si totum corpus fuerit temperatum inter album & ruffum, & inter humidum & calidum ſignificat temperamentum. Si ruffum & croceum, calorem nimium. Si tantum album, frigiditatem, ſi nimium album & uiriditati uicinum, frigiditatem & humiditatem. Si liuidum & plumbeū & nigredini conterminum, frigidum epar ſignificat & ſiccum, & abundantiam coleræ nigræ.

De teſticulis. Cap. XII.

TEſticulorum complexio debilis intelligitur, uel de ſubſtantia ſpermatis, aut de actionibus. De pilis. Si ſint in pene multi aut ſuper umbilicum, calorem ſignificat, ſi & multi & aſperi, calorem & humorem. Si pauci & tarde naſcentes, frigiditatem, ſi pauci & aſperi, frigiditatem & ſiccitatem, ſi molles, frigiditatem & humiditatem. De ſpermate. Si multū & groſſum fuerit, calorē oſtendit. Contraria, contrarium. De actionibus. Si eſt libidinoſus & generans, maximeq́ maſculos mēbrūq́ ſemper habēs erectum, calorem ſignificat, ſi non, contrarium. Si nimium libidinoſus, & ut ſibi non noceat, & multum generat, calidum & humidum ſignificat. Si nimiæ eſt in coitu concupiſcentiæ, & tardus in actione, calidos & ſiccos ſignificat. Si nullius concupiſcentiæ, & tardus in erectione, frigidos & ſiccos ſignificat teſticulos. Similiter in frigido & humido. Sed tamen ſperma in frigidis & ſiccis ſpiſſum. In humidis liquidum. Harum duarum complexionum homines parum generant, & maxime fœminas.

De ſtomacho. Cap. XIII.

COmplexiōes ſtomachi intelligunt̃ de actionibus, cōgruis cibis ſiue incōgruis. De actionibus. Si ſtomachus fuerit calidus, groſſos cibos

cibos bene digerit. Delicatos conſumit & mutat, & plus digerit quàm appetat. Cibos maxime quærit calidos, neq; famem ſuſtinere poteſt. Frigidus ſtomachus groſſi cibi non eſt digeſtiuus, ſed grauat potius, & mutat cito in humores acidos, frigidos humores appetit. Siccus ſtomachus cito ſitit, parum aquæ ſibi ſufficit. Quæ ſi ſuperflua fuerit, ſtrepitum in uentre facit, ſica ſemper quærit. Humidus ſtomachus non ſitit, humidos cibos appetit, parum digerit. Compoſitas huius uolens ſcire complexiones, cito inuenit. Sed ſi quis multum ſitit, non ex occaſione tantum ſtomachi, ſed ex affinitate cordis & pulmonis. Complexio eñ cordis ſiue pulmonis, ſi calida uel ſicca fuerit, ſitim facit, ſi aquam biberit, non ſibi proficit, ſed aëris tractu maxime iuuatur. De conuenientia ciborum. Quia frigido frigida nocent ſtomacho, & in alijs omnia ſecundum hanc rationem ſunt conſideranda, naturales ſiue non naturales ſtomachi complexiones ex appetitu ciborum facile quis diſcernit. Naturalis enim ſibi ſimilia appetit. Contrarijs contraria. Paruus ſtomachus modico cibo grauatur, ſi non econtrario.

De pulmone. Cap. XIIII.

COmplexiones pulmonis ex conuenientia capiuntur aëris, & excreatibus. Si enim pulmo calorem aëris non patitur, & frigidis delectetur, calor ſignificatur. Si non eſt econtrario. De uoce. Si eſt parua, frigidum deſignat, ſi magna, calidum, ſi rauca, humidum, ſi ſubtilis & clara, ſiccum. De ſcreatu. Pulmo humidus, ſi cantet quis uel loquitur, multum ſcreat. Siccus nihil. Non ſolum autem de frigore pulmonis uel calore parua uox uel magna uidet̃ procedere, ſed etiã de pulmonis paruitate uel magnitudine. Magnitudinem enim uocis, magnitudo ſequitur pulmonis. Receptio aëris de maiori & largiori exit canali. In parua uoce econtra intellige. Sed tamẽ calor largiorẽ pulmonis ſemper facit canalẽ, & frigus econtra ſemper anguſtat. Vox autẽ lenis ex lenitate pulmonis canalis exit. Aſpera ex eius aſperitate nimia. Canalis autem pulmonis, lenis ex ſuo temperamento eſt complexionis. Intellecta aũt horũ particulari cõ plexione aliorum conuenientias ſiue inconuenientias quiuis poteſt intelligere. Cum enim alicui membro frigida nocere conſpicimus, in calidis uero delectari calorem eius eſt intelligi, & alia ſecundum rationes has.

De toto corpore. Cap. XV.

CVm ſingulorum membrorũ naturalem dixerim complexionem, totius corporis diſpoſui dicere non naturalem. Quæ capitur de tactu, de colore, de pilis, de figura, de actionibus. De tactu corporis complexionis calidę calidius eſt moderato corpore. Frigidus frigidæ. calida tamen corpora ſunt duplicia. Aut enim ſuauis & delectabilis ſunt calidis, ut in pueris, aut fumoſæ, & horribilis, ut in Æthiopibus. Sicca ſi contingimus, duriora ſunt moderatis corporibus, humida, molliora. De colore. Cali-

re. Calida corpora ſunt rubicunda, frigida ſunt alba. De pilis. In corpore calido, pili naſcuntur cito & multi & aſperi, & nigri coloris. In ſicco & calido, nigri & criſpi ſunt. Si calidũ & humidũ, nigri & leues erunt. Si frigidum & humidum, lenes & flaui. Si frigidũ & ſiccũ, minus flaueſcunt. Multi ſunt pili, quia materia ſui fumus eſt ſiccus exiens de poris corporis, cuius pars ſubſequens continue, prius exeuntem expellens, aëre exteriori deſiccat priorem. Hic fumus in calidis & ſiccis abundat corporibus, & iccirco frigida & humida pilis ſunt carentia, quia hunc non habent fumum, cum fumus eorum fit ſcilicet frigidum & humidũ, & eorum humiditas non continuum fumum faciat. Priori enim exeunte fumo, ſubſequentẽ oppilat, intercedens humectatio. Quia uero ſicca corpora pilis ſunt carẽtia, caluitium plurimis non ſolet contingere niſi in extrema ſenectute, ex membrorum ſcilicet ſiccitate & hoc maximè in uertice. Quia uertex cuſtos humorũ, cutem & oſſa habet tantum. Ergo fumus in cute ſicca non continuus huc illucq; diſpergitur. Qui cum exierit poros apertos relinquit, ex ſiccitate cutis. Sicq; inuenta latitudine ſe diſpergit circunquaq;. Nigritudo pili ex fumi calore & uſtione contingit. Ruffitudo ex caloris temperamento. Ideoq; naſcitur intemperatis, & maxime ante ſummã iuuentutis. Albi fiunt pili propter fumum phlegmaticum, ſicut uidemus in frigidæ regionis incolis, & in ſenibus ex frigiditate complexionis. Pilorum criſpitudo uel aſperitas ex calore fit & uſtione uel ex pororum per quos fumus exit intortitudine. Quare enim igni admota ex nimio ſui calore ſe complicat. Pilorum enim planicies fit ex frigidate & humiditate fumi ſicut uidetur in infantibus & frigida loca inhabitantibus. De figura. Qualitatũ corporis ſunt quatuor modi, aut enĩ pinguedo nimia, aut macies ſuperflua, ſyntexis, uel ſqualiditas. Craſſitudo nimia, aut de pinguedine multa, aut ex carnis abũdãtia, uel ex utroq;. Macies uero ex contrario. Si pingue ſit parum tamen carnis, frigiditatem oſtendit temperamenta humiditatis & ſiccitatis. Si plus carnis quam pinguedinis, calorem, & humoris, ſiccitatisq; temperamenta ſignificat. Si utrunq; abundet, caloris, frigiditatis, humoris & ſiccitatis temperamentum eſt. Macies temperamenta caloris & frigiditatis & ſuperfluitatem ſiccitatis. Si inter pinguedinem & maciem ſit medium temperamentum erit qualitatum. Eſt autem hæc ratio unde pinguedo abundet in corpore frigido, caro uero in calido. Pinguedinem enim ſanguinis calor conſumit naturalis. In frigido remanet & per uenas diffunditur in membra naturaliter frigida, ſicut corporis ſunt panniculi, ibiq; coadunatus ſanguis pinguedinem facit. Si enim in carnoſa membra uenerit, diſſoluitur, non permanens propter calorem carnis. Si tamen corpora fuerint calida & quieta pinguedo ſanguinis remanet in membris carnoſis, & iccirco fœminæ ſunt ſæpe pinguiſſimæ, ſed tamen frigidiores quàm maſculi. Oportet autem conſiderare ſemper carnẽ

ſuper

ſuper oſſa exiſtentem. Multotiens enim cum membra carnea ſint, oſſa ſubtilia, apparēt tamen macida. Et econtra. Oſſa groſſa & parum carnea, apparent pinguia. Oportet ergo hęc perquiri antea. De macie. Macies ſuperflua calorem ſignificat. De ſyntexi. Syntexis, frigidum & ſiccum. De actione. Omnis actio, aut animalis, aut ſpiritualis, aut naturalis. Actio animalis intellectu boni eſt in corpore calido, in reſponſione cita, inſtabilis. In frigido econtrario. Spiritualis homo ſi calidus ſit, audax erit inuerecūdus. Iracūdus, fortis & uelox pulſus. Contraria, econtrario. Naturalis in corpore calido augmentatur cito, multum appetit & bene digerit, libidinoſum facit. Contraria, ecōtrario. Hęc complexio totius corporis nō eſt naturalis ad comparationē æqualis corporis. Quicquid ſingulariter & ſparſim in primis diximus, hic in ſimul recapitulamus, ut lectori ſenſus paretur facilius. Si eſt corpus calidum, caro erit multa, pinguedo parua, color rubeus, pili multi & nigri, tactus calidus, intellectus bonus, homo multum facundus, mobiliſſimus, audax, iracundus, libidinoſus, multum appetens, & cito digerens, aſpere uocis, contraria econtrario. Si corpus fuerit ſiccum erit macidū & durum, ſicciora membra erūt apertiora. Si corpus eſt humidum erit pingue & carneum. Si calidum & ſiccum, erit macidum piloſum, piliq; nigri erunt, color brunus, tactus calidus & durus, homo intellectualis, audax, appetibilis & digeſtibilis, maxime tamen groſſi cibi, libidinoſus. Si calidum & humidum fuerit, nimiæ eſt carnis, paruæ pinguedinis, pili nigri atq; plani, tactus calidus & humidus, color albi & ruffi medius. Omnis actio naturalis, ſpiritualis ſeu animalis, temperata eſſe debet. Corpora frigida & humida, alba ſunt & pinguia, pili ruffi, intellectus durus, homo obliuioſus, & animoſus, neq; multum appetens, neq; cito digerens, non libidinoſus. Corpora frigida & ſicca ſunt alba, aliquantulū liuida, macida, pili ruffi, ſed aliquantulum cirrini, tactus frigidus & durus. Oportet ergo medicum cognoſcere, quæ harum qualitatum abundet in uno quoq; corpore.

De moderato corpore. Cap. XVIII.

IN ſuperioribus libri partibus dixiſſe nos meminimus de intemperata complexione corporis quantum ad comparationem æqualis. Oportet ergo noſ dicere de æquali complexione, & eius ſignificatione. Corpus ergo æquale neq; multum macidum eſt neq; pingue. Color eius inter album & rubeum eſt medius. Pili in infantia ruffi, in pueritia & iuuentute nigri. Cutis inter calidum & frigidum & lene & durum ſicut uolæ manuum. Actiones animalis, ſpiritualis ſiue naturalis, modum tenet perfectionis, homo boni intellectus non obliuioſus, prudens, audax atq; continens, inter pigrum & uelocem medius, neq; multum pius, neq; impius, neq; guloſus. Actiones omnium membrorum perfectæ ſunt. Hæc complexio ſupradictarum media eſt complexionū. Si autem in quolibet corpore uideris aliquas harum

qualitatum diſcordantes ſecundum maiorem iudicãdum erit tibi partem. Si fuerint æquales, conſiderandæ ſunt fortiores.

De cauſa mutante ſignificationes complexionis. Cap. XIX.

SIgnificationes complexionis mutatę, aut ex mutata ſunt regione in qua nutritus & natus fuit quiſq;, uel ex ętate, aut ex ſexu maris & fœminæ, aut etiam ex conſuetudine.

De mutatione complexionis per regionem. Cap. XX.

SIgnificationes hæ in pilis alijsq; prædictis in regione temperata ſunt perſpiciendæ. Ibi enim non poſſunt fallere, ſed intemperata ſæpe fallunt, utpote in regione Canopo ſubdita, ut aliquando eſt Ægyptus, ſemper uero Æthiopia, colores nigri, pili criſpi, & aſperi, ſicca cutis, inferior pars corporis ſubtilis, facies timida, oculi concaui, uaſi magni atq; lati, interiora frigida, & ideo inanimoſitas eos debilitat. Ex qua ſignificatione & ſi non ſint, uidentur calidi eſſe. Calor enim aëris naturalem calorem ab interioribus ad exteriora protrahit, & ita frigeſcunt interiora. In frigida regione ſeptentrionali ſuppoſita polo maiori, ſiue minori, pili ſunt flaui, lenes & albi. Color albus, facies rubicunda, pectora lata, pedes ſubtiles, propter caloris adunationem in pectore fugientem à pedum extremitate. Complexio ergo eorum calida eſt, & ob hoc audaces atq; fortes. Et tamen cum non ſint uidentur eſſe frigidi. Ergo in huiuſmodi non eſt à calore & pilis, ſed ex cõplexione ſui. In regione recta ſuppoſita zodiaco, ab oriente in occidentẽ protenta, cõplexiones habitantium in nullo ſupradictorum fallunt.

De mutatione propter ætatem. Cap. XXI.

OMnis ætas quadrifaria apud medicos eſt diuiſa. Aut pueritia aut iuuentus, aut ſenectus, aut ſenium. Puerorũ corpora in augmẽto ſunt poſita uſq; ad annos 30. Vt cum fatentur phiſici. Infantia eſt annorũ 15. & pueritia 15. ſimiliter. Sic ergo fiunt 30. iuuentutis augmẽtatẽ cõplemẽta 30. uel 40. Senectutis cũ corpus iam declinet, ſed nondũ tamẽ deficiunt uirtutes. Hoc maxime durat uſq; ad annos 60. Senium eſſe dicunt cũ & corpus declinet, & uires deficiũt. Ætas puerilis calidior & humidior eſt alijs: Spermatis & ſanguinis unde fuerũt naturam habent. Sperma autẽ & ſanguis calida ſunt & humida. Iuuentus calida & ſicca, cuius ſiccitas ex brutis animalibus eſt perpendenda, quorũ membra cum naſcuntur ſunt tenera. Augmentando dureſcunt, quod ſiccæ iuuentutis eſt ſignum. Calor in pueris & in iuuenibus quãtitate æqualis, qualitate uero eſt diſſimilis. Cum enĩ tangant pueri, calor eorum propter ætatem eſt lenis, iuuenũ ardentiſſimus, propter ſiccitatem reperitur. Vnde Galenus ſimilitudinem balnei & aquæ calidæ introduxit, balneũ aqua multum calefacta, & poſtea cocta, in calidis quantitate inueniuntur æqualia. Ambobus autem æqualiter calefiunt tangentes. Balnei tamen calor acutior & pinguibilior, & incendidior. Aquæ enim tactus, humiditate temperatur, non tamen balneum aqua calidius

dius, uel aqua balneo in calore præfertur. Iuuenis ergo balneo, pueri aquæ calidæ aſſimilandus eſt calor. In ſimilibus autem non diuerſis hoc oporteret conſiderari. Verbi gratia. Si iuuenis & puer in figura ſint ſimiles, in calore quoq; diæta & actione calefactus, calefacto refrigeratus, refrigerato, quæ diceretur uera eſſe cõperiuntur. Si non, econtrario. Senes frigidi ſunt & ſicci. Calor enim iuuentutis, & ſiccitas in coleram nigram ſunt mutata, quæ colera frigida eſt & ſicca. Decrepiti frigidiſſimi ſunt & ſicciſſimi. Quorum ætas ætati puerili eſt oppoſita. Sicut enim in pueris ſolidiora membra ut cartellana nerui, atq; oſſa humidiſſima ſunt & tenerrima, ita contra in decrepitis ſicciſſima. Ætas puerilis in augmento conſiſtit. Augmentum nõ poteſt eſſe ſine humiditate. Virtus enim naturalis humida tantum mẽbra augmentat & extendit. Ætatis autẽ decrepitę eſt econtra decreſcere, & ad uiam omnis carnis peruenire. Eſt enim frigidæ & ſiccę naturæ. Senes minoris ſunt ſiccitatis, quam decrepiti, & maiores quàm iuuenes, iuuenes pueris ſicciores, ſenibus humidiores. Quod ex hac ratione quiuis poterit confirmare. Initium pueris fœtus in uulua, ſpermatis & mẽſtrui ſanguinis eſt materia, quæ naturaliter calida ſunt & humida. Sanguis tamẽ calidior eſt ſpermate, ſperma minus humidum ſanguine, quæ cum miſceantur uirtute naturali, aliquantum ſpiſſantur, & uirtute formatiua ſuccedente poſſint ſubitam materiam informare, quæ prius format panniculos, poſtea carnem, uenas atq; neruos. Sic natura paulatim hęc deſiccat, quouſq; ſolidiora membra explere ualeat, fœtumq; formatum compleat. Naſcentium enim membra adeò ſunt humida ut oſſa quæ ſunt ſolidiora in quaſcunq; partes uelis flectas. Vnde obſtetrices malè formatum caput pueri ita aptant ut in habilem formam reducant. Eorum ergo membra uidentur eſſe tenera. Sed iam nata minus ſunt tenera, quam cum ſint in matris uulua. Sicq; paulatim deſiccantur, & cotidie calore augmentantur, adeò ut præ ſiccitate nimia mẽbra plus extendere nequeat natura. Hãc autem ætatem uocamus iuuentutem. Poſt augmentando ita membra exiccantur ut ad ſenectutem perducãtur. Augmentata autem ſiccitas cooperantem naturã exuperat, ut carne & ſanguine minoratis, quid nutriat uirtus non inueniat naturalis. Vnde neceſſe eſt ut exceſſus uitæ appropinquet. Spaſmatur enim ſicca cutis, motus manuum atq; pedum deficit, imò totum corpus tremit, hæc eſt ætas decrepita humiditate finita, & ſuccedente ſiccitate ultima, ſicq; deſtructo naturali calore, deſtrui corpus eſt neceſſe. Quam deſtructionẽ uocamus mortem, quia ſiccitas deſtruendi ſenſibilia corpora eſt cauſa. Quod & in arboribus conſtat. A terra enim aſcendentes ſunt humidiores, quanto plus augmentantur, tantomagis uſq; in ultimitatem exiccantur declinantes in occaſus. Vnde ætas puerilis humidior eſt ad aliarum cõparationem. Ætas decrepita eſt ſicciſſima, dicunt tamen phiſici humidũ & frigidũ eſſe corpus decrepiti pro-

piti propter ſputa plurima,& naſi emunctoria & faciliores lachrymas. Hęc em̃ apparent eſſe humida. Quod maxime ex m̃ebrorũ eſt defectione,& proxima naturalis caloris extinctione,& quia pro ut oportet, cibũ digere non poteſt. Vnde crudi colligunt humores. Membra ergo decrepitorũ, frigida & ſicca ſunt.

De mutatione propter ſexum. Cap. XXII.

IN omnibus animalibus calidiores & ſicciores ſunt maſculi quàm fœminæ. Fœminæ ergo frigidiores & humidiores. Quod ex pilis conſtat. Pili enim in maribus fortiores ſunt, & ueloclores, unde citius pubeſcunt. Fœminæ uero non barbeſcunt, quia mares maioris ſunt ardoris, fortiores, & animoſiores in omnibus creaturis,& lati pectoris atq; piloſi,& ad motũ citius prompti. Citius tamen mulieres propter ętatem creſcunt. Sed creſcẽre earum uelocius eſt ad complendum, quia parum caloris eſt in eis. Item in maribus prudentia, intellectus, diſcretio & cõtinentia, maiores inueniũtur. Hocq; fit cauſa maioris caloris. In mulieribus uero econtrario. Item in labiorum exercitijs uiri promptiores fœminis. Fœminæ minus piloſæ in in pectore ſiue uentre, debiliores manibus & pedibus, timebundę, pectore ſtrictæ, minus ſcientes, ideoq; parua ſunt capita eorum. Manibus quietę, ex quibus frigidiores probantur eſſe. Vnde naturaliter marum ad mares, mulierum ad mulieres fieri debent comparationes.

De mutatione complexionis propter conſuetudinem. Cap. XXIII.

COnſuetudo diuturna mutatur in naturam. Dicit enim Hippocrates. Conſuetudo ſecunda eſt à natura, hoc fit aut propter diętam, aut propter artem aliquam. Propter diętam, ſi enim corpus macidum naturaliter quiete iuuat & ſuauiter, nimium autem bibat aut manducet, cito pingueſcit. Corpus ſi laboret & ſe exerceat, potum & cibũ ſibi minuat, anguſtietur & triſtetur, humectatio ſua diſſoluitur, calefactum maceſcit,& exiccatur. Si in æſtiuo ſole moret̃, cutis nigreſcit & exiccatur. Differunt autẽ naturalis & cõſuetudinariæ pinguedines, ſiue macies. Pinguis ſi albet, ſi ſubtilis atq; ſtrictus fuerit, pinguedinẽ habet naturalẽ. Si homo eſt macidus & piloſus,& groſſas uenas naturaliter erũt. Sic ecõtra cõſuetudo. De arte. Ars em̃ etiam cõplexionẽ corporis mutat. Ex calore & ſiccitate, ut in ferrarijs, ærarijs, uitrearijs. Ex calore & humiditate, ut in balneatoribus. Ex frigido & humido, ut in piſcatoribus. Ex frigido & ſicco, ut in campum colentibus & uenatoribus.

De ſigno ſani corporis. Cap. XXIIII.

OPortet medicum corpus cognoſcere ſanum,& hoc maxime apud Aphricanos. Si quis em̃ ſeruos uel ancillas emat aliquãdo, ad medicum cauſa conſilij ſani ne ſint, recurrit ilico. Quod ſic diligẽtiſſime medicus poterit cognoſcere, primũ à colore. Quod ſi ſit citrinus color corporis, ex abundantia colerę rub. deſignat. Si liuidus uel plumbeus, mala complexio ſignificatur. Aut de epatis frigiditate, aut de abundantia cole

 rę enim

re enim, aut ex ſplenis defectione. Sanum ergo corpus ex perfectiōe coloris ſiue naturæ competentis cognoſcitur. Si enim album & ſanum oportet rubori eſſe cōmixtum, cute clarum. Si brunū, debet ſimiliter cute clarum, integrum, nigerrimū, labijs rubicundum, & omnia mēbra æqualem habere cōpoſitionem, ſecundū corporis ſui quantitatem. Si nimiā habuerit maciem, ſignificat calorē, & ſiccitatem, & phthiſis nimiā feſtinationē. Si multū craſſum fuerit, ſignificat frigiditatem, & abundantiā phlegmatis, & ſuſpitionē repentinæ mortis, uel diuturni morbi, ſicut apoplexiæ, epilepſiæ, paraliſis & ſimilium. In cute ſua nulla ſit macula, ſicut morpheæ albæ uel nigrę. In capite capilli debent eſſe rari, non aſperi, non facile eradicandi. Nec habeat in capite alopeciam. His enim mala cōplexio ſignificatur cerebri. Nec caput ſit oblongū, nec ſibi pōderoſum. Nec grauis ſit memoriæ, nec uiſus preſſus ſopore. Homines enim huiuſmodi, aut iam ſunt epileptici, aut cito futuri. Oculi neq; nimis ueloces, neq; cito mobiles. Sermo non ſit inordinatus. His enim melancholia deſignatur. Oculi neq; multum cōcaui, neq; foras emiſſi quia per hęc incōpoſitio uiſus demonſtrat̄. Verba non ſunt balba uel grauia, quæ ſignificant phlegmatis in cerebro abundantiam, & neruorum & linguæ uim defectiuam. Vox eius nō ſit rauca, leprę enim figurā demonſtrat. Os eius non ſit fœtidum, quia fœtor putredinem monſtrat humorū. Oportet etiā uiſcerū inquiri eſſentiam. Supinus ergo iaceat, capite toti corpori æquali exiſtente. Manibus extenſis in utroq; latere, incuruatis genibus & terræ fixis calcibus. Sicq; rebus ordinatis manū ſuam apponat medicus dextrorſum & ſiniſtrorſum ab ore ſtomachi uſq; ad ultimam penis. Si à dextris ſiue ſiniſtris durū uel tumidū apparuerit, apoſtema ſignificat ſplenis ſiue epatis. Si ſuper umbilicū ſit, apoſtema eſt ſtomachi, quod uicinū eſt hydropiſi. Si mulier inter umbilicū & penē habet tumidū uel durū cācer in uuluā portendit̄. Si tempore menſtrui defectio ſibi uenerit, quia nimis ſit fortis ſuffocationē ſignificat matricis, quod ſuſpicioſum eſt ſubitaneę mortis. Vrina etiam ſiue maris ſiue fœminæ uideatur, ſi arenoſa uel limoſa ſit, eſt enī petræ nuncia in lumbis uel ueſica. Similiter caueatur ne anus ſit uulneratus uel hemorrhoidam patiat̄, neq; crura groſſas habeant uenas quia fieret uaricoſa. Significationes iſtę in ſano inquirūtur corpore, carens enim iſtis corpus maculis obnoxium eſt ſanitati.

De humoribus. Cap. XXV.

IN elementorum tractatu ſuperius diximus quædam elementa quibuſdam corporibus eſſe cōmunia, quædam uero propria. Cōmunia ſunt quatuor elementa, propria uero ſunt duplicia. Quædam enim quibuſdam cōmunia ſunt animalibus, ut ſimilia membris equis, & tauris & hominibus quod adhuc dicturi ſumus, quædam homini & omnibus cōmunia beſtijs ſanguinem habentibus, ut humores de quibus præſentes ſuccedunt diſputationes. Omnia ergo membra humana ſiue beſtialia ſanguinem habentia, ex quatuor humorib. ſunt facta, id eſt, ſanguine, phlegmate, colera rub.

colera nigra.quorũ prima elementa ſunt principia. Ideoq; humores ſunt uocati elementorũ filij quia ſunt ſimiles his,cum humor unuſquiſq; ex eorum conſtet qualitate. Humores ergo quatuor ſanguinẽ habentibus,ſecunda elementa eſſe uidentur. Horum ergo quantitatibus ſiue qualitatibus æqualitatem cuſtodiẽtibus omnia animata corpora ſanguinem habentia, neceſſe eſt eſſe ſana. Inęqualibus uero infirma ſecundum quod cõpetit eorum complexione. Dixit Hippocrates in libro de humana natura. Omne humanũ corpus ſanguinem,phlegma,colerã rubeã & nigrã habere uidet,quia hęc ſanguinolẽtis corporibus ſuppetũt,& ex his eorũ ſanitas & infirmitas ſubſiſtũt. Quia his bene ſe cõmiſcentibus & eorum quantitatibus ſiue qualitatibus bene cõpetẽtibus neceſſe eſt corpora eſſe ſana. Si minus uel exuperat uel in uno loco incõpetẽter ſũt poſita,neceſſe eſt ſubſequat infirmitas. Quidã tamen phiſici in his obuiãt Hippoc. dicẽtes ex uno tm̃ humore hominẽ exiſtere. Vnde etiã ſibi diſſident. Alij em̃ ſanguinẽ dicunt qui quaſi ueritati uicini ſunt. Alij confirmant quẽlibet aliorum. Qui tribus de cauſis decipiũtur,aut de ſubſtantię & qualitatũ ſanguinis diuerſitate, aut de ſubſtãtię mẽbrorũ diſſimilitudine, aut ex catharticorũ comprobatione. De ſubſtantiæ ſanguinis diuerſitate, quia fœtus in uulua formatio,non niſi de ſpermate & ſanguine fit menſtruo, non tamen ſine humoribus cæteris,cum alij feces & collationes ſint ſanguinis. Quia ſanguis eſt ſicut muſtum,à quo quatuor diuerſæ ſubſtantiæ procedũt. Vna eſt inde claritas,quę coleræ rub. eſt aſſimilanda,alia aquoſa, & ipſa eſt phlegma. Alia grauis atq; groſſa, & fundi petens ima,quæ fex appellata intelligitur eſſe colera nigra. Quanta ſubſtãtia uini eſt puritas ſanguini purificata à cæteris humoribus cooperanda. Nullus tamen ſanguis ita eſt purus ut alijs careat humoribus. Sanguis enim mẽſtruus in ultimitate ruffus, quia coleræ rubeę cõmiſcet. Alter purpureus, qa colerę nigrę ſimillimus. Alius ſpumoſus,quia de phlegmate eſſe uidet. Quartus aquoſus,propter aquaticos humores. Similiter uidet in uenæ inciſione. De ſubſtantiæ membrorũ ſimilitudine,quia quędam membra ſunt calida & ſicca,quędam frigida & ſicca,quod ex quatuor humoribus eſſe cõſtat. Mirabilis enim natura humana regens corpora ſanguine ad uuluã proueniente,& extracta ſubtilitate humida,creat membra ex calore calida, & frigidis ſicca. Sufficit hæc reſponſio ad hos maxime confutandos, qui dicũt omnia ſanguinolenta corpora, ex humore cõſtare uno. In catharticis apparet,propter phlegma enim deponẽdum accipiẽtes catharticum phlegma depoſituri ſunt. Quidam propter coleram rub. & nigram quibus etiã proficiunt cathartica,ad eas deponendas. Homo igit ex quatuor eſt humoribus quorum alij ſunt naturales,alij non naturales. Sanguis naturalis calidus eſt & humidus. Cuius quędã pars in arterijs ſubtilis eſt & rubicũditate clara ruffitati contigua. Pars quędam poſita in uenis inter ſubtile & groſſum

eſt mediocris, & eſt coloris purpurei, ſaporis dulcis, nullius fœtoris, cito co-
agulatur cum exierit. Hocq́ ſignificat temperamentum epatis. Sanguis nõ
naturalis ſi groſſus & turbidus fuerit, calorem & ſiccitatem deſignat epa-
tis. Subtilis & aquoſus frigiditatem nimiam ipſius. Ruffus, clarus & fœtidus
cõmixtionẽ coleræ rub. & putredinem ipſius. Sapor huius debet eſſet ama-
rus. Ex ſalſo, ſalſi phlegmatis perpenditur cõmixtio. Si autem deſuper eſt
ſpumoſus uentoſitas & humiditas nimia monſtrat. Coaugulatus & aquo-
ſus, depulſionis defectiuæ eſt ſignificatiuus. Quod enim depelli cum ſudo-
re, urina & fumo ſolet. Hoc totum in ſanguinem remanet. Phlegma natu-
rale frigidum & humidũ eſt & ſine ſapore. Quod natura ſemper per uenas
mandat ut digerat, & corpus inde nutriat. Quia phlegma eſt cibus dimidi-
ùs coctus, unde natura, non ſingulare ſibi dedit membrum ad ſe contra-
hendum. Sicut cæteris humoribus dedit. Poteſt enim digeri & corpus nu-
trire. Phlegma non naturale eſt quadripartitum. Acidum, quod eſt frigi-
dius, & cæteris ſiccius. Salſum, quod calidius eſt & ſiccius. Vitreum acre-
dini contrarium, qui uitreum dicitur, quia uitreo colori aſſimilatur, dulce
ſanguini pertinet, & leuius decoquitur, quam in quo ſapor non habetur.
Colera rubea, naturaliter calida & ſicca eſt. Quę intemperatis corporibus
in rubore perfecta eſt & ſubtilis. Hanc ſibi fel ſemper attrahit, mandatq́ in
teſtinis ut ea lauet, & phlegmatis putredinẽ mundificet. Partim ſtomacho
mandat ut digeſtibilem faciat. Pars remanet ſine acumine, per totũ corpus
mittitur cum ſanguine, ut ſubtiliatus ſanguis, ſubtiles intret uias, & ita mẽ-
bra nutriat ſubtili cibo indigẽtia. Nam naturalis colera eſt quadriuaria. Eſt
enim citrina ex phlegmatis aquoſitate, & colera naturali rub. quæ minus
quã naturalis eſt calida. Altera uitello oui aſſimilatur. In qua groſſum phle-
gma, & colera rubea commiſcentur. Et iſta minus priore eſt calida. Hæ
duæ concreantur in epate. Alia eſt ſicut praſſium ſemper naſcens intra ſto-
machum herbas calidas comedentium. Quæ calidior prioribus æri erugi-
noſo aſſimilatur, ſemperq́ in ſtomacho ex nimia incenſione naſcitur. Cuius
uenenoſa eſt æqualitas, & ob hoc calidiſſima & peſſima. Colera nigra quę-
dam naturalis, quædam non naturalis eſt: Naturalis frigida eſt & ſicca, quę
ſic eſt in ſanguine ſicut in uino fel. Sapor aciditati contiguus. Eſt autem
groſſa, cuius partem meliorem ſplen ſibi attrahit in nutrimentum ſui. Al-
teram mandat ſtomacho in appetitu confortando. Minus groſſam man-
dat per uenas, ut membra nutriat, groſſiores cibos ſibi quęrẽtia, ſicut ſunt
oſſa, carthilago & ſimilia. Tenetq́ ſanguinem iſta, ne nimis mobilis corpus
fugiat. Hæc naſcit̃ de dięta ſecundũ frigidum & ſiccũ habita. Colera nigra
non naturalis, ex incenſa colera nigra eſt naturali. Eſtq́ calida & acuta, &
ſapore acida. Hæc feruet cum in terrã cadat, à priori differens, q̃ in uaſe poſi-
tã muſcæ quaſi ardentẽ fugiũt, priorem uero appetunt. Alia naſcitur ex in-

cenſio

cenſione colere,& acutior & calidior priore. Hæc habet peſſimas qualitates deſtruendi,& morbos peſſimos in corpore faciendi,ſicut cancer,lepra; & peſſima uulnera,& membra tota comedentia. Cuius color priori eſt nigrior,& igni ſublucidior. Hanc quidam uidentes ſanguinem nigrum eſſe dicunt. Sed differt quia ſanguis uenas exiens coagulatur, & non feruet. Hæc contra,& eſt acida,& qualitate peſſima. Si enim in aliqua membra inciderit,ſicut gladius uel ignis incidit. Eſt & alia liuidi coloris, & alia uiolacei,quibus peior eſt lucidior naſcens de diæta calida & ſicca. Galenus: Vidi inquit plures hanc coleram digerentes,& digeſtionem in citrinam poſt duos mutata dies ſani facti ſunt. In digeſtione multa & nigra color uiolatus ſi in citrinum mutetur,& ipſi ſanantur. Oportet autem intelligatur,quia quidam horum humorum in alium mutantur,quidam uero non. Phlegma enim ſi naturali colore calefiat,& excoquatur,in ſanguinem mutatur. Sanguis in colera,ſed impoſſibile eſt in phlegma mutari. Colera rubea in nigram nimio calore mutatur,quia non in ſanguinẽ,neq; phlegma in coleram rubeã. Res enim bene cocta,nunquam amplius ad hoc redigitur ut ſit cruda. Neq; cocta & incenſa nimis amplius bonum cibum faciat. Quod ita humoribus conſideratur. Phlegma enim medium coctum,poſſibile eſt ſanguinem fieri,ſi excoquatur calore naturali. Colera nigra & combuſta impoſſibile eſt, ad cruditatem redeat,& phlegma faciat. Iſtud etiam intelligatur de alijs humoribus. Hoc autem de humoribus neceſſe fuit ut diceretur. Quia quicũq; humores in quantitate ſiue in qualitate præualent ex neceſſitate morbidũ corpus facient. Si ad unum membrum confluxerint & ipſum morbidũ fit ſcilicet quod dicemus,cum de cauſis & morborum ſignificationibus diſputauerimus. Quod autem faciunt humores dum præualent,id dum minuuntur facient. Si autem unus uel omnes in quantitatis ſummitate uel ultimitate præualuerint,ſuffocatur calor naturalis,& uita perit. Si unus uel omnes in qualitate corrumpantur, ipſis corruptis in unum membrum deſcendentibus ipſius membri actio corrumpitur. Unde ſi cor patiatur, mors ſubſequitur.

Libri primi finis.

CONSTANTINI AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber II.

CAPITA LIBRI.

Diſputatio de omnibus mẽbris. 1
De oſſe. 2
De oſſibus capitis. 3
De oſſibus dorſi. 4
De oſſibus pectoris & cordis. 5
De oſſib. ſpatulæ & furcula uel orca. 6
De oſſibus manuum. 7
De oſſibus pedum. 8
De carthilagine. 9
De neruis. 10
De ligamentis & cordis 11
De uenis. 12
De arterijs. 13
De carne uel pinguedine. 14
De pelliculis. 15
De cute. 16
De pilis & ungulis. 17

Diſputatio de omnibus membris. Cap. I.

DIXIMVS in libro ſuperiori, quia humores, elementa & materia ſunt corporis, in præſentia eſt dicendum, de ſimilitudinibus membrorum, quę ipſius elementa ſunt, quia inde officialia ſunt membra. Natura enim mirabilis de multis mẽbris in quantitate & qualitate diuerſis corpus animalis compoſuit. Vt per ea regeretur animalium quodlibet quod in ſuo uigore uiueret, ut expleret ad quod factũ eſt naturaliter. Vnũquodq; enim animal corporis inſtrumenta animæ, uirtuti habet competentia. Quia leo cum ſit animæ audacis, & iracũdæ, corpus forte habuit atq; graue. In pedibus ungues & in ore acutiſſimos dentes. Lepus cum ſit timidiſſimus, corporis membra leuitate nimia fugæ habuit aptiſſima. Quia uirtutes animæ ſibi erant diuerſæ, fecit deus corporis inſtrumenta uirtutibus ſuis diuerſis competentia, ut pote manus in homine ut in eis operaretur, in quibus ſunt digiti multi & diuerſi, ut per eos magna & minima poſſent retineri. Epar rubeũ fecit prout ſuppetebat creando ſanguini. Mamillas & teſticulos ad creandũ lac & ſperma fecit albos. Hoc modo omnibus ſuis actionibus fecit conuenientia. Actiones autem ſunt tres: Spiritualis, naturalis, animalis, quibus corporis inſtrumenta ſunt ſimilia. Vnde membra animalem uirtutem ſequentia uocãtur animata. Et in alijs ſimiliter. Membra autem animata fecit deus in omnibus animalibus propter ſenſus & uoluntarios motus. Sed in homine & propter intellectum & rationem fecit cerebrum & oculos, odoratus inſtrumenta nares, auriculas, linguam, neruos & lacertos. membra ſpiritualia facta ſunt, propter flatus ſpiracula, & caloris naturalis conſeruantias, ut ſunt pectus & panniculi eius, cor & pulmo, cum ſuis canalibus, fauces, diaphragma, & arteriæ. Spiritualia membra ſunt bipartita, quædam enim nutritiua, quędam generatiua generantia. Nutritiua cibum mutant in membrorum totius corporis

corporis ſubſtantiam. Omnia enim humana & beſtialia corpora cõſumũtur ab arre & naturali calore. Neceſſe igitur fuit ut eorum cõſumptio ad cõſeruandam integritatem cibi repararetur. Hęc autem membra ſunt nutritiua, os, dentes, os ſtomachi, ſtomachus, inteſtina, epar, ſplen, fel, renes, ueſica, uenæ. Membra generatiua ſunt facta, ut ſpecificarentur generalia, & indiuiduarentur ſpecificata. Quia enim omnia indiuidua naturaliter conſumuntur, neceſſe fuit, ut per genitalia repararentur, quæ ſunt matrix, uel uulua, uirga, teſticuli, & uaſa ſpermatis. Singula horum animatorũ inquam & ſpiritualium ſeu naturalium unum habent principale membrũ, cuius cauſa facta ſunt alia. Quæ aut actionis ſuæ ſunt adiumenta, uel ſuæ ſuperfluitatis expulſiua. In animatis principale eſt cerebrum, quia in ipſo memoria, ratio & intellectus ſunt, & de ipſo uirtus ſenſualis, & motus uolũtarius ad alia mẽbra progrediuntur. Actionis ſuæ adiumenta, ſunt oculi, auditus inſtrumenta, odoratus, lacerti & nerui. Vnumquodq; enim horum exteriora portat ad cerebrum, quod ſibi portata diſponit. Nerui & lacerti mouent ad opera à cerebro diſcreta & diſpoſita, & neruis ab ipſo ad totum corpus ſenſualia feruntur. Iſtorum enim quædam ſuperfluitatis expulſiua ſunt, ut nares emunctionum. Oculi lachrymarũ. Defenſiua, ut panniculi ſuper cerebrum. Membrorũ ſpiritualium, cor eſt principaliſſimũ, quia ipſum caloris naturalis eſt fundamentum, quia de ipſo uel in omnia alia procedit uiuificanda. Adiumenta ſua, pulmo, panniculi, lacerti pectoris. Motu enim iſtorum aër attrahitur à corde calorem refrigerandum, & calor expellitur fumoſus qui circa cor adunatur. Portantia ab ipſo ad alia ſunt arteriæ. Ipſę enim à corde naturalem accipientes calorem & uirtutem uitalem portent ea ad omnia corporis mẽbra. Defenſiua cordis ſunt ſui pãniculi, diaphragma, & pectoris panniculi. Membrorum nutritiuorũ principale eſt epar, ubi ſuccus mutatur ciborum, & ſanguis efficitur de ipſo ad totum corpus nutriendũ ſpargendus. Huius adiumenta ſunt diuerſa. Quædam enim cibum præparant, ut ſtomacho leuiorem reddant, ſicut & dẽtes, quædam calefaciunt & cibũ mutant ut epati alleuient ad mutandũ in ſanguinẽ; Quod facit ſtomachus. Quædam portant à ſtomacho in epar, ſicut inteſtini gibboſitas, quod ieiunum medici uocant, & ſicut meſſaraica. Alia ab epate ad totum corpus portantia, ſicut uena quæ à medicis uocatur concaua. Alia tantum ſuperfluitatem ſanguinis expellunt & mundificant ſicut ſplen, fel, renes. Alia partem cibi ſuperflui recipiunt & expellunt, ut ſunt groſſa inteſtina & ueſica. Quod enim reijcit ſtomachus, ab his recipitur & expellitur. Veſica recipit ſuperfluitates aquoſas à renibus de ſanguine depuratas. In membris generatiuis principales ſunt teſticuli. Eorum adiumenta ſpermatis ſunt uaſa quę in maſculis ſiue mulieribus de ſpermate faciunt fœtus. Mammillę etiam adiuuant cum infantes nutriant. Quæ de uno ad aliud portant, ſunt ſpermatis uaſa

tis uaſa atq; uirga. Vaſa enim ſpermatis in maſculis ſperma in uuluam portant de teſticulis. Intentione iſta membra diuerſa fecit natura. Aliter etiam diuiduntur membra, ſcilicet in ſimilia, partes toti totumq; parti aſſimilantia, ut oſſa, carthilago, nerui, uenæ, arterię panniculi, ligamenta, pinguedo, caro, pili, cutis, ungulæ. Aut in membra compoſita, ut caput, epar, manus pedes, & ſimilia. Hæc autem uocãtur officialia. Membra ſimilia ſunt octo, oſſa, 2. carthilago, nerui, ligamenta. 3. uenæ. 4. arteriæ. 5. caro, glandes, & pinguedo. 6. cutis & pelliculæ. 7. ungulæ & pili.

De oßibus. Cap. II.

DVrior & ſiccior corporis pars ſunt oſſa. Quod duabus de cauſis neceſſe fuit. Aut quia corporis in ea ſunt fundamenta ſuper quæ totius corporis ſita eſt fabrica, unde ea oportuit eſſe firmiora, aut quia ab exterioribus defendunt interiora, unde neceſſe fuit eſſe duriora. Oſſa autem in corpore multa & diuerſa ſunt genere, ſex de cauſis oportuit eſſe: Ex corporis motione ab expellenda ſuperfluitate fumoſa, ex eorũ paſſibilitate. Et quia in alio loco parua, in alio oportuit eſſe magna propter fortitudinem, uel propter motus ſui leuitatem. Ex corporis motione, quia quædam membra in animalibus aliquando mouere, aliquando quieſcere fuit neceſſe. Aliquando enim mouentur manus, pedes, caput, & manuũ uolæ, ſine brachijs & digitis, ſine uolis propter ſuperfluitates fumoſæ expulſiõis, quia omnis cibi ſuperfluitas ſubtilis eſt uel groſſa. Groſſæ uiam dedit natura inferiorem, quod ſatis patet uiſui, fumoſæ ſuperfluitatis uiã ſuperius per quam ſecreto excludit. Fecit enim poros in cute, ſicut & in capitis oſſe. Caput enim ſumma pars eſt corporis, quod eſt ſibi idem quod tectum domui. fumi uero natura ſemper petit altiora. Fuit igitur neceſſe, oſſa capitis perforata eſſe, ne fumus concluſus prohiberet exire. Hi pori non propalantur uiſui, ne ab exterioribus aliquid intraret quod cerebro noceret. Ideoq; multa oſſa ſibi inuicem ſunt iuncta, quæ à medicis uocant ſoonia. Hęc oportet eſſe multa, ut facilius eſſent paſſibilia. Si enim unius pars pateretur neceſſe eſſe ſibi totum compateret. Vnde natura duo fecit uel tria, & ubi oportuit plura ut ſi unum pateret compatiendo, alterum non læderetur. Oſſa ergo maxillarum multa ſunt, manuum atq; pedum. Quę magna & parua ſunt ex quantitãte membrorum. Si enim membra fuerint magna ut coxæ, brachia & crura magna ſunt & oſſa. Si parua ut digiti & ſimilia, & oſſa erunt parua. Propter firmitatem, quia natura uidens ubi oſſa deberent eſſe ſolida, non ea fecit concaua, ſicut nec maxillarum oſſa. Propter motus leuitatem fecit natura in coxis & in ſimilibus membris oſſium concauitatem. Quia erant magna & mobilia, oportuit eſſe concaua. Quæ ex duabus de cauſis medullis ſunt plena, ne concauitate frangerent, uel ut inde nutrirent. Oſſa iuncta aut ſunt ſolida & immobilia, aut non ſolida & mobilia. Quorum motus aut mollis

mollis eſt, aut durus, & ulterius acumen intra alterius ſit concauitatem; quæ ex acuminis quantitate magna uel parua debet eſſe. Ineſt autem concauitati quoddam obſtaculum ad acuminis repellendum ictum, ne cadens & concauum collidens ſuam perdat mobilitatem. Obſtaculum quoddam quaſi carthilagine ueſtitum & ſimiliter concauum. Quibus uiſcoſa ineſt humiditas ut leuius mouerent oſſa. Vtriſq; uero extremitatibus quędam ligamenta neruoſa inducunt, ne ex nimio motu oſſa ſe iungerentur. Iſte motus non eſt æqualis in omnibus partibus. Eſt enim ubi ſunt curta, & acumen & concauitas ut in ſpatulis, eſt ubi utraq; longa ut in coxis, eſt ubi non ſunt rotunda, ut in ſpondylibus. Eſt cuius acumen non eſt de eodem oſſe ut in cubiti poſteriori parte. Huius mihi oſſa ſunt concatinatioue mobilia. Stabilia quædam inuicem concatenata, ut capitis craneum. Hæc enim oſſa dentes habent ſicut & ſerra. Quorum unumquodq; inter duo intrat alia. Quædā ſunt ſibi plantaria ſicut dentes in mēto & maxilla, quędam ſunt ſolida adeò elimata, ut nimia planicie quaſi unū uideant eſſe. Quædā alba ſicut pura oſſa, quædā tamē uiſcoſitate ſibi cōglutinata, ſicut mēti oſſa, utrūq; ſibi occurrentia in medio mento ſunt ſolidata. Itidē inuenit in quibuſdā mobilibus.

De oſſibus capitis. Cap. III.

OMnium oſſium ſex nomina ſunt. Alia enim ſunt capitis, alia dorſi, alia pectoris & coſtarum, alia ſpatularum & furcularum, alia manuum, aliaq; pedum. Capitis ſunt craneum, & oſſa menti, & dentium. Cranei forma eſt rotunda ante tamen & retro acuta. Rotunda aut ut à poſſibilitate ſit remotior ut in quantitatis cerebri capacior. Anterius propter cerebri proram acuitur, unde nerui prodeunt qui quinq; ſenſus differunt. Poſterius, propter cerebri puppim acuitur unde medullæ ſpondyliū egrediunt. Carneum ex oſſibus eſt multis ſibi inuicem cōcatenatis. Quod fit quinq; de cauſis, aut propter fumi ſuperfluitatem reijciendam, aut ut uenæ & arteriæ ad cerebrum introeundi & exeundi uiam habeant, aut ut cerebri panniculi firmiter eis inhærerent, ne cerebro inciderent, & cadentes aggrauarent. aut ne ſi unum frangaretur, & alia conquaſſarentur, aut quia prora eſt mollior, puppis uero durior. Huius carnei forma eſt quincupla, & in artubus ſecupla. Cuius duo oſſa ſunt ſimilia, & uocantur, decuma. Eſt & aliud in capitis prora, ubi additur corona, & uocatur coronatum. Cuius hæc eſt forma ⊃. Aliud eſt oblongum per mediū caput porrectum, & uocatur erectū —. Eſt & aliud in capitis prora, q uod eſt ſicut græcū lambda Λ. His tribus ſibi iunctis huiuſmodi forma ſit C—I. Decuma ex utroq; latere ſunt poſita ſuper auriculas à coronato incipientia uſq; ad græcum lambda & ſunt longa æqualiter ab erecto ſeparata. Sunt & alia duo in capitis medio juncta utrunq; cum erecto, hæc ſunt quadrangula. Quorum mollis eſt ſubſtantia propter fumi ſuperfluitatem diſſoluendam, qui circa uentri

culum priorem cerebri adunatur. Sunt & duo alia utrunq; poſita, ſolum de-cuminis à craneo differentia, quæ appellantur tempora. Suntq; triangula in tria oſſa diuiſa, quorum unumquodq; ſuam habet naturam. Vnum eſt pe-troſum, unde os petroſum eſt uocatum, foramen articulæ habens, poſitum ibi propter auris diuiſionem. Alterius oſſis natura ſummitati mãmæ eſt ſi-milis. Quod poſitum ibi fuit propter firmandum os menti ne locum ſuum exiret. Menti enim oſſa immobilia in iſtis ſunt fundata, hic os non adeo eſt durum, ſicut petroſum. Eſt & conciliũ, quod recte tempus eſt uocatũ: Alijs duobus minus durum. Quæ ideo ſunt dura, ne cito eſſent paſſibilia. Idem in telligas in alterius partis triangulo. In prora capitis eſt quoddam os ſolo co ronato differens à craneo, & hoc uocat frons, cuius forma circuli eſt medie tas, nec multum molle, nec multũ durum. Quod ideo fuit temperatũ ne læ deretur uicinitas oculorum. Eſt & in puppi os ſolo lambda græco differens à craneo, & uocatur puppis os. Forma cuius non eadem in omnibus homi-nibus. Durũ eſt quia puppis caret oculis quos cuſtodiret. Præter iſta ſunt quinq; alia, unum paulo ſimilatum, quod cranei & mãmillæ eſt firmamen-tum, oſſi puppis iunctũ, & uſq; ad ſolum capitis porrectũ, ut maxillis firma-retur craneum. Differens ab oſſe puppis per quoddam os aliud quod lamb da græco iungit utrunq; aſcendens uſq; ad coronatũ ſuper lacertos tempo rum. Quatuor ſunt alia, ex utroq; latere alternata, ex utrinq; uſq; ad mediũ pertingentia quæ uocantur paria ob defenſionem temporum ibi ſunt loca-ta. Maxillarum oſſa craneo ſunt iuncta, quæ ideo de multis fruſtulis fiunt, ne alia læderentur ſi pateretur unum. Et quia naturaliter dura erant & mol-lia, oportuit eſſe plura. Sunt autem nouem: Oculorum duo. In maxillæ & narium extremitate duo alia. In naſo duo. In naſi foramine unum. Vbi pa res dentes & quadrupli firmantur alterutrum. Oculorum duo incipiunt à coronati cõfinio, & ſubtus cilia pertingũt ad oculos uſq; ad maxillarũ extre ma deſcendentia, & ad narium media. Quibus occurrit unũ ex utraq; par-te protentum, in quo pares & quadrupli firmantur dentes. Oculorum ſin-gula diuiduntur in tria. Ambo maxillaria ſunt groſſa ab ocularibus incipi entia, & uſq; ad caninos dentes protenta. In quibus ſunt omnes dentes, præ ter quadruplos atq; pares. Quorum unumquodq; utrunq; naſo eſt laterale, & uſq; ad caninos dentes protendit ſe. Quæ groſſa ſunt atq; dura, ut pote neruum ab ea procedente defendentia. Naſi oſſa pro ut diximus bina ab an gulis mediorum ſuperciliorum incipientia, & uſq; ad quadruplos dentes protenſa, naſi lateralibus ab alijs differentia. Quæ ideo ſunt tenera, ut ſi for te rumperent, cito ſolidarent. Os ubi naſi eſt fortitudo ſubtile eſt & diuidit in parua duo, quę ſunt perforata, uſq; ad cranei cõcaua. os ubi pares & qua drupli radicantur, differt ab alijs naſi lateralibus. Si particularius totius fa ciei oſſa ſcire uolumus, quatuordecim eſſe præter menti, & dentium inue-

niemus

niemus. Menti enim oſſa ſunt duo, in ipſo iuncta medio, ubi dentes ſubteriores firmantur quadrupli atq; pares. Quorũ altera extremitas, duas habet furculas. Vna eſt acuta ſub paribus quos ſupra diximus, cuius acumini quodam modo corda inſeritur, quæ à lacertis temporum protendit̃, per quam bucca clauditur. Altera furcula eſt groſſa & rotunda, poſita in concauitate quæ eſt ſub duorum oſſium uberum cranei ſimilitudine. Huius furculæ rotunditate mentum fit mobile. Dentes ſunt quaſi quędam plantaria oſſibus maxillarum & menti inſita. Qui ſunt 32. Sedecim enim maxillaribus ſunt poſiti. Quorum quatuor in parte anteriori pares uocant̃ & quadrupli, lati & acuti, inciſores à medicis dicti. Sunt enim neceſſarij ad inciſiones cuiuslibet cibi. Duo uocantur canini collaterales quadruplis, in ſummitate acuti in radice uero lati, duris cibis commolendis apti. Sunt & decem alij utrinq; quini collaterales quadruplis, lati atq; groſſi, hi molares ſunt uocati. Ad molendum enim & ad frangendum cibum neceſſarij. Iſte idem dentium numerus in mento eſt intelligendus. Hi omnes ſunt furcati, ſed in eis quidam ſunt diuerſi. Alij enim quatuor, alij tres, alij duo, alij unum habent furculas. Quadrupli atq; pares, id eſt molares tres, ulteriores quatuor. Primi molares infra poſiti duo habent, ultimi tres.

De oßibus dorſi. Cap. IIII.

Oſſa dorſi ab oſſibus incipiunt puppis capitis, & uſq; ad uicinitatem protendunt̃ ani. Hęc quatuor ob cauſis fuerũt neceſſaria, uel quia ſunt fundamenta aliorum, id eſt, omnia alia ſuper ea ſunt poſita, ſicut nauis tota ſuper carinæ media, aut quia opertorium & defenſio ſunt uiſcerum atq; lacertorum, aut quia neruus huiuſmodi neceſſarius fuit toti corpori, per quem deſcendentem à cerebro ſenſus membris inferioribus daretur & motio. Cum enim multa membra à cerebro ſint remota, & uiæ longinquitate eis denegetur ſenſualitas, uis quædam cerebri data eſt ſpondylium medullis, per quas ea diſpenſaretur neruis per remotas partes corporis, quæ quaſi medullæ, lingua Arabica uocantur nucha. Quarto dorſi oſſa fuerũt neceſſaria ut cuſtodirent & defenſarent nucha, ne quid lęſionis pateret̃ ab extra poſitis. Sunt ergo hęc oſſa defenſaculũ nucha ſicut craneũ eſt cerebri. Eadem enim eſt nucha, quæ & cerebri natura. Spondyles iſtę duabus ex cauſis ex oſſibus ſunt multis, ut animal, quodlibet ſe inclinare & erigere poſſet. Aut ut eorum concauitas alicubi eſſet lata, alicui ſtricta, & oſſa alibi groſſa, alibi ſubtilia. Eius enim ſuperior pars ſubtilis eſt & concauitas larga. Interior groſſa & ſubtilis concauitas. Dorſi oſſa ſunt quadripartita. Alia enim colli, alia dorſi, alia renũ, alia iuxta anum. Homo collum habuit duabus de cauſis. Aut propter ſonoritatem uocis, quia animal carẽs collo, uoce caret omnino. Sicut piſcis, aut ſi q̃ habet, habet raucã ſicut rana, Aut

ut capite ante moueret & retro. Septem ſpondyles habet collum, habet ſpondyles minores & ſubtiliores, & concauitate largiores. Dorſa duodecim habet minus concauas, ſed maiores & groſſiores. Groſſitudo eſt earũ quia coſtæ ſuper eas fundatæ ſunt, aut quia uiſcera cooperiant ab eis. Earũ concauitas ideo eſt ſtricta, quia nucha deſcendens à cerebro in colli ſpondylibus eſt groſſior. Multitudine enim neruorũ à dorſo procedẽtium neceſſe fuit ſubtiliari, & concauitatem minorari. Renum ſpondyles maiores ſunt prioribus & groſſiores atq; concauę minus. Quod poſtea probabimus. Quæ omnia ut diximus & hic conſiderent. Quia eñ de unaquaq; ſpondyli duo exeũt nerui, neceſſe fuit ſubtiliari. Harum inde fuit maioritas, quia una uſq; ad alteram alterã portat. Sunt autem uiginti quatuor. Omnes iſtæ ſibi inuicem concatinatæ exceptis prioribus in colli poſiti ſummitatibus. Quia ex puppi duo exeũt acumina, duabus prioris ſpõdylis cõcauitatibus, à dextris & ſiniſtris ſuccedẽtia. Ex qua colligatione caput dextrorſum & ſiniſtrorſum eſt mouere. A ſpondyli ſecundo duo exeunt ſimiliter acumina, per foramen primæ ſpondylis procedentia, & à puppis uſq; pertingentia, ubi duabus cordis ligantur, ut ante & retro per eas caput moueat. Omnes aliæ ſunt ſibi cõnexæ quibuſdam fruſtulis inter duas ſuccedentibus quibus & ſibi concatenarent & alterius motus non eis prohiberet. Dorſi ſpondylis ſuperior habet fruſtula duo, & ſimiliter inferior. Quorum unumquodq; concauitate ſubit ſibi præparatam, quinq; colli, & quinq; renum, quatuor habent ſurſum & quatuor deorſum. Horum ſinguli ſuas concauitates ſubintrant ſingulas, ubi perfectis cõnexionibus ſibi colligantur. Quæ ad hæc fuerunt neceſſaria, ut cæterorum eſſent firmamenta. In dorſi ſpondylibus duo ſunt tantum à quibus alia ſicut ſpina contorta exeunt. Hæc contorta à medicis appellantur ſeneuica. Vnaqueq; ſpondylis habet tres, unum ſuper & duo ſubtus lateralia. Similiter habent os præter primas in collo poſitas, quæ iccirco caruerunt his tortionibus, ut non obeſſent lacertis caput mouentibus. Contortio iſta in 8. ſpondylibus petit inferiora. Decuma ſemper habet erectus. Aliarum omnium ſuperius contorta ſunt. Hęc ſeneuica tribus de cauſis fuerunt neceſſaria, aut ut poſteriora colligent, aut ut la certos ſuper dorſum, uenas quoq; & arterias neruosq; firmẽt, aut ut coſtas firmiter adhærere faciant. Vnaquæq; ſpondylis duplicis eſt foraminis, per quæ pares nerui exeunt, qui de nucha interiori prodeunt. Horum quædã foraminum inter duas ſpõdyles fiunt, quędam in integra tantum. Inter duas ſpondyles ſunt foramina, quia cum unaquęq; ſemicirculo habeat ipſis iũctis, neceſſe eſt reddi foramina, hoc conſideratur in colli ſpondylibus. Aliæ enim ſunt ſuperius pluſq̃ medium habentes circulum, ſed inferius habet minus. Quibus iunctis perfectio fit circuli, & hęc eſt in ſpondylibus dorſi. Spõdyles renum unum foramen habent ſolum. Quæ ſunt iuxta anum, duorum

ſunt oſſi

ſunt oſſium. Quorum unum uocatur iuxta anum, os iſtud latum inferiori renum ſpondyli iunctum in ſimilitudine ſpondylis de tribus oſſibus factum. Quorũ duo lata duas habẽt cõ cauitates, nõ adeò magnas, hęc ſunt coxarũ iuncta oſſibus. In unoquoq; horum foramina ſunt à quibus nerui prodeũt. Hęc non ſunt lateralia: Sicut ſpondyliũ, oſſa enim coxarũ in lateribus ſunt. Foramina ergo iſta in medio ſunt poſita. Alterutrũ os uocatur ipſe anus, ſimiliter de tribus factus. Hæ ſunt naturæ carthilaginum, à quibus tres partes neruuli exeunt unum par de duobus foraminibus ſpondylium foramina aſſimilantibus. Os tertium foramen inferius habet aliud, unde exit neruus unus. Hæc de dorſi ſufficiunt oſſibus.

De oßibus pectoris & coſtis. Cap. V.

PEctoris fundamentum ſuper dorſum eſt poſitum, cuius magna eſt cõcauitas ut intra ſe poſita cuſtodiat, & cor defendat, ſcilicet & pulmonem, pãniculos quoq; & cętera. Magnitudo concauitatis ut pulmo poſſet huc & illuc dilatari. Conſtat autem pectus coſtis & teneritudine quadam coſtarum 24. In anteriores & poſteriores fit diuiſio. De 14. anterioribus pectus conficitur, quæ dorſi ſunt ligatæ ſpondylibus. Septenę ſcilicet ex utroq; latere ſemicirculo aſſimilatæ. Sed ſi iungantur circulum facere uidentur. Hęc ligantur in anterioribus cum ſeptem teneris oſſibus carthilaginem aſſimilantibus. Sed tamen in teneritudinis ſummitate ſeria carthilago comprobatur eſſe. Quę dum acuitur eſt ſicut gladius, & ori ſtomachi ſuperponitur ad defenſionem ſui, & cordis & diaphragmatis. Decem poſteriores coſtæ, quinq; dorſi ſpondylibus ſunt inſertæ. Hæ ſunt curtæ ut non poſſint ad oſſa tenera pertingere. Earum extremitas ne forte rumpant eſt carthilaginoſa. Sunt autem omnia duo, & triginta ſex.

De ſpatula & furcula uel orca. Cap. VI.

SPatulæ oſſa duabus de cauſis fuerunt neceſſaria, aut ut defenderent pectus, nequid pateretur retro ab exterioribus, aut ut armorũ ligẽt oſſa, quæ interius ſunt concaua, exterius uero gibboſa. Erant enim neceſſaria ut proderet coſtis concauitas, qua oſſa habent nodos quos medici uocant ſpatularũ oculos, quod nomẽ ex affectu ſumpſerũt ſuo. Sicut enĩ oculi totius anterioris defenſores ſunt corporis, ita iſta à poſteriori defendunt pectora. Iſti quaſi oculi ideo ſunt cõcaui ut armorum acumina poſſunt eos ingredi. Habet autẽ ſpatula duo acumina retro, unum corui roſtro aſſimilatum, per quod eadem ſpatula furculę eſt connexa, ne à ſuperiori locum ſuum exeat. Intus uero alterum ad hoc tantum poſitum ne ſubtus exiret acumen armorum. Furculæ ad hęc fuerunt neceſſariæ ut armos ligarent, & à pectore differre facerent ne forte pectus manum contraheretur. Harum oſſa exterius ſunt rotunda, interius uero concaua, & cum teneritudine pectoris ante ligata, retro uero cum corui roſtro. Earum ligamenta oſſa ſunt

carthila

carthilaginoſa, quę uocant ſpatularū capita, ad hęc poſita tantū, ut cōtenationem facerent armorum. De oßibus manuum. Cap. VII.

VNaquæq; manus in tria oſſa generaliter diuiditur, in armū, cuius os magnum, concauum atq; rotundum. Ex familiari enim parte concauum, ab extranea uero gibboſum, quod eſt rotundum. Dico autem ex familiare, quod interiori parti corporis uidet attinere. Extraneum, quod exterius. Hoc autem fuit ſolitariū, quia cum ſpatulis una concatenatione eſt copulatum. Fuit etiam magnum ut magnum ferret & brachium. Concatenatio enim manus atq; brachij huic connectitur oſſi: Rotūdum efficitur, ut non facile pateretur. Fit autem concauum, ut arteriæ, uenæ, atq; nerui uiā habent ad manum & brachium. Extranea gibboſitas familiari parti fuit competentiſſima. In extremitati ſuperiori eſt acutum, ut ſpatulæ intraret concauum, & concatenatio fieret armorum. Quod adeo eſt molle, ut locum ſuum aliquando cogatur exire. Mollicies ideo fit, ut armus undiq; fieret mollidior. Extremitas inferior, attinens brachio capita habet duo in familiari parte manus, quod nulli oſſi colligat ut nerui, uenæ, atq; arteriæ in eo ligarentur. Interq; bina ſunt duo concaua, unum retro & alterum antea. Quæ brachij acumen intrant, & ſuam faciunt concatenationem. Brachium ex duobus conſtat oſſibus, unum ſupra, & appellat cubitus ſuperior, alterum infra, & uocabitur cubitus inferior. Eſt autē inferius priori maius, quia portans portato maius debet eſſe & firmius. Hæc duo rotunda habent acumina, quæ milia uocant, ad extremitatem armi pertingentia. Milum maius eſt exterius, atq; minus exterius. Concauitatem habent armi quam intrant cum extenſio fit brachij. Exterior pars manus ex octo minimis oſſibus medulla carentibus ſolidis & diuerſis cōponitur. Oſſa octo habuit ut manus eſſet mobilis. Sunt autem diuerſi forma, altera ſcilicet gibboſa, altera concaua, altera erecta, ut cum omnia iungerentur quaſi in unum os redderet. Iſta in duobus ordinibus ſtantia ex una parte cum uolæ pectinibus ex altera cum duabus brachij concatenationibus fortiter ligantur. Concatenatio ad ſuperiora habet horum tria, unā brachij concatenationem ſubeuntia, per quam manus lateraliter extendit atq; ſtringit. Concatenatio atq; inferior atq; minor exterminati interioris iungitur brachij ipſius acumine concaui quinq; oſſium ſubintrante. Hęc cōcatenatio motū facit ante & retro. Vola manus in duo diuidit, pecten pars una, digiti uocant altera. Quod pecten ex quatuor fit oſſibus ne ſi forte unū patiatur, & alterum lædat. Digiti ſunt quinq;, quorum unuſquiſq; componitur ex tribus oſſibus, quæ ſibi inuicem concatenant, & quatuor digiti cū pectine ligantur. Pollex eīn brachij interiore, & trium oſſium iungitur cō catenatione fiuntq; noduli inferiores ſuperiorib. maiores, & latiores, quia portans eo quod portatur, latius atq; firmius.

De oſſibus

De oſsibus pedum. Cap. VIII.

OSſa pedum medici in tria diuidunt. Sunt etiam coxarum, ſunt etiã ancharum, ſunt & crurum atq; pedum. Ancharum oſſa ante & retro ſuperius cum ani ligantur oſſibus. Cuius unaqueq; pars in tria diuiditur oſſa. Os medium atq; ſuperius propriè ancha uocatur, quæ ligatur cum ani oſſibus concauitatem ſuam intrantibus, hæc propriè ancha uocatur, pixis uero eius concauitas. Os ſecũdum eſt poſt iſtud, quod os ilium uocatur. Tertium os penis eſt. Os coxæ eſt neceſſarium propter coxæ motum, oſſa interiora, & exteriora ad cuſtodienda ſpermatis uaſa, matricem quoq; & ueſicam rectaq; inteſtina. Os coxæ maius eſt totius corporis oſſibus tortum in extranea parte à ſuperiori, in familiari ab inferiori. A poſteriori cõcauũ, in anteriori parte gibboſum, duo habẽs acumina, ſuperius & inferius. Cuius magnitudo fuit duabus de cauſis. Vel quia totius corporis oſſium eſt fundamentum, uel quia maiorẽ portat lacertum, per quem motio fit pedum. Tortitudo extraneæ partis à ſuperiori, ut locum habeat lacerti. Tortitudo à familiari parte inferior, ne ſi eſſent ex una parte tortitudines, corpus tortum & non rectum fieret. concauitas poſterior, & gibboſitas anterior, ut firma eſſet ſeſſio. Acumẽ rotundatur ſuperius, ut anchæ pixidem ingrediatur. Inferius duo ſunt acumina, duas cõcauitates cruris ſubeuntia. Crus enim duorum eſt oſſium, quæ arundines uocata ſunt, unum magnum in familiari parte poſitum. Duo habet concaua, quę concatenatũ genu reddunt inferiori coxę parti iuncta. In huius concatenationis ſupremo, unum eſt rotundum os: Carthilaginoſum atq; concauum, cuius concaua crurum & coxæ intrant oſſa, hocq; uocatur genu. Arundo altera in parte eſt, extraneaq; & ſubtilior & curtior eſt arundine prima, non pertingens à ſuperiori uſq; ad cõcatenationem poplitis, ſed ab inferiori maiori iungitur arundini. His arundinibus cauillæ pedis iunctis concatenatio quædam fit, unde motus procedit calcanei. Minus autem adiuuamento maiori datur ut pondus patiatur facilius, aut ut neruos, arterias & lacertos tutaretur. Aut ut inter ipſum atq; maius concatenatio calcanei redderet. Pedis calcanei diuiſio eſt ſenaria. Eſt enim cauilla, eſt & calcaneus, & pedis nauicula, & racha, quę ſic lingua uocat' Arabica, eſt & pectẽ, ſunt & digiti. Os calcanei rotundũ eſt ſuperius à parte familiari. Ab extranea parte longũ eſt & ſubtile, ſubterius latũ atq; ſolidũ attingens terrã. Rotundũ ne quid forte patiat'. Lõgitudo atq; ſubtilitas ut bene firmaret', uel ut ſuperpoſita pateret'. Soliditas ut ferre dura poſſet corpora. Cauilla calcaneo eſt ſuperpoſita mollibus ligamẽtis retro nexa duo habens acumina à parte familiari, maioris intrans cõcauitatẽ arundinis, ab extranea minoris, hac cõcatenatione calcaneus ſuſum & uiſumq; mouetur. Os nauiculæ ad modum nauis eſt factum ſuperius & retro, & utrunq; operiens extremitatem cauillæ, Ante eſt ligatum ſicut eſſet con-

catenatum. Per hoc pedi datur lateralis motus. Vtrinq; iſta cum calcaneo eſt ligata, ſed ab extranea parte infra, à familiari altius ut locus remaneret concauus. Hæc concauitas dupliciter fuit neceſſaria, ut ſcilicet ſi pes acutæ rei ſuperponatur concauum haberet, ad quam cito confugeret, uelut calcaneus ad motum leuior redderetur. Racha quatuor habet oſſa, tria poſterius cum nauiculæ retro iuncta oſſibus. A parte uero familiari ante cum tribus oſſibus pectinis. Qs quartū quod uocatur grādoſum, in parte minoris digiti eſt poſitum. Cuius acutum ut ligaretur retro calcanei intrant concauum, ante cum duabus pectinis oſſibus ligatur. Racha fuit neceſſaria in pedibus ſicut & in manibus. Sed tamen iſta quatuor, illa oſſa habet octo. Maior enim motus manibus quàm pedibus fuit neceſſarius. Pecten ex quinq; conficitur iunctis cum quatuor rachæ oſſibus. Tria horum iungunt cum rachæ tribus, duo cum grandoſo uno. Pecten fuit utilis ſicut & manuum. Quatuor digiti tria oſſa habent ſinguli. Pollex qui & maior tantum habet duo quod iccirco contingit ut pedes intus eſſent concaui. Maiora habuit ut per eas pes poſſet ſuſtentari, ut ſicut manus per pollicem tenendi habuit facultatem, ita & pes ſuſtendandi in deſcenſu ſiue aſcenſu firmitatē. Omnia ergo corporis oſſa ſunt 41. & 200. Septem capitis. 4. paria. 14. maxillaria. dentium 16. unum pali, duo menti, dentium ſuorum 16. ſpondyles 24. coxarum 3. ani 3. coſtæ 24. teneritudines 8. ſpatulæ 2. capitum ſpatularū 2. furcularum 2. armorum 2. cubitorum ſuperiorum 2. inferiorum 2. Racha manuum 16. Pectinis in manibus 8. digitorum 30. ancharum 2. calcaneorum 2. nauicularum 2. Rachæ pedum 10. digitorum 30.

De carthilagine. Cap. IX.

CArthilago eſt oſſium teneritas quorumlibet fœtuum oſſibus aſſimilata, de qua ſatis tractauimus in oſſium compoſitionibus, cum quibus iungitur. Eſt & pectoris teneritas, coſtarū etiam teneritas & hipochōdria. Pars in ano & ancha, & in extremitatibus oſſium acutorū nariumq; auricularum, gutturis, & canalium pulmonis, quæ omnia fuerūt carthilaginoſa, ne forte rumperentur cum complicarentur.

De neruis. Cap. X.

NEruiq; fuerunt neceſſarij ut ſenſum atq; motum ferrent mēbris corporis, oſſibus ligamentis, & carthilaginibus pinguedini & glandibus. In natura enim ſua nullum horū habet ſenſum atq; motū. Sed horum ſingula pro ut dicemus fuerunt neceſſaria. Quidam tamen medicorum dentes oſſeos ſenſum habere dicunt, quia labris trementibus & ipſi tremere uidentur, & dolorem patiuntur. Dolor autem non eſt ſine ſenſu, quod negant alij, dicentes dolorē illum eſſe in gingiuis atq; neruis. Quorumlibet neruorum fundamētum eſt cerebrum, cum uoluntarij motus atq; ſenſuum ſit firmamentum. Omnes autem nerui aut de cerebro procedunt,

aût de mediatoribus cerebri. Cerebri mediatores eſſe ſpondylium dicunt medullæ, quæ nucha ſunt appellatæ. Quod ideo oportuit eſſe, ne ſi omnes à cerebro prodirent, aut rumperent, aut nimia longinquitate ſenſus perderentur. Membrorum ergo propriorum nerui, à cerebro debent progredi. Remotorum à nucha, quod fingit cerebri natura. A cerebro procedentes ſunt molliores. De nucha duriores exeuntes, à prora cerebri, omnium aliorum ſunt molliſſimi, quia ſenſum portant alijs. Molliores uero cito mutant circa ſentientes. Prodeuntes à puppi cerebri fuerunt duri ut motũ poſſent pati, quia mollia ueloci motu cito rumpuntur. Neruorum à cerebro exeuntium ſeptem paria ſunt. Quidam ad oculos progrediunt ut darent eis ſenſum uiſus. Alteri ad eoſdem ut eis darent motionem. Aliorum quidam uadunt ad linguã, & ſenſum guſtui dant. Quidam ad tempora, ut motum comedenti præbeant. Iſti idem ad narium exeunt extremitatem uſq; ad labrũ. Quidam ad gingiuas atq; dentes tendunt donantes eis tactum. Quartum priorum parium diuiditur, per palati ſummũ, ut eis donet guſtum. Quinti pars uadit ad auriculas, ut auditum eis præbeat. Pars ad latitudinem pectoralium lacertorum ut uirtutem det eis motionum. Sexti paris pars tendit ad uiſcera, ut per eam ſentiant. Pars ad lacertos gutturale ut eos moueant. Septimum uadit ad lacertos gulæ atq; gutturis ut inde poſſint moueri. Vnũ quodq; iſtorum priuſquam exeat craneum duobus cerebri panniculis eſt coopertum. Subtilis panniculus propter nutrimentum ſui eſt uenoſum. Alter eſt groſſior & durior ab oſſibus cranei defendens neruos. Primum par neruorum à cerebro exeuntium eſt concauum nulli aliorum tanta cõcauitate aſſimilandum. Cuius ſubſtantia cerebri naturę eſt uicina. Concauitas omnibus fuit neceſſaria, ut per eos ſpiritus uiſionis daretur oculis. Sunt autẽ maiores iſti totius neruis corporis, quod ex duabus cauſis contingit, nę concauitatis cauſa rumperentur, aut ut maiorem quantitatem ferrent ſpiritus, fuerunt molles ut ſentientem facerent uelociter. Prodeuntq; duo iſti nerui à duobus quaſi uberibus cerebri. Vicinantes autem naribus prius concaui ibi iungunt. A naribus uero protendunt ad oculos hoc modo X. Concauitas iſta oculis q̃ maxime fuit neceſſaria, ut ſi forte pateret unus ramuſculus per alterũ alteri lumen oculo præberet, hoc probare poteris: Si clauſo uno oculo alterũ aperueris, neruus à dextro parte ueniẽs, ad dextrũ oculum tendit, à ſiniſtra ad ſiniſtrum. Quorum ſingulus ad oculos uſq; progreſſus, ita ibi dilatat, ut uitream tunicam circundet, concauus. Spiritus aũt uiſionis à cerebro egrediens, & eandẽ tunicã percutiens oculum irradiat. Nerui iſti in egreſſione à cerebro, lenes ſunt & molles. Si quanto plus ab eo elongant, tanto duriores efficiunt. Ad oculos aũt conueniunt, ibidẽ rurſus molleſcunt. Secundũ par neruorum à poſteriori parte incipit priorũ. Quorum unuſquiſq; exit per foramen cranei quod uicinũ eſt ſingulorũ oculorũ

cōcauitati. Quā circundantes dilatanť, ut per eos oculi moueanť. Par tertiū incipiēs retro poſt ſe, et per ſedē capitis exiēs à puppi, cerebri 4. pari counit. Sed poſtea principať ſeparatim. Quod cū exeat à craneo in quatuor diuidiť neruos. Vnum foramen exit quod uena ſubijt in uenulis. Hic cū per ceruicem deſcendit in uiſcera diaphragmati ſuperpoſita, diſpergit ſe per ea, q̄d cum per foramen oſſis temporis egrediť, & nerui quinti paris commiſceť. Tertius cum foramen oſſis ocularis exeat, unde ſecundū par iam exierat, in tres alios diuidiť neruos. Horum primus furculatus in exterioribus, oculorum angulis dilatatus, lacertos temporū tandem ingrediť. Alter ab angulis oculorum maioribus narium foramina ingreſſus ibidem diuidiť. Alius in maxillis in duos neruos ſe diuidit. Vnus intrat oris interiora ab altero extrinſecus utraq; ſuperioris labri extremitas petiť. Quartus tertij paris neruus ſuperius propter incidentem diuiſionem intermiſſus per maxillas diuidens ſe, maximum guſtum donat linguę. Huius altera pars inferioris labri, dentes radicat & gingiuas. Quartum par 7. principalium tertium pari ſibi iunctum, poſt ab eo ſeiungiť, & per tunicam palati diſpertiť, ut per ipſum ſibi tactus præbeať. Quintum uero par ingreſſione ſua in duo diuidiť paria, unum à cerebri incipiens prora, retro tertium, principale par in auricularū ſecedit foramina, & ibi ſe dilatans eadem circuncidat. Hoc autem par, auribus auditum dat. Secundū par huius quinti à poſteriori parte exit prioris, per foramen ſcilicet ubi os petroſum eſt. Quod foramen à medicis propter os petroſum uocať orbum, cum tamen ſit apertum. Hoc cōmixtum pari tertio ex magna parte ſecedit in maxillarum lacertos. Altera in temporum ut eorum adiuuet ſenſum, & par tertium. Sextum par principale à puppi uideť exire per foramen utrunq; in extremitate, lambda græcū aſſimilante. Ab unoquoq; eorum tres nerui exeunt. Primus intrat lacertos gulæ uadēs ad fundamenta linguæ, adiuuans par ſeptimū in eiuſdem linguę motū. Alter tendit ad lacertos ſummarū ſpatularum. Tertius qui maior eſt cæteris, per ceruicem uſq; ad uenam iuuenilem deſcendit, per quam uadens in furcula diuidiť multiforiter. Partiť em̄ in lacertos gutturis & deſcēdēs ad pectus, in furculā aliā diuidiť & redit aſcēdendo in gutturis lacertos caput habens inferius. Hoc à medicis uocať tornatilis, hic iterùm furcať, & ad cor ex parte diuidiť ad pulmonē quoq; & canales eius, & ſuppoſitus diaphragmati, in uiſcera & oſſa cedit ſtoma chi, miſcēs ſe neruis tertij paris. Septimū par principale incipit à puppi cerebri, unde nucha ortū habuit. Hoc ſe in lacertos diuidit linguę partimq; carthilagini cōnectiť gutturali ſcutū aſſimilāti, in lacertos diuiſa inclinatos poſitos in oſſe lambda græcū aſſimilante. Alij à cerebro uidenť procedere nucha mediatrice. Nucha em̄ à cerebro deſcendit in ſpondyle dorſi incipiens à fine puppi, id eſt, à prima ſpondyli colli. Ab hac nucha ex neceſſitate procedunt nerui, ſenſum & uoluntariū motum præ

tum præſtantes, membris ſub collo poſiti. Sunt autē triginta duo ſibi paria & unum tantum impar. In collo enim 8. 12. in dorſo, in renibus 5. iuxta anū 5. in ano 3. in fine ani unum. Primus de 8. exit à prima colli ſpondyli, ſecedens in lacertos capitis. Par ſecundum inter primam & ſecundam ſpondylem habet exitum. Partim in cutem tendens capitis ut ſentiat, & in poſteriores colli lacertos pars altera. Alia in latos uadit lacertos ſuper ſpatulas. Par tertium inter ſecundam exiēs & tertiam, in duos utrunq; diuiditur neruos. Quorum unus ad lacertos interiores, alter ad lacertos utrunq; uadit poſteriores. Par quartum exit per foramina tertiæ atque quartæ ſpondylis cuius unumquodque caput in duo diuiditur. Pars horum maior & plurima contra ſpondylis quartæ ſpinam tendit. Inde lacertos inter dorſum & collum poſitos, inde reuertens in dorſi lacertos furculatur. Pars altera minor miſcetur cum pari tertio. Par quintum inter quartam exit ſpondylem atq; quintam. Cuius unaquęq; pars in duas diuiditur alias. Minor pars adeūdo ſpatulas in lacertos diuidit earū. Maior partim in ſūmā pcedit dorſi, partim in latos ſuper ſpatulas lacertos, partim in lacertos inter collū et caput poſitos. Altera pars huius maioris miſcet cū 5. 6. 7. paribus à ceruice procedentibus, & ſecedit poſtea uſq; ad medium diaphragma. Sextum par exit inter quintam & ſextam ſpondylem. Septimum inter ſextum & ſeptimum. Octauum inter ſeptimum & octauum. Hæc autem paria partiuntur in multa. Pars enim in lacertos tendit capitis & colli. Alia in lacertos dorſi, alia in diaphragma, præter 8. tantum, alia in aſcellas uſq; in concauitatem ſpatulæ, cui motum det digitis, alia in brachij cutemq; ut faciat ſentientem. Primum, 12. parium à pectoris ſpondylibus exeuntium, inter primam exit & ſecundam, cuius pars uadit in lacertos inter coſtas, alia in lacertos ſuper dorſum. Alia ſuper primas coſtas, & 8. pari iungitur, procedens uſq; ad uolam manum, ut per ipſam ſibi dentur motus atq; ſenſus. Alterum par in ſecundam exit ſpondylē & tertiam, & diuiditur in cutem armi, ut det ſenſum ei. Altera pars tendit inter lacertos coſtarum atq; pectoris. Tertium inter lacertos ſpatularum atq; dorſi, ut motum paret eis. Similiter alia decem paria à ſpondylibus pectoris exeuntia, unicuiq; membro ſibi uicino uirtutem ſubminiſtrat, & unuſquiſq; inter duas ſpondyles exit. Sed tantum 12. ab integrę ſpōdylis medio procedit. Quinq; parium in renibus alij in lacertos ſuper uentrem, alij uadunt ſuper penem. Alij furculantes deſcendunt uſq; ad ſummos pedes. Tria à foraminibus oſſium ani exeuntia, in lacertos ſibi uicinos diuiduntur, & ex magna parte deſcendunt ad pedes ſummos. Tria ab ano exeunt, & impar unū. Primū exit ab oſſe, 3. quod ponit iuxta anum & à primo 3. ani oſſium. Hic autem & duo alia diuiduntur in multa. Quædam enim in natium lacertis, quædam in uirgæ, alia in ueſicæ, alia in ipſam uirgam. Omnes ergo nerui pares atq; principales ſunt triginta.

E 3 Deliga

De ligamentis & chordis. Cap. XI.

LIgamentum eſt ſubſtātia inter neruos atq; oſſa, oſſibus mollior, neruis autem durior. Incipit ab extremitate oſſiū, ideoq; nullū habet ſenſum. Illa enim tantum ſentiunt quę de cerebro exeunt. Ligamenta duabus fuere neceſſaria, uel ut ligent oſſa in concatenatione ſua, uel ut lacerti cum oſſibus per ea ligentur. Eorū forma eſt diuerſa, aut enim ſicci nerui ſunt rotunda, quia in locis neruis carentibus ſunt poſita ſicut in concauitate natione armi & cubiti, aut ſunt lata, ut ligandorum ſint culcitra, & firmiter ligent liganda, aut ſunt lata & ſubtilia ſicut panniculi, ut per ea uenæ defendantur, atq; nerui. Cubitales enim chordę & lacerti undiq; ſunt his ſicut defēſoribus cooperti, & ſimiliter alij his ſimiles loci. Chordę ſunt intra ligamenta & neruos, quia à ligamentis oſſium & neruis ad lacertos procedentibus fiunt. Cum enim nerui à lacertis progrediantur, in ipſas diuidunt̃ & cum eiſdem miſcent̃. Ligamentorum pars cum eiſdem ab oſſibus prodeuntibus eſt mixta. Commixtiones horū lacerti uocati ſunt. Pars neruorum & ligamentorum in ſummitatibus eſt lacertorum, in mēbrorum confinio ſe mouentiū, ubi cum eis miſcetur, & chordę uocant̃. Chordarum uero natura ligamentorum & neruorum eſt media. Vnde etiam ſentiendi, ligandi, & mouendi habent ſupplementa. Earum forma ſicut ligamentorum eſt diuerſa. Aut enim eſt rotunda, aut lata, aut & lata & ſubtilis ſicut panniculi. Rotunda in lacertorum capitibus eſt poſita, & concatenationi eorum eſt uicina. Hæc autem rotundat̃, ne quid forte patiat̃. Quales ſunt chordę in brachij & rachæ concatinatione. Lata in cōcatenatione ipſa, ut eius quantitatem teneat. Lata & ſubtilis ſicut panniculi, triplicis eſt iuuamenti. Aut em̄ ſubtilem ſenſum dat membris, ſicut chordæ ſub uolis manuū conſtitutæ, & dilatatæ, quæ ſunt inſtrumenta ut uolæ tangant tangenda. Aut & duritiem & ſenſum pręſtat ſibi concordās, quæ ſub pedū ſe dilatant plantas. Hæ em̄ & ſenſum ut paſſibilia ſentirent dant & duritiem, ut calcatam paterentur ſoliditatem. Tertium iuuamentum eſt ut pelliculas corporis operirent, & deſcenderent ſicut chordę ſuper duos lacertos uētris poſitæ, quæ duritiem ſibi debent dare. Similiter & omnes aliæ lacertorum uentris.

De uenis. Cap. XII.

VEnę incipiētes ab epate fuere neceſſarię, ut ſanguinē ab eodē ad mēbra corporis nutriēda ferrēt. Sūt aūt naturę rarioris atq; mollioris, ut, quia epatis naturę fuerāt uicinę, mutarēt aliquātulū cuiuslibet rei ad ſe ueniēs ſuccū ſiue ſanguinē. Quę de una tunica ſunt factę, nō de duabus ſicut arterię. Arterię em̄ ſpm̄ recipiūt & ſanguinē, iſtę uero ſolū ſanguinē. Venæ ergo exeuntes ab epate ſunt duę. Vna enim exit ab epatis concauitate, quę nomē ſortita eſt portę, altera gibbo epatis, unde cōcaua debet uocari. Portę extremitas anteq̄ epar exeat eſt quinaria. Exiēs ab epate uſq; ad 12. inteſtinū uidet̃ pertingere, Ibi uero diuidit̃ in 8. duarū minorū una, intrat inteſtinū

portans

portans ad epar,ſuccum ab ipſo inteſtino recipiendū. Altera ſecedit in ſto-
machum & in aliud inteſtinū,quod porta eſt uocatum,& inde cibi ſuccum
portat ſi quid ibi reperiatur. Reliquarū ſex uenarum duæ magnæ ſunt,qua
rum una uadit in ſtomachi latitudinem diuidendam in dextram ſui partem,
portans illuc ab epate cibum unde uentriculus ſtomachi cibum digerēs ſi-
bi ſumit nutrimentum. Altera ad ſplenē uſq; progreſſa, feces ſanguinis ab
epate trahit. Sed antequā illuc ueniat, diuidit in furculas, & in carnem nu-
triendam ſecedit,quam panagras uocant medici. Cum autem ad ſplenem
uenerit,paruula uena ab eo procedit uadens in dextrum ſtomachi,latus e-
xterius ut ab eo nutriat. Hac autem eadē paruula furculat poſtea ut ad pin
gue tendens rectū inteſtinum circueat, & quicquid ibi cibi reperit ad epar
referat. Quarta uena in lateris uadit dextram & in inteſtinum quod colon
appellant. Vadit quinta ut ſimiliter ſuperiori faciat. Sexta ſubtile petit inte
ſtinum, & hęc multiformiter diuiſa uadit uſq; ad ieiunum, & inde orbū pe-
tit inteſtinum. Et hoc quod iuxta eſt colon ſimile faciat ſuperiori. Hæc eſt
diuiſio uenæ quæ ſuperius habuit nomen portæ. Alterius pars quæ uocat
cōcaua multiformiter diuidit circa epar. Poſtea ab epatis gibboſitate exe-
untes quędā cibum à porta ferunt ad concauā. Quædam cū ab epate ſeiun-
gantur in duas partes diuidunt. Vna maior pars petit inferior tendens ad
extremam dorſi ſpondylem. Altera minor ſurſum uadit, de qua modo ſu-
mus tractaturi. Aſcendens ſupra pertingit ad diaphragma, & cum ibi ſe di
uiſerit, tendit ad panniculum pectoris, & ad panniculum cordis, & ad glan-
dem quæ morum uocat à medicis. Vbi furculata tandem ad cordis auricu-
lam tēdit maiorem. Vnde egreſſa in tres diuidit uenas. Vna maior ſecedit
in dextram concauitatem cordis, & inde in pulmonem tendit. Ex hac exit
uena quæ uocat arteria, altera dorſum circundat, ibi ſe diuidens ut ipſum
nutriat. Altera petit inferiora pectoris & lacertos coſtarum nutrit, aliaq;
membra coſtis uicina. Quæ cum cor egreditur multimodè diuidit, ſub-
tiliat enim ſicut pilus & in panniculum mediantem pectus partit, poſtq; in
duas diuidit. Quarū unaquęq; tendit ad furculas, & ibi ſe dilatans facit fur-
culas duas. Quarum una in dextram teneritudinis, & in eiuſdem ſiniſtram
uadit uſq; in carthilaginem, quæ eſt ſuper ſtomachi os, & aſſimilat gladio.
Secunda furcula in quinq; diuidit. Prima eſt ſuper pectus, & in quatuor co-
ſtas ſummi pectoris diſpartit. Secunda uadit ad ſpatulas, ad collum tertia,
Quarta ſex ſpondylium ſuppremorum colli intrat foramina aſcendens ca-
put poſtea. Quinta maior cæteris in aſcellas uadit, & ibi ſe in quatuor ue-
nas diuidit. Prima & ſecunda in molliores ſe dilatant aſcellarum carnes.
Tertia in pectus deſcendit, & exteriora petit uētris. Quarta in tres diuidit.
Harum una in lacertos cōcauitatis ſpatularum, ſecunda in maiorem lacer-
tum aſcellarum. Tertia his maior in manus per armū ſecedit. Hæc uocat

aſcellata

aſcellata,quæ eſt & baſilica.Hac diuiſione executa,harum uenarum conca
uitas aſcendendo petit furculas ibiq́; unaquæq; in duo diuiſa,occulte aſcen-
dit prima,& uocatur occulta arteria. Aperte altera,& uocat̃ aperta.Quæ
cum ſe à furculis elongat,in duas magnas partitur uenas . Vna per collum
uadit in partes inferiores corporis ante & lateraliter.Altera autem & deor
ſum aſcendet,poſtea ut circundet furculas,& cum priori mixta uocatur a-
perta cum appareat. Sed antequam miſceat̃ in multas diuidit̃. Quare quę
dam ſemper ſentiunt̃,quędam non in omne tempus . Araneæ enim telæ aſ
ſimilãtur. Quæ cum poſtea adiuuent̃,duæ partes efficiunt̃ . Vna tendit in
latitudinem corporis,& cum redeat in furcularum iungit̃ cõpagine. Alte-
ra colli petit confinia.Vna ſemper apparentium ſenſui,per ſpatulas in ma-
num tendit,& uocat̃ cephalica, & alibi ſpatuloſa. Sunt & aliæ duæ in iſtis
initio fundatæ.Quarum una ſpatularũ petit capita,& ibi eſt diuiſa. Altera
ad ſummos aſcẽdit armos.Aperta arteria in duas diuidit̃ uenas , una petẽs
inferioria partim diuidit̃ per maxillas.Altera pars minor,mento datur, &
linguæ atq; uicinitati ſuæ uſq; in caput.Occulta arteria aſcendit in os ſtoma
chi,& ibi diuerſa miſcetur cum aperta , & inuoluit̃ gutturi,eiusq́; lacertis
& etiam ori ſtomachi.Quod inde remanet aſcendit , quam græco lambda
aſſimilatur,ibiq́; diuidit̃.Pars in unam ſecedit ſpondylem & ſecundam. Al
tera ſubtilata ſibi pilos in primã ſpondylem & caput diuidit̃ , ſicq; craneum
intrat per foramẽ oſſis lambda,ut illa loca nutriat.Hic ſecreta finit̃ arteria.
Nunc ergo ad aſcellatam quæ & baſilica & ſpatulata reuertendum , quæ
& cephalica.Harũ pars in armo multiformiter eſt diuiſa, & in uenam quæ
uocat̃ media,ſed rurſus adunat̃ poſtea.Altera pars remanet integra.Spatu
loſæ enim pars in cutem armi diuidit̃ , ut lacerti exteriores inde nutriant̃,
Aſcellata ſimiliter in eodem armo ſpargit̃,ut lacerti interiores per eam re-
creentur. Sed armi concatenationem his condeſcentibus media quædam
ex utriuſq; conficit̃. Hoc eſt,quia brachij eſt media,uocet̃ media.Quod re
manet de ſpatuloſa,parum in brachij tendit exteriora,brachij funis uocan-
da deſcendit in racha manuum inferius, ubi in extraneã rachæ partem diui
ditur.Pars altera cum aſcellatę iungit̃ parte,id eſt,quod remanet de aſcella
ta in partes duas diuidit̃. Quare una rurſus in duas alias diſpartit̃,una pri-
oris dualitatis inter auricularem digitũ & medium uadit. Hæc lingua Ara
bica uocatur oſſeila.Altera inter medium & indicẽ uolæ petit uicinitatem.
Maior pars ſecundæ diuiſionis in tres diuidit̃.Vna inferioris brachij latitu
dinem uſq; ad racham tendit manualem. Altera ſuper priorem ſita, rachæ
petit confinia.Tertia circa cubiti diuidit̃ media aſcendens uſq; ad brachij ſu
periora à parte extranea . Quæ in duas diuiſa,tendit uſq; ad racham in ma-
nuum extrema,& ibi inter indicem diuiditur & pollicem . Pars altera petit
brachij inferioris extrema in tres ibi diuidentia, Vna harum intra indicem

uadit

uadit & medium & cum mediatrice indicis & pollicis iuncta ibi tandem effi citur una. Altera inter medium & medicum. Hęc eſt illa q̃ propter ſplenem incidunt medici ſanguinem inde emittentes tam diu, quouſq; per ſe ipſa ob turet. Tertia inter auricularē ſecedit & medicum. Hæc eſt diuiſio ſurſum euntis cõcaue. Pars deſcendentis anteq̃ diuidatur principaliter in radice ipſa ſicut pilus pariter multiformiter & ſubtiliter. Hi autē quaſi pili dextrã renum panniculos, & ſibi uicina petunt, quia ea nutriunt. Poſtq; hæc pars principaliter furculat, & concauitatem renum ingreditur. Per has renes ſibi trahunt ſanguinis colamentũ. Quędam à renibus intra teſticulos furculãtur. Ab his rurſum duæ uenę in renum ſpondyles eunt. Quæ per duo latera uadũt uſq; ad alia, & ad lacertos iuxta anũ. Ab his duabus duę uenulę exẽunt quę ſpondyles intrãt, & ut nucha eas nutriunt. Quę ad ſpondyliũ finem uenientes, utrinq; uadunt lateraliter, una in dextrã coxam, altera in ſiniſtrã. Inter has duas de radice exeũt 10. uenę, una in anũ uadit. Secunda ſicut pilus ſubtilis ad pelliculas penis. Tertia ad carnem ſuper oſſa ani exiſtentē. Quarta ad lacertos qui circundant nates. Quinta ad os matricis, & partes inferiores & ueſicã. Sexta ad lacertos qui ſunt ſuper penis oſſa. Septima in eos qui recti ſunt ſuper uentrē. Octaua in naturã fœmineã, & maſculi uirgam. Nona in 10. lacertos coxarũ uſq; in ilia. Hac facta diuiſione una furcula ſecedit ab eadem radice quę in coxas uadit, altera in earum exteriora, à parte ſcilicet extranea, tendens uſq; ad inferiora & diuidit multiformiter in inferioris coxæ lacertos, ueniens ad genuũ cõcatenationē in 3. diuidit. Vna per medium, & per omnes coxæ lacertos interiores & inferiores petit. Secunda in cruris exterioris arũdinē uſq; in cauillę cõcatenationē. Hęc aũt uena uocat ſcia. Tertia in cruris inferiora deſcēdēs uſq; ad eius gibboſa, atq; cauillã. Iſta à medicis ſaphenē uocata. Quę ambę cũ ueniãt in calcaneũ, de ſcia duæ uenæ exeunt, circũdantes minorē arundinē ab extranea & familiari parte, & diuidunt in pedē & ſupra, & infra. Aliæ duę minorē circundant arundinē, una ante & altera retro. Hæ ſunt uenarũ corporis cõpoſitiones, quarũ undecim ſunt diuiſiones. Sunt enim quædã uenæ ad umbilicum fœtuũ uenientes ab epate, aliæ à porta, aliæ à concaua, uenæ quoq; pectoris & uenę diaphragmatis, ſpatuloſa cum ſuis ramis, & aſcellatam cum ſuis, exteriores arteriæ, & circundantes uentrem uenæ oſſis ani, & uenæ exteriores ani.

De arterijs. Cap. XIII.

VEnæ quæ uocantur arteriæ naturæ fuerunt neceſſariæ ut calorem naturalem à corde ad omnia membra ferrent. Hæ autem arteriæ de duobus panniculis ſunt compoſitæ in forma ſimiles, ſed in ſubſtantia diſſimiles. Earum interiora per latitudinem ſunt uilloſa. Quarũ ſubſtantia eſt dura, & quinquies groſſior quam ſunt exteriora. Extrinſecus uilloſa earũ per longitudinē uadunt, pauca uero per tranſuerſum. Harum arteriarum ſubſtantia eſt molliſſima. Quod eis fuit neceſſe, quia duos motus

habuere, unum in dilatando cum ſibi ſpiritum à cordis trahunt imo, quod cum exterioribus ſit pāniculis per longitudinem uillofis. Secundus eſt motus conſtringendi, id eſt, fumoſam ſuperfluitatē expellēdi. Quod cum interioribus fit pāniculis, per latum uilloſis. Hi aūt adiuuantur per uillum tranſuerſum. His pāniculis retinetur ſanguis qui à corde trahit. Vnde duriores ſunt exterioribus in imo uenis omnibus. Quod eis contigit ne forte ex motu rumpent. Hæ autem uenę à cordis incipiunt ſiniſtra concauitate. Ex hac enim duæ procedunt pulſatiuę, quarum una minor panniculum habet unū molliorem. Hęcq; uena uocatur pulſatiua. Quæ neceſſaria ad hæc fuit ut multā quantitatem ſanguinis ſpiritus ferret pulmoni, & aërem exciperet quē ſanguini donaret. Hęc uena pulmonē intrat, & ibi multiformiter eſt diuiſa, altera eſt priore maior, quam Ariſtotelici uocāt orithi, audacem uero medici. Iſta à corde aſcendendo diuidit in duas. Minor ſecedit in dextrā concauitatem cordis, & ibi diuiditur. A maiore cor circundat. Quicquid remanet de his furculatis, in duas uenas ſe diuidit. Vna aſcendit ſurſum, altera uero deſcēdit uiſum. Quæ maior eſt, quia inferiora mēbra ſuperiorib. ſunt plura, aſcendens ſurſum, duarū poſtea fit uenarū, maior tendit ad gingiuas, & extrāſuerſo in dextra latera. Quæ ad molliorē accedens carnē, qđ appellāt mōglandē, in 3. diuidit. Duę ſunt maxime procedētes in latera occultę arterię, una dextrorſum, altera ſiniſtrorſum. Has in colli ſentimus lateribus iuueniles'q; uocant. Quæ abſconſæ ſe cōmiſcentes, & in aſcenſu cranei cōcauitatē ſubeuntes, multiformiter diuidunt, & iunctæ ſicut rectę efficiunt ſubter cerebrū ſe dilatātes, ut ſpiritus animatus digerat. Poſtea adiūctæ, & ſicut prius duæ effectæ ſubſtantiā intrant cerebri, ut animatū ferat ſpiritum ſibi. Tertia quæ remanſerat, in 3. diuiditur alias. Pars ad oculos tēdit, & in priores coſtas pectoris, pars in priores colli ſpōdyles & ſpatularū uicinitatē uſq; in eorū ſummitatem, & deſcendens uſq; ad aſcellas iungitur cum aſcella ab aſcellis in manus diuiſa, & multimode furculata. Paruæ in lacertis manuū interiores & exteriores tendunt ab interioribus uſq; ad cubitos in quibus extra apparent cum aſcellata, & poſtea redeuntes ad furculas multimode ibi furculant in lacertosq; brachij diuidunt. Altera ad manuū racham uadit per ſuperioris uiam brachij. Hæc eſt cuius pulſum in morbis tangūt medici, altera ab inferioribus brachij ad rachā manuū tendit diuiſa in lacertos uolæ, aliqñ apparet retro manū. Altera pars uenę aſcēdēs ſurſū uſq; ad ſiniſtrā aſcellā per trāſuerſum, diuidit in ſui lateris mēbra, ſicut & altera iūgēs ſecū aſcellata. Vena orithi deſcendēs uiſum retro ſuper ſpōdyles dorſi uſq; ad manū uadit. Ad quam anteq̄ deſcēdat in procedēdo fit diuiſio, multimoda eius uſq; in uniuſcuiuſq; ſpōdylis latera, & intrat ſpondylis uicina mēbra. Vna horū ſubtilis diuidit per loca pulmōis tendēs uſq; in eius extremitatē, & in canales eiuſdē. Altera uadit in coſtas. Duę alię paruę in dia phragma

phragma. Alia circundat inteſtini ſubtilia. Quæ poſtea diuiduntur intro rectum inteſtinum circumeūtia. Hæcq; uenæ pulſatiles miſcentur alijs pulſum non habentibus, & cum ſubtiles uenas diuidantur, ſingulas ſpōdyles ſingulum par ingreditur. Quędam uero uadunt ad nucham, quædam ad anchas ubi admiſcentur uenis pulſum non habentibus. Quæ cum ad oſſa ani perueniunt in duas ſe diuidunt, ſicut & non habentes pulſum quæ ſubter eas ſunt. Vna uadit in dextram, altera in ſiniſtrā coxam. Sed antequam ad eas ueniāt unaquæq; furculatur. Vna in ueſicæ latus uſq; ad umbilicum progreditur, quę in uentre in fœtu manente ſolet inueniri. In perfectis enim uix inuenire poteris. Cum tamen deſcenderit in lacertos, ſuper anum diuiditur. Veniēs in coxam multiformiter diſpartitur, ſicut de non pulſatili uena diximus. Sed quædam pars in interiora, quędam uero uadit in exteriora. Iſtę ſunt arterię quæ habentur in corpore. Quædam uero ſunt circundantes fœtum, quædā ab orithi procedētes ad uenas uſq; nō pulſatiles. Alię ad 5. ſpōdyles, alię in medias furculas, alię uadūt ad aſcellas, alię iuueniles, alię ad diaphragma ſecedētes, aliæ in primis furculatę ad epar, ſplenē & inteſtina extendūt ſe.

De carne uel pinguedine. Cap. XIIII.

CArnis ſpecies in corpore ſunt tres. Quędā eñ pars neruis & chordis admixta lacertus eſt uocata, de qua carne dicemus in membrorum compoſitione. In his autem lacertis maior pars eſt carnis. Alia caro ſola inter durum & molle temperata, alia eſt glandoſa. Sola caro eſt in coxis & in dorſo exteriori & interiori, atq; inter dentes. Sed quæ in coxarum iacet parte extranea, oſſium ſuper eam quieſcētium eſt quaſi culcitra. Caro exterior & interior dorſi duabus de cauſis neceſſaria fuit. Interior eñ dorſi interiora calefacit, quæ propter nucham naturalem frigiditatē & oſſium atq; neruorū frigida ſunt. Eſt enim eius altera cauſa, cōcauitatis ſcilicet neruorum aſcendentium, arteriarumq; deſcendentiū recreatio maxima, ne forte rumpentes deficiant in uia. Caro dorſi exterior, ab exteriori aëre eſt defenſio, & concauitatis ſpondylium & coſtarum recreatio. Caro inter dētes eorum firmat radices nutriens eos ut ſint ſtabiles. Caro glandoſa diuiditur in tria, humectationem enim bonam & iuuantem generat. Quod teſticuli & mammillæ faciunt, & glandes quæ ſubtus linguam ſunt. Humiditatem enim ori & linguæ attrahunt, ne nimia ſiccitate torpeſcant ad motū. Duo alia glandoſa, aut loca replent uacua, aut uenarum & neruorū ſunt fomenta. Qualia ſunt in uentre poſita, & ea quæ uocantur mora, & quæ uentriculorū cerebri ſunt media. Sunt & glandoſa, expulſum à membris humorem recipientia qualia ſunt in aſcellis, inguinibus, poſt auriculas & in collo. Glandes inteſtinum circumeuntes, uenæ exeunti ab epate fuere neceſſarię. Quæ cum exeat inteſtinum circundat, uadensq; inter inteſtinum & ſtomachum circundat illud quod pota eſt uocatū. Huic uenæ nerui admiſcent &

arteriæ.Quę deſcendentes à corde in corpus inferius circumeundo inteſtinis prębent ſenſus.Hæcq; omnia in loca diuidunt ſibi uicina, quia in illa unde fel currit ad inteſtina. Quorũ uia ex ſuſpenſione nimia nõ fuiſſet tuta, niſi natura mirabilis eis ſubſterneret, hæc glandoſa quibus replerent uacua ut in uia hæc quieſcent,ne nimio inteſtino atq; motu ſe rumperent.Glandoſa fuerunt mollia ut ſuauius quieſcerent ſuper ea,uel ſi forte aliqua duricies eis obuiaſſet,mollia haberẽt atq; refugerẽt.Glandoſũ morũ eſt maius,quia ſuperiori parte coſtarum dilatat.Glans illa quæ pini eſt aſſimilata in medio uẽtriculi cerebri adhoc fuit poſita,ut idẽ quod ſuperiora ſuppleat. Glãdoſa expulſos humores tantum recipientia,in aſcellis ſunt neceſſaria, ut humores malos à corde expulſos recipiãt.Quos quia debilia ſunt in expellẽdo retorquere non poſſunt.Inguinis glandoſa ab epate recipiunt expulſa. Colli & poſt auriculas à cerebro eiecta.Pinguedo eſt res humida,quę maxime inuenit ſuper pelliculas,& neruoſa loca naturaliter frigida.Sanguis enim ſubtilis & unctuoſus pinguedinem non obſeruat in locis calidis,& penetrabilibus.Sed cum ueniat in loca naturaliter frigida,ibi tãdem coaugulat,& pinguedinẽ concreat.Quod fecit natura ex neceſſitate nimia,ut quia nerui & pelliculæ ſicca fuerant,pinguedine refocillarentur humida,ne forte rumperentur ex nimio ſuo motu.

De pelliculis & cute. *Cap.* XV.

PEllicule ſiue panniculi ſubtilia & dura ſunt corpora,quibus cooperirent membra.Nihil uero ſubtilius,neq; preter oſſa durius in toto corpore reperit. Quod fuit neceſſe ut alia membra poſſent operire & defendere.Dura ne facile rumperent.Subtilia ne nimia corporis quantitas occuparet.Membrorũ quædam unum,quędã duos habent panniculos,quia lacerti uno tantum ſunt contenti,quo undiq; operti ſunt.Qui panniculus ita eis conglutinat,ut non facile auferat. Quod tribus de cauſis neceſſe fuit.Primo ut membra ſibi coadunet.Secundo ut ab alijs ſeparet. Tertio, ut ſi quando lacerti ſeinuicem percutiant per hunc panniculum tuti maneant. Interiora membra duos habent. Vnum eadem neceſſitate qua & lacerti. Alterum ſuperpoſitum priori, nõ tamen iunctũ ei, niſi ubi membra ſunt ſibi inuicem ligata,qui fuit neceſſarius ut membrũ eſſet tutius & ligaret firmius. Membra interiora pectoris duobus ſunt operta panniculis præter illum qui coſtarũ eſt operimentum. Membra uẽtris illius ambobus operiunt quibus & cerebrum cooperitur. Quod quomodo fiat,dicemus, ſed prius dicendum de coſtis operimentibus. Panniculus coſtarum ſubtilis ſicut araneæ tela omnes interiores pectoris operit coſtas,& membra circũdat pectoralia.A quo uero prodeunt pectus partientes mediũ. Qui in longitudine à furcularũ incipientes iuncturis uſq; in finem tendunt pectoralis teneritudinis. In cuius extremitatibus anterius ſolidant poſterius cum pectoris ſpondylibus,ubi iuncti paulatim ſe ſeparant ut ad cor perueniãt. Ad

quod

quod dum peruenit,tunc tandem maxime ſe iungunt.Eos em̃ mediauit cor cum panniculis ſuis.Et poſtea iungunt cum dorſi ſpondylibus ubi perfectiſſime ſolidantur.Sunt autē in pectore concauitates duæ à ſe inuicem ſeparatæ.Pectoris uero panniculi dupliciter ſunt neceſſarij.Maior fuit neceſſitas, ut ſi una pectoris concauitas ſuam actionē amitteret,ex paſſione aliqua altera expleret,quod infirma non poſſet.Vt ſi una in parte apoſtema naſceret, ibiq́ꝫ flāmatus amitteret.Altera medietas medium flatum & uocē faciat.Si enim utraqꝫ infirmetur morte intercedente uitalis flatus amittit. Minor fuit neceſſitas ut ab ipſis exirent,qui alia membra intra concaua operirent,id eſt,cor,pulmonē,uenas,neruos & arterias,ligentq́ꝫ membra pectoris,ne ſuis excedant locis.Cordis pāniculus qui ſui caſula eſſe dicit,ex omnibus cor circundat partibus.Cuius forma formę cordis eſt imaginata. Qui aliquantulū à corde eſt ſemotus,ne cor à ſuo motu prępediret. Hic cordis ſedi colligat uenis & arterijs ab ipſo procedentibus,pāniculisq́ꝫ pectoralibus in acumine cordis ambobus colligat pāniculis in fine pectoralis teneritudinis. Itidem ſe habent omnes pāniculi mēbrorum pectoris , ſed nō adeo ſunt remoti.Eſt & alius Arabice ſiphac uocatus,qui ſicut araneę tela ſubtilant,qui ſub lacertis uentris poſitus à gladiata carthilagine incipit, quæ ſupereſt ori ſtomachi tendens uſqꝫ in os penis, circundansq́ꝫ ſtomachū ſuper os dorſi dilatat.Eſt aūt circa os ſtomachi groſſior,ſed ſemper ſubtiliatur uſqꝫ ad penis os ſolidatus cum diaphragmate ſuperius,& lateraliter cum lacertis ambobus,qui ſuper uentrē dextrorſum & ſiniſtrorſum ponūt.Subtus cum penis oſſe ligatur ita firmiter ut uix aliquid eradicet,maximeq́ꝫ cum diaphragmate & lacertis illis utriſqꝫ,ex quibus exeūt chordę ſubtiles atqꝫ paruę,quę huic panniculo uniunt,ideoq́ꝫ inſeparabilis eſſe cōprobat. Vnde quidā putāt chirurgici in conſuetudine uentris uulnerati ſolum ſiphac tangi atqꝫ cōſui. Quod falſum eſt cū ſiphac & ſit coadunatio chordarū. Iſte fuit utilis quinqꝫ de cauſis.Primo,quia operimentum eſt membrorū omnium,ſub diaphragmate poſitorum.Secundo,ut defendat,ne lacerti uentris cadant ſuper uiſcera. Tertio,ut cum feces cibi exiccant facile expellant. Siphac cum diaphragmate iſtud retro,ille ante,cogēt feces exire, ſicut cū cōſtringāt manus res aliqua liquida emittit.Quarto,ut non multū ſtomachus inflet, cum res inflatiua comedat.Cibi enim deſtruit uētoſitas exprimentibus diaphragmate & ſiphac. Quinto,ut colliget omnia ſub diaphragmate membra poſita. Dat etiam iſte ſiphac panniculos per uiſcera , ut ſicut totū corpus cutis , ita & uiſcera cuſtodiant panniculi,ſtomachū,epar,ſplenē,renes,inteſtina, matricem,ueſicam,teſticulos,uenas,arterias atqꝫ neruos.Panniculus operiens ſtomachū,groſſior eſt panniculis aliorū uiſcerum. Hoc ideo ut ſi inflet nō rumpatur:Hic cum ſiphac ligat.Subtiles epatis pāniculi cum diaphragmate ſunt ligati,ex parte gibboſitatis cum inteſtinis ex parte ſui concaui.Pelliculæ

culæ ſplenis cum poſterioribus ligant coſtis,& cū anchis. Similiter renes, inteſtina,ueſica,matrix,atq; teſticuli,habent pelliculas ſe operientes & uicinis ſibi membris colligantes. Teſticulorū pāniculus,quia ſiphac ad ſpermatis uaſa digredit,in utrunq; teſticulū diuidit,unde uterq; operit, ſacculusq; teſticulorum uocat,à ſiphac item ingredit unus ipſius & inteſtinorū medius,cui uentris pinguedo cōiungit, quæ arabice ſcirbum uocatur, & à pinguedine ſecedens intrat inteſtina,quę circundat operiēs uenas & arterias. Iſte unus atq; ſolus duas uenas neruos & inteſtina defendit & circumligat. Quomodo ſcirbum uenis pinguedine & panniculis conficit,hic modo reticebitur. Cum enim de cōpoſitis ſit membris intra cōpoſita dicet. Hi panniculi omnia mēbra tegunt,& à ſummo craneo prodeūt,cerebrumq; operiūt in quo tantū 2. ſunt. Groſſior unus dura mater uocat, & craneo ſupponit. Hic cerebro fuit neceſſarius,ut à duricie cranei ipſum tutaret. Quod cranei oſſibus connectitur ſerrā aſſimilantibus. Alter eſt ſubtilis mixtus,& colligatur arterijs atq; uenis,formę aſſimilatus ſecundinę. Secundina eñ nihil eſt aliud q̄ uenę & arteriæ & pāniculi ſibi inuicem cōnexi. Hic fuit neceſſarius ut per ipſum à dura matre cerebrū defenderetur, uenisq; ſibi miniſtrantibus nutriret, atq; calor naturalis per pulſus daretur ei. Omnes ergo uenæ, nerui,& arterię his pelliculis duabus intra cerebrū operiunt,quo ad craneū egrediantur. Sed de cerebri dicturi cōpoſitione,de his dicemus liquide. Sicut autem natura mirabilis pelliculas fecit interioribus tutandis,ita & cute extrinſecus circūdedit ne quid forte pateret deforis. Cutis aūt in omnibus mollior ſubtiliorq; efficitur, quod in quibuslibet alijs animalibus, propter nobilitatē tactus. Si enim dura & groſſa eſſet ſicut piſcium conchile, cū pateretur nihil ſentiret. Si piloſa ſicut aſinorū,atq; boum pilorū maſſa attenuaret tactū. Vnde in manuū uolis ſubtilior & mollior fuit, & in capite fragilior q̄ in alijs mēbris ut fumoſitates,à toto corpore reciperet, & excluderet. Eſt autem & hæc cutis tota undiq; perforata ut fumoſa excludat. Hæc autem foramina pori ſunt uocata. Cutis quoque hominis non in omnibus eſt æqualis mēbris. Cutis enim faciei ſubtilior eſt alijs cauſa ſenſus atq; claritatis. Si enim groſſa foret,rubor ſanguinis non in ea appareret. Groſſa eſt in alijs membris ſicut in pedū plantis. Quod ideo cōtigit, ut forte pungentibus aculeis,non ideo lęderent lacerti. Eſt & mollis ſicut uolarū cutis. Quod ideo fit ut cito mutarent in naturā ſenſe rei. Eſt & dura ſicut pedis planta,ut calcari poſſent dura. Eſt nō piloſa ut cutis manuū atq; pedum ut maiorē habet ſenſum. Piloſa ſicut capitis barbæq; & ſupercilij,dicetur cum de pilis tractabimus. Cutis omnibus ſic coniugitur ſuppoſitis ut nullatenus poſſit excoriari. Solidatur enim cum lacertis,ſicut illa maxillarumq; atq; frontis, labrorumq; & faciei, natiū quoq; extremitatis uel cum chordis,ut uolarū & manuum & plantarū pedis. Quia chordę exeunt à lacertis mediorū brachi

um

um quæ anteq̃ ueniant ad racham manuũ, dilatáte plantas implent digito rum ipſarũ manuum. Quod tribus de cauſis cõtingit uel ex tactus nobilita te, uel ne pili ibi naſcerent̃ quibus tangendi ſenſus impediret̃, uel ut mixtio cutis & chordarũ quoddam facerent temperamẽtũ. A lacertis crurũ exeũt chordę ad plantas pedũ. Et uenientes ad cauillam ibi tandem ſe dilatant, plã tasq́ꝫ operientes ſe perfectiſſime illigãt, ut uix aut nunq̃ excoriari queant. Cutis aliorũ mẽbrorũ inter ſe & lacertos habet panniculũ, unde facilius ex coriatur.

De pilis & unguibus. Cap. XVI.

Pilorũ & ungularũ nõ idẽ quod totius corporis eſt incremẽtũ. Om̃ia em̃ mẽbra corporis in longũ atq; latũ uident̃ augmẽtari. Sed hæc ſo lũ in longitudinẽ creſcũt. Itẽ definitũ habẽt mẽbra creſcendi modũ. Hęc aũt augmẽtant̃ interim dũ uiuit̃. Quod iccirco fit, quia quędã expul ſio ſunt corporis. Pili ex fumo calido conficiunt̃ & ſicco. Subtilitas em̃ fumi dũ egredit̃ externo aẽre exiccat̃, & dũ mollicies interioris fumi per poros exeat aẽr exeuntẽ & nõ ſe diuidentẽ exiccat. Sũt ergo pili naturaliter iuua mentũ corporis, uel tm̃ expulſio ſuperfluitatis iuuata, capilli ſupercilia & ci lia. Capilli em̃ caput cuſtodiũt, honeſtant & defendũt. Quibus ſi careat ma xima eſt inhoneſtas, & pręcipue in mulierib. Supercilia defendunt, ne quid nociuũ deſuper cadat in oculũ. Sũt & honeſtãtia, quia homo nõ decorat̃ eo rũ carẽtia. Cilia ante & retro ſuſum & uiſum ſunt oculorũ iuuamenta. Hoc aũt ꝓpriũ, qui nõ eſt aliorũ pilorũ. Ante em̃ ſunt erecta, quia ſi forte lauarẽt̃ ſurſum, oculũ nõ clauderet̃, neq; ab anteueniẽtibus eũ ictib. defenderẽt. Sed hoc ſurſum, illa deorſum cooperirẽt uiſum. Hęc eadẽ nõ creſcunt, quia na turaliter ſicut alia mẽbra fundata ſunt. Palpebrę factę ſunt nõ pro ſe atq; du rę duabus de cauſis, uel ut pili ſẽper erecti eſſent, uel nẽ creſcerẽt. Herba em̃ in terra molli nimis inclinat̃ ãtq; creſcit. In terra dura nõ creſcẽs ſtat erecta hoc fecit natura corporũ iuuamẽta, atq; ornamẽta. Solũ ornamẽtũ eſt bar ba bene apparẽs & cooperiẽs maxillas. Eſt aũt cauſa cur maſculus & nõ fœ mina barbeſcat, qa maſculi ſunt calidiores, in quib. fumus qui pilorũ eſt ma teria magis augmẽtat̃. Quẽ qa naturę nõ ſufficiebat expellere, expulit per duo loca, id eſt, caput atq; barbã. Vnde fit ut fœminę calidiſſime aliqñ uide ant̃ barbeſcere, & ecõtra in maſculis frigidis. Vnde nõ barbeſcũt eunuchi, quia mẽbra perdiderũt calidiora. Pili ergo iſti facti ſunt à natura, ut eſſẽt iu uamẽta & ornamẽta. Alij em̃ om̃es naturę ſunt expulſiones, quia mẽbra ca lida & humida & inde fumũ emittẽtia ſunt piloſa, ſicut penis propter teſticu lorũ cõfinia & pectus propter uicinitatẽ cordis. Hęc om̃ia non ſunt natura lia, ſed ſuperfluitatis expulſiua, ſicut uidemus in hortis quędã nõ ſtudio co lentiũ naſci, lingula eſt ſolidata cũ carne ſibi iuncta & cute ſuprema. Cuius ligamẽta ſunt chordoſa. Veniũt tamẽ ad ungulas, nerui, uenæ, & arterię, ut eis dent ſenſum & naturale nutrimentum. Harũ incrementũ non longũ eſt atq; latũ, ſicut aliorũ eſt mẽbrorũ. Erit ergo tm̃ longũ ſicut & pilorum.

CONSTANTINI AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber III.

Tertia pars 36. habet capita, anatomiam compoſitorum membrorum & iuuamentum ipſorum.

CAPITA LIBRI.

De compoſitis membris. 1
De lacertis ſiue muſculis. 2
De lacertis mouentibus collum atque caput. 3
De lacertis mouentibus guttur & ſibi ſubiecta. 4
De lacertis mouentibus ſpatulas. 5
De lacertis mouentibus manus. 6
De lacertis mouētibus pectus. 7
De lacertis mouentibus uentrem & ſibi ſubiecta. 8
De lacertis mouentibus coxas & pedes. 9
De lacertis mouētibus crura. 10
De compoſitis membris interioribus ut de cerebro. 11
De nucha. 12
De oculis. 13
De narib. & inſtrumētis odoratus. 14
De auditu. 15
De lingua. 16
De inſtrumentis ſpiritus & primum de uuula. 17
De gutture. 18
De canalibus pulmonis. 19
De pulmone. 20
De corde. 21
De diaphragmate. 22
De inſtrumentis ciborum & in primis. 23
De bucca & ſuperiori pellicula. 24
De ore ſtomachi. 25
De ſtomacho. 26
De inteſtinis. 27
De pinguedine. 8
De epate. 29
De ſplene. 30
De felle. 31
De renibus. 32
De ueſica. 33
De mēbris genitalibus & primum de matrice fœtus. 34
De māmillis. 35
De teſticulis, & uaſis ſpermatis. 36
De uirilibus. 37

De compoſitis membris. Cap. I.

QVIA ſuperius de cōſimilibus tātum membris tractauimus, de compoſitis membris quæ officialia dicuntur dicturi ſumus. Compoſita ergo membra, aut ſunt uniuerſalia, ut caput, manus & pedes, aut particularia, quæ uniuerſaliū ſunt partes, ut lacerti uel muſculi, qui & ipſi compoſiti ſunt de carne, de neruis, ligamentis & panniculis. Caput de lacertis ſimilibusq; mēbris compoſitum eſt. Prius ergo de compoſitione lacertorū ſumamus exordium. Ignoratis enim totius partibus, & ipſum totum ignorabitur.

De lacertis ſiue muſculis. Cap. II.

MVſculus ergo de carne componitur, neruisq; & ligaminibus atque pelliculis ueſtitur, & ſuper oſſa ligatur ligaminibus ab ipſis oſſibus procedentibus. Nerui enim à nucha uel cerebro exeuntes ad lacertos, cum ad ſuperiorem ueniant extremitatem, in multimoda ſe cludunt diuiſione, & in lacertorum miſcētur carne. Ab oſſibus quæ muſculis

muſculis ſuppoſita ſunt, ligamenta exeunt, quæ cum neruis & carne ſe confundunt. Ex his corpus conficitur quod lacertus uocatur. Ab inferiori extremitate muſculi exeunt, nerui cum ligamentis. Quæ cum miſceant corpus efficiũt, quod chorda uocatur. Chordę autem & nerui fuere neceſſarij cauſa motus uoluntarij. Chordę enim exeuntes muſculi extremitatem extenſæ ligant membri concatenationem cuius cauſa muſculus eſt factus. Cũ autem neceſſarius ſit membri motus, lacertus in ſui originem retorquetur, cum quo chordę ita fortiter trahuntur, ut membra concatenata moueant & in lacerti partem reducantur. Si enim uolas manuum interior mouerit lacertus, ad eundem interius tota manus replicatur. Si autem exterior, dilatatur manus, & extra reclinatur. Omnes lacerti 5. modis ſunt diuerſi. Scilicet in quantitate, figura, ſitu, loci compoſitione & chordarũ ab eis egreſſione. In quantitate, quia quidam ſunt magni, ut maiora membra ſicut coxæ per eos poſſunt moueri, quidã parui, ut palpebrarũ lacerti, & per quos minores pedum mouentur digiti, ut teſtať Galenus. Hi præ nimietate ſuę paruitatis uix inueniuntur ab anatomicis. Sunt & ſubtiles lacerti ſicut ſuper uẽtrem poſiti, qui uentri & inteſtinis fuerunt neceſſarij in expreſſionibus digeſtionis & ut adiuuarent ueſicam ad expellendam urinã. Proficiũt etiam parturientibus in fœtuum excluſionibus & ab eiſdem diaphragma adiuuatur cum pectus exprimitur, ut uox ſiue flatus recipiatur. Per hos etiam caleſit ſtomachus. In figura quia ſunt trianguli ſicut lacerti pectoris, alij rotundi ſicut circundantes ueſicam, atq; anum. Alij quadrãguli ſicut ſuper uentrem poſiti. Alij longi ſicut duo illi ſuper uentrem ſuſpenſi. Ex ſitu loci ſunt diuerſi, quia qui recto mortui fuerunt neceſſarij, ſuper longitudinem membrorũ ſunt erecti. Ex compoſitione diuerſitas lacertorũ eſt ſuper uentrem locatorum. Quorum caro neq; neruis neq; ligamentis cõmiſcetur, cum in eorum extremitatibus chordę ſolidenť. In chordarũ egreſſione diſſimilitudo uidetur, quia aliquãdo à lacertis duob. ſiue trib. una ſola chorda egrediť, ſicut illa groſſa quæ ad pedes protenditur. Hæc à duobus exit lacertis, quia eñ membra erant maxima, unus lacertus eis non ſufficiebat. Sunt ergo duo ut tractus ſit fortior, uel ſi unus laceſcat, alter medietatem ſuam ſuppleat. In membris quoq; ſimilibus idem inuenitur. Sunt autem lacerti, à quibus duæ uel tres chordæ exeunt, uel complures, ſicut de medio inter 7. uel in crucis prora poſito. Ab hoc enim 4. chordę exeunt, & ad 4. digitos pedum tendunt. Quod ita fuit magnus, quia ſi unus ſolus eſſet idemq́; paruus, chordæ adeò ſubtiles eſſent, ut digitis illis nõ ſufficient. Similiter in quibuſdam alijs membris inuenies. Sunt enim quidam lacerti à quibus chordæ non exeũt, ſed quaſi in eorum extremitate ſolidatę ſunt, ſicut in lacertis ſuper nates, ueſicæq; collum circundantibus. Huiuſmodi ſunt diuerſitates lacertorum.

De lacertis mouentibus collum & caput. Cap. III.

LAcerti autem omnes in 8. diuiduntur partes. Alij enim caput & collum mouentes, alij gulam atq; guttur, ſibiq; uicina, alij ſpatulas, alij manum, alij pectus, alij uētrem & eius uicina uoluntarium motum habentia, alij pedes, alij uero coxas. Lacertorum capitis 5. ſunt modi. Sunt enim quidam faciem mouentes totam, præter mentum & oculos. Alij mentum, alij oculos tantum, alij caput, alij collum. Mouentes faciem ſunt 7. duo mouent maxillas & ſeparāt labra, hiq; appellantur lati. Chordæ de prima horum parte à ſpinis ſpondylis colli exeunt, & in extremas maxillas tendunt ſeparatim mouentes eas, in quibuſdam etiam hominibus auriculas. Secunda pars chordarum ab oſſibus procedit mediarū ſpatularum, aſcendensq; per collum, ad extrema uadit labrorū, una ſiniſtrorſum, altera ad extrorſum. Quę cum ambæ utrinq; moueant ſine tortura os mouet. Si una ſola, os in chordæ partē torquet. Chordæ tertiæ partis ab ambabus exeūt furculis, & aſcendendo uadunt in inferiora labra torquentes inferius buccam. Quartę partis chordæ in tranſuerſum ab eiſdem furculis exeūt in hūc modum 10. Procedens enim à dextra parte petit ſiniſtram, & econtra ſiniſtra dexteram. Quę cum trahantur utraq; labra iunctim egrediunt. Lacertorum faciem mouentium duo ſuperius labra trahunt. Alij duo ſuper extremitatem dilatantur narium, unus ſuper frontem fronti neceſſarius, ut per eum oculi clauderent & aperirent. Lacertorum oculos mouentium, quidā palpebras tantum, quidam oculos, quidam uſuales adiuuant neruos, ne forte rumperent, cum ad uidendum nimis aperirent. Palpebras mouētes ſunt tres. Vnus eſt ſuſpenſus in eodem oſſe ubi eſt oculus. Chorda huius palpebrarum pelliculis cōnectit. Quod neceſſe fuit, ut aperirent oculi. Alij duo ſubtiliores primo in angulis ſunt poſiti, & quaſi concauitati oculorum conſepulti. Chordę eorum ad extremitatem ueniunt palpebrarum, & utrunq; ſe cum eis iungunt. Hi claudūt palpebras, ſi utraq; ſuum officium ſuppleat. Sed ſi una patiat, pars palpebræ tunc claudit, pars uero aperitur. Quæ paſſio ab Hippocrate eſioſilos uocat. Lacerti firmantes uiſuales neruos, ſecūdum quoſdam ſunt duo, tres uero ſecundum alios. Lacerti mouētes oculos 6. ſunt. Duo ipſos oculos regunt. Tertius in dexteram partē, quartus in ſiniſtram, quintus ſuperius, ſextus trahit inferius. Lacerti mentū mouentes, ſunt 4. pares. Duo pares ad ſuperiora mentum mouentes, hi ſunt ambo lacerti temporum, & ambo lacerti qui in ore ſunt. Tertiū par incipit poſt auriculas, parumq; deſcendens in collum, poſt aſcendit ad mentum, inferius mouens ipſum. Quartum par eſt ſuper maxillas, mouens mentū in utraq; latera, hi maſticatores uocant. Lacerti mouentes caput, dupliciter accipiuntur, aut enim caput mouet ſolum, aut caput & collum. Solum caput mouentes, quidam inferius inclinantes, & ſunt duo pares poſt auriculas incipiētes

& uſq;

& uſq; in furculas, & pectoris teneritudinem euntes. Quidã in altum erigũt & retro flectũt. Hiq; 4. pares ſunt. Quidã utrunq; mouẽt, & duo pares ſunt, in cõcatenatione poſiti capitis, unus dextrorſum, alter ſiniſtrorſum. Caput & collum mouentium, quidam mouent retro, & ſunt pares 4. quidam mouent ante, & in latera utraq;. Eſtq; par unum ſubtus os ſtomachi poſitum. Cuius uillum cum prima & ſecunda ſpondyli eſt ſolidatum.

De lacertis mouentibus guttur & ſibi ſubiecta. Cap. IIII.

LAcerti mouentes gulam & guttur 4. ſunt, qui à teneritudine pectoris incipiunt. Duo iunguntur cum oſſibus lambda aſſimilantibus, mouentes gulam inferius, & duo ligant cum carthilagine ſcutum aſſimilante. Alij 4. ſunt, qui ad inferiora trahunt. Lacerti gutturis ſunt 16. Duo incipientes à lambda, & duo à ſcuto. Quatuor adinuicẽ iuncti, ut ſcutum ſtringant carthilaginis. Quatuor circa carthilaginem iungunt quæ carent nomine. Duo ſtringunt carthilaginẽ ſcyphum aſſimilantẽ. Duo incipiunt ab oſſe ſagittam aſſimilante, pertingẽtes ad utraq; latera linguæ. Sunt & alij 5. à lambda incipientes, quorum 4. linguam mouẽt, 5. lambda tenet. Sunt & duo linguæ ſuperpoſiti per latum uilloſi. Gulæ duo ſunt lacerti, unus dexter, alter ſiniſter, qui neceſſarij ſunt ad uocem emittendã, & ad trãſglutiendum. Solius colli 4. ſunt lacerti, duo ſiniſtrorſum anterius mouent collum, alij uero retro ſiniſtrorſum.

De lacertis mouentibus ſpatulas. Cap. V.

LAcerti mouentes ſpatulas ſunt 7. duo à ſpondylibus exeuntes, & per tranſuerſum deſcendentes. Vnus in oculorum ſpatularũ aſcendens in furculas ſurſum, ut uerſus caput trahat ſpatulas. Ad inferiora alter iungitur cum ſpatulis, & ſimile facit priori. Tertius incipiens à prima ſpondyli ſe cum oculo ſpatularnm iungit, & ſpatulas ad collum erigit. Quartus à lambda incipit iunctus coſtæ ſuperiori, & roſtro adhærens coruí. Quod ad hoc iuuat ut in partem colli leuet ſpatulas. Quintus & ſextus à ſpinis ſpondylium dorſi incipiunt, dilatant ſpatulas, atq; ſtringunt. Septimus ab oſſe pectoris in inferiorem ſpatularum partem tendit. Quod fit ut in uno motu ſpatulas, ante inferiusq; trahat: Et ſimiliter ad armos inferius retro.

De lacertis mouentibus manus. Cap. VI.

LAcerti mouent manus tripliciter. Alij enim armum, alij manualem plantam, alij mouent brachium. Mouentes armum 12. ſunt. Tres à pectore aſcendentes armum mouent in partem extraneã. Horum unus qui & maior ſub mãmillas incipit, alij duo ab oſſibus teneritudinis, aliorum duorũ unus à coſtis incipit poſterioribus. Alter ab anchis à quibus ſingulis lata chordã exiens nectitur cõcatenationi armorum. Quinq; ab oſſibus incipiũt ſpatularum, & armõ ſe iungunt. Vnus horũ in lateralibus eſt

 ſpatula

eſt ſpatularum, alij duo in extraneā partem mouent armū, ſed raro. Præter hos 12. quidam alius paruus eſt lacertus in fundo ſpatularū poſitus, iuuans per tranſuerſum moueri armū. Lacerti mouentes brachium 4. ſunt poſiti ſuper armū per tranſuerſum in hunc modum. X. ad hoc ut brachiū lateraliter tenerent rectū ſurſum etiā & iuſum. Duo horū in anteriori parte locati ſunt. Horum unus qui & maior incipit ab interiori parte lacertorū ſpatulæ, alter ab exteriori armo. Sunt & alij duo lacerti retro dilatantes brachiū. Vnus qui & maior à familiari parte incipit armi protendit ad brachium ſuperius. Alter & minor incipit ab inferiori brachio. Chordæ eorū chordis iūgunt ſuperiorū. In extranea parte brachij ſunt 10. lacerti. Vnus eſt in medio exterioris brachij incipiens ab extranea parte armi, intrans tres alios ſibi iunctos. In latere trium tres alij ſunt in ſuperiori concatenatione cubiti. Eſt & alius lacertus in extraneo latere incipiēs ab inferiori armi parte. Duo alij lacerti per tranſuerſum inuerſant retro brachium. Lacerti mouentes plantas manuū 7. in familiari parte brachij ſunt, per longum ſuſpenſi. Alij ſunt in ipſis plantis. Illi ſeptem ſibimet ſunt ſuppoſiti, ut inde premantur digiti. Eſt & alius paruus incipiens à media parte capitis armi, à parte familiari. A quo exit chorda quæ dilatatur ſubtus digitos & plantas. Quod fit tribus de cauſis. Vt firmet plantas manuum ut bonū donet tactum, ne ibi naſcantur pili. Sunt & alij duo ſubtus hos ex tranſuerſo. Ad hoc neceſſarij ut brachium cum tota manu inuerſent in faciem ſui. Lacerti ſuper manum locati 18. ſunt in duos ordines diſpoſiti. Iuxta cutem ſunt ſeptem. Quinque horum digitos mouent ſurſum. Ab unoquoq; horū chordæ paruæ exeunt iunctæ cum concatenatione pectinis manuum. Vnus lacertus ſeparat pollicem ab alijs omnibus. Eſt & alius quo auricularis à medico ſeiungit. In inferiori ordine plantarum 11. lacerti ſunt. Quidam horum concauitatem plantæ faciunt, & à racha manuum incipiūt & alij iungunt, cum uno quoq; 4. digitorum, bini & ſolidantur cum prima cōcatenatione ipſorum, & per hoc mobiles fiunt.

De lacertis mouentibus pectus. Cap. VII.

LAcertorum pectoris, alij pectus dilatant tantum, alij ſtringunt. Dilatantes ſunt 9. quorum unus eſt diaphragma, alij duo ſubtus furculas. Vnuſquiſq; horum incipiens ab oſſe quod uocatur caput ſpatulæ, iungitur cum prima coſta pectoris ſurſum trahitur ut adiuuet dilatari pectus. Sunt & 3. pares alij, quorum unus à ſecunda exit ſpondyli, ſicut diximus alibi. Secundus eſt in concauitate oſſis ſpatulæ. Tertius incipit à 7. ſpondyli colli. His omnibus pectus dilatatur. Duo ſtringentium per longum ad coſtas tendunt. Hi pectus colligunt & conſtringunt. Sunt & alij 5. pares coſtas inferiores ſurſum trahentes. Sunt & duo lacerti per longum in extremitate pectoris uicini teneritudinis ſuper carthilaginem gladio aſſimilantē

ſimilantem. Lacerti dilatantes & ſtringentes inter coſtas ſunt pectoris. Inter duas enim coſtas, unus eſt lacertus, qui in uilli cõpoſitionem diuerſus, ex cuius uilli compoſitione actus diſcernitur uniuſcuiuſq;. Quia lacerti qui ex parte coſtarum ſunt maiori, dilatant pectus cum uillo exteriori, & ſtringũt cum interiori: Qui autem eſt ex parte carthilaginoſa, cum exteriori uillo ſtringit & cum interiori dilatat.

De lacertis mouentibus uentrem & ſibi ſuppoſita. Cap. VIII.

Lacertorum uentris, alij ad uentrem, alij ad teſticulos pertinent, alij ad ueſicę collum, alij ad anum, alij ad ipſam uirgam. Ventri attinentes 8. ſunt, duo ſubtiles, alios ſitu loci ſuperantes, quia ſunt cuti uicinantes incipientes à latere carthilaginis gladio aſſimilantis, & ab extremitate coſtarum poſtremarum ueſtientes uentrem totum uſq; in os penis ſecedunt, quorum uilloſitas uadit per longum, qui duabus chordis cum oſſe liũgantur penis. Sunt & alij 4. lacerti per tranſuerſum poſiti & primis ſuppoſiti. Quorum uilloſitas ex tranſuerſo eſt locata, hi ab oſſe anchæ incipiunt, ad coſtasq; poſteriores ueniũt. Duo alij à dextris & duo alij à ſiniſtris in hũc modum X. Duo quoq; alij his 4. ſunt ſuppoſiti quorum uilloſitas per latũ uadit. Hij à dextris & ſiniſtris totum ſiphac operientes, à ſpondylibus renum incipiunt, & ab oſſibus anchæ uadunt uſq; in extremitatem poſteriorum coſtarũ in medio iuncti ab ipſis procedente, pelliculamq; aſſimilante cum ſiphac ſolidati, ne expreſſionibus nimijs digeſtionis urinæ, uel partus rumpatur. Et firmatur diaphragma, ne uocis ſiue tuſſis ſcindatur expreſſione nimia. Idem ſtomachum calefaciunt. Lacerti deſcendentes ad teſticulos in maſculis ſunt 4. In fœminis 2. In maſculis duo à dextris, & duo à ſiniſtris. In fœminis 2. unus dextrorſum & alter ſiniſtrorſum. Qui neceſſarij ſunt, ut teſticulos teneant ne iuſum cadant. Maſculorũ ideo plures, fœminarum uero pauciores, qui teſticuli maſculorum iuſum pendent, fœminarũ uero firmiter ſedent. In collo ueſicæ uero ſunt lacerti, unus circundat collũ & uillum eius per latum, cuius duplex eſt iuuamentum. Premit enim collũ ueſicæ in effuſione urinæ, ſtringitq; ne urina ante tempus exeat. In uirga 4. ſunt. Duo dilatantur uiæ uirgam petentis. Quorum eſt iuuamentum dilatare uiam, unde ſperma recta uia eat ad uirgam, & ut recte exeat eam. Duo alij ab oſſe incipiunt penis, & cum uirga per tranſuerſum iuncti iuuant uirgam in erectione ne aliquorſum dimittatur eadem. Hi cum fortiter dilatentur, uirga ſurſum erigitur. Si unus tantũmodo moueat, uirga in partem ſui diuertit. Lacerti mouentes nates 4. ſunt. Vnus in extremitate recti inteſtini, iuuans & mundificans ipſum ne quid remaneat indigeſtum. Alter ſibi ſuppoſitus extremitates inteſtini circundat ſtringens atq; claudens ne quid extra ab inuito exeat. Cuius ſuperiores extremitates cum fundamento uirgæ ſunt initiantes. Duo alij utrunq; alternatim poſiti, ſuperius nates leuant

ne colon exeat cum nimia teneſmos urgeat. Inde enim fit ut molleſcētibus & laxantibus his cum colon exierit, non ad locum ſuum redire poſſit, niſi reducatur cum digitis.

De lacertis mouentibus coxas. Cap. IX.

LAcerti mouentes coxas 10. ſunt. Duorū unus incipit ab oſſe anchæ, alter ab oſſe coxæ. Exiens ab ancha 2. habet capita. Quæ fuerunt neceſſaria ut lateraliter mouerent coxas. Sunt & duo alij incipientes ab oſſe penis, unus à parte extranea alter à familiari. Quæ ſimul iunguntur, & in acumine maiori ſolidant. Os eñ coxæ 2. habet acumina uerſus genuum confinia, in extranea parte maius, in familiari minus. Horum iuuamenta coxas dilatant atq; ſtringunt. Quia qui incipit à parte familiari, ante & in familiari parte regit. Alter ab extranea retro regit, & in parte extranea. Eſt & alius ſolum ad dilatandum factus.

De lacertis mouentibus crura & pedes. Cap. X.

LAcerti mouentes crura ſunt 9. Tres maiores in parte coxæ familiari ante poſiti, atq; locati. Vnus incipit à maiori coxæ acumine protendens uſq; ad genua, à quo exeunt chordæ. Duorum aliorum maiorum unus ab eodem exit acumine, & à recto oſſe iunctus cum genu atq; cruris oſſibus. Sex dilatant crura. Quinq; retro poſiti in coxæ parte familiari, minores ſunt prioribus illis. Duorum horum laterales ſunt illorum 3. Qui incipientes ab oſſe coxæ, rectoq; iungunt à parte familiari cruris iuuātes motum cruris à parte familiari. Tres alij poſt 2. retro ſunt poſiti, incipientes à ſede coxæ. Ab his una chorda egreditur, & in concatenationē genuum ligatur. Vnus in familiarem partem inclinat genua, & in eadem mouet crura. Medius cum coxæ capite in familiari iungitur parte ut ſibi trahat crus, quia concatenatione genuum copulatur, & ambobus lacertis cruris maioribus. Nonus lacertus eſt paruus, & in concatenatione genuum fundatus, iuuans crurum motus, in utrunq; latus. Lacerti mouentes pedem atque digitos, quidam in crure, quidam ponuntur in calce. Lacerti cruris ſunt 14. Septem retro, incipiuntq; à coxæ capite duo, & cum maxima chorda ligantur cum calcaneo. Hæc chorda cum calcaneum trahat, cum crure ipſum firmat. Qua patiente officium pedis uidetur perire. Eſt & horum alius uiridis lacertus, qui incipiens ab extranea arundine cruris, uſque in calcaneum tendit, neque ab ipſa chorda exit. Hic duos priores adiuuat, ut ſi unus illorum patiatur, hic patientis uicem ſuppleat. Sunt & aliorum 3. alij quorum unus ab extranea cruris arundine exit, & eius chordæ in duas diuiſæ, medium digitum & eius lateralem capiunt minimum. Secundus à poſteriori parte cruris incipit, à quo chorda exit, & in priorem chordam tendit, ubi in duas ſe diuiſit, ligans pollicem,

& eius

& eius minorem digitum exteriorem. Tertius à capite incipit familiaris arundinis, cuius chorda ab extremitate infima iūgit̃ cum racha, & uſq; in pollicem ſe ſolidat retro mouens pedem, & in partem familiarem. Horum trium uniuerſale eſt iuuamētum digitos mouere, pedemq; firmare. Septimus incipit à coxæ acumine maiori uadēs in calcaneum, à quo chorda exit dilatans ſe in plantam pedis, cui dat duriciem tactusq; lenitatem. Septem priorum unus qui eſt maior incipit ab interiori parte familiaris arundinis, à quo chorda exiēs uadit ſuper pollicem, pedem totum à terra leuans ſurſum. Alter exit ab eodem loco, unde & priorum, tendens in prius os pollicis, ut pedem in quodlibet latus torquere poſſit. Tertius inter duas arundines locat̃, à quo tādem chorda egreditur, tendens ad pollicem ut per eam dilatetur. Quartus ab extraneæ incipit arundinis capite, & digitis appoſitus 4. chordis ligat ab eo procedentibus. Quintus ab arundine exit extranea pollicem conſtringens, cum chorda una. Sextus ab eadem arundine egredit̃ paruus, cuius chorda à parte extranea ad minorem digitum protenditur. Similiter 7. quia ſecundum à minimo progredit̃ ambos iuuantes ut pedem in anteriora dilatent. Si cum duobus lacertis moueatur ſurſum erigitur. Lacerti ſuper pedem ſunt 26. Quinq; ſuper calcaneum, quorū unuſquiſq; chordas habet ad digitos euntes, ut eos moueant lateraliter. Septem ſunt in medio pedis, quorum iuuamenta iuuantibus in media planta ſunt ſimilia. Quatuor in racha ſunt poſiti chordas habentes, digitos præter pollicem mouentes. Decem reliqui ante unāquanq; cōcatenationem ſunt poſiti. Duo iuuant horum, ſicut duo in uolis manuum. Sed ſicut teſtat̃ Galenus multi anatomicorum iſtos duos negauerunt, quia inuenire non potuerunt. Hi ſunt muſculi totius corporis, qui ſunt numero 171.

De compoſitis membris interioribus ut cerebro. Cap. VI.

Compoſitorum membrorū cōtexio incipienda eſt à cerebro, quia cerebrum eſt dignius & nobilius membris alijs omnibus, quia materiale fundamentum eſt in homine, ut poteſtas rationalis eſt animæ ad actualia poſſit procedere. Quod in excellentiori parte poſitum, cauſa eſt oculorum. Sicut enim homo aliquid remotum diſcreturus ad altiora loca progreditur, ut latior proſpectui detur uiſus, ſic natura mirabilis in arce locauit ſuperiori, ut quæ ſibi cerebrum ſuppeditat, diſcernere exterior uiſus ualeat. Cerebrum ergo eſt corpus album, & ſine ſanguine humidum, quod ideo fit ut cito mutet̃ in naturam ſentiēdi. Diuidit̃ autem in duas partes principaliter. Scilicet in proram & puppim. Quarū differentia eſt groſſior cerebri particula, quę duplicat̃ inter duas. Prora eſt puppi maior & mollior. Magna ut nerui ſenſuales ab ea procedunt qui ſunt 7. pares. Puppis minor eſt quia pauci nerui ab ea prodeunt & à nucha. Mollis fuit prora, quia cum ſenſuales nerui ab ea exeāt, hanc emolliri oportuit, ut ſenſum cito

reciperet

reciperent nerui. Puppis dura, ut facilius motum pateret. Cerebrum 4. habet concauitates, quę cerebri uocant uentres. Duo uentriculi in prora poſiti uocant proræ uentriculi, à quibus aër per nares egredit atq; attrahit. Ex quibuſdam uox exit à cerebro. In eiſdem quoq; uentriculis ſpiritus uitalis in natura mutat animalis. Ab his rurſus duo capita egrediunt, duobus aſſimilata uberibus quibus odoratus efficit. Cui duos oportuit in eſſe uentriculos, à quibus ſingulis ſinguli exeunt nerui. Qui uero fuerunt ut fumus pateret alterius ſubintraret adiuuamentum. Puppis unus eſt uentriculus, qui puppis eſſe dicit. Ad quem ſpiritus accedit animalis, cum in duabus aliquantulum mutatus ſit proræ uentriculus. Quia uiam habent perforatam, unde ſpiritus animalis ad uentriculum tranſeat puppis. Neceſſe enim fuit ut duo prorę uentriculi uentriculo iungerentur puppis. Vnde huius uiæ perforatio uentriculorum, trium eſt continuatio. Sed hæc uia anteq̃ ad puppim ueniat in eundo reperit quædam ſpaciola. Vbi dum dilatat quartus uentriculus conficit. Qui ideo rotundat, ut maior quantitas ſpiritus ſuſcipiat, & ne facile patiat. Huius uentriculi principium eſt quoddam corpus glandoſum. Cuius forma eſt quaſi pinea. Ad hęc neceſſaria, ut ſpacium inter uenas unde efficit recte repleat. Hęc autem pinea uſq; ad locum ſibi deſtinatũ uadit ſuſpenſa & in eundo quoddam fruſtulum obambulat longũ quod huius uiæ habet concauum. Illud autem fruſtulum uermis eſt uocatum. Cuius unum caput à fine pineæ incipit, & in uentriculum puppis alterum ſecedit. A cerebro uero exeunt longa fruſtula uermis lateralia & nates omniũ iunctas aſſimilantia. Hæc medij lateralia ſunt uentriculi, ſubtilibus operta pelliculis. Hæ pelliculæ cum natibus ſunt ſolidatæ utrinq;. Subſtantia uermis non natibus eſt ſimilis. De pluribus enim compoſitis eſt fruſtulis in modũ concatenationis. De ſubtilibus factæ uentriculis. Nates eiuſdem ſunt ſubſtantiæ. Sed uermis non eſt uniformis, quia in extremitate ſua puppi cerebri iam uicinia ubi pellicularũ finit ſubtilitas, ſubtilis eſt & gibboſus. Vnde paulatim dilatat, quo ad natium interſtitium inde repleat. Quibus ſociatus unum corpus cum natibus efficit. Vnde cum uermis in uiæ longitudine dilatet, nates perfectiſſime claudunt. Cum uermis rugat, natesq; aperiuntur, quia pelliculæ gibboſitati uermis iunctæ cum eodẽ trahunt. Quantitas foraminis fit ex rugatione uermis. Eius enim rugatio, lõgitudinis eſt curatio, latitudinis ampliatio, & in modum ſpheræ conformatio. Iſtæ uermis in dorſo natium ligatur cum duabus chordis. Quod fit ne motu nimio de ſuo moueatur loco. Eſt autem durior cerebro, ne forte patiatur quoquomodo. Cuius eſt iuuamentum, ut claudit foramen inter puppim & medium uentriculum, & intraturo animali ſpiritui aperiat, poſtq̃ uero intrauerit claudat. Hæc eſt forma cerebri quod circundãt duo panniculi, qui uocant matres cerebri. Vnus groſſus q̃ui dura mater uocatur, hic craneo

ſupponi

ſupponitur,ſed in medio cerebro ingroſſatur,quia ibi duplicatur,quoad in oſſe lambda finiatur. Inde duplex deſcendit in cerebrum per locum ſcilicet illum quem duræ arteriæ condeſcendunt. De hoc enim uentriculo duę arteriæ aſcendunt,quę per lambda latera uadunt,& in fine eius ſeiunguntu bi terminantur prora & puppis. Illi quoq; accedit altera extremitas uentriculi,quę iuncta groſſiorē quater reddit q̄ in cæteris locis. Cui una non pulſatiua occurrit,& per longum uadit in prora cerebri. Quæ licet non ſit uena,tamen quia eſt cōcaua,& ſanguinem portat,uena uocatur arteria, quia duabus arterijs in duram matrem deſcendentibus quędam cōcauitas remanet,quam iſta ſanguinem habens replet. Vnde ab anatomicis uena uocatꝰ, quia uiuente homine ſanguis ibi recipitur, dum uero moritꝰ ingroſſatur & coaugulatur. Hunc locum torcular uocauit Heraclius, quia eſt concauus. Vbi coadunatus ſanguis in dependentia currit. Super hoc torcular duplex adiacet uena, quæ diuiſæ & poſtea iunctę,aliud torcular uidentur conficere. Quæ in loco uidentur lambda ſuppoſito. Dura mater non craneo ſolidatur, ſed potius ſuſpenditur, & ab ęius foraminibus egreditur. Ingreſſu huc illucq; dilatatur. Vnus ſolus efficitur panniculus intercutaneus. Fit autem hęc dura mater propter tres neceſſitates. Vt matrem piam craneo ſuppoſitam cuſtodiat à duricia cranei uel ut prora & puppis per eam differant, uel ut cooperimentum & defenſio ſit uenarum,& arteriarum, quæ ſunt ſuper cerebrum & earum adinuicē ligamentum, ipſarumq; diuerſa ſuppleat ſpaciola, uenarum inquam & arteriarum epar circundantium. Quia hæ ad inuicem ſunt cōmixtæ in modum telæ. Quarum ſpacia panniculi implent ſubtiliſſimi, ut nihil uacans remaneat in eis. Similiter mater ſubtilis ex ambabus conficitur uenis,ab exteriori craneo ad cerebrum deſcendentibus & ad exterius ambabus à tela reti aſſimilante exeuntibus. Hęc panniculos habet uacuum earum ſpaciū replentes ſicut & in ſecundina, & propter hoc hi panniculi uocantꝰ ſecundini. Hęc autem pia mater durę matri ſuppoſita eſt quę cerebro coniuncta undiq; ipſum circundat, & ſe ſpargit per concauitatem cerebri. Hęc mollior eſt in ſubſtantia quod mater dura,& durior cerebro cui eſt coniuncta, ſicut cutis carni conglutinata. Differens à dura matre paruo quodam interſtitio, ſed tamen in quibuſdam cōiungitur illi, ſicut cū uenæ craneum ingrediuntur & cum cerebrum dilatatur, & ſtringitur prima. Subtiliatur mater pia, quia cerebri uenas & arterias colligat, ne forte ſint ſuſpenſa, earumq; uacuitates oportet ſuppleat. Secūdo ut cerebrum coadunet,ne diſpereat,& operiens à dura matre defendat,utpote à cranei duricie ipſa defenditur dura matre. Tertio ut cerebrum nutriat, per has quas habet uenas, & ſpiritum det per arterias, quas in ſe continet. Hij ſunt duo panniculi cerebrum cooperientes,neruosq; adiuuantes,& dum intra ipſos ſunt protegentes. Poſt enim nudi & ſoli ęxeunt duriciem cranei. Vnde cerebrum

rebrum ſuperfluitates ſuas reijciat, dicturi ſumus poſtea. Omnis autem ſuperfluitas ipſius uel ſubtilis eſt ſicut fumus uel groſſa & coagulata. Fumoſa ſuperfluitas à toto corpore tendit ad capitis ſuprema. Vnde craneũ capiti ſuperpoſitum, quædam habet oſſa ſerram aſſimilantia, quandamq́ꝫ uacuitatem habentia unde fumus ille exeat. Quod in ſimiliũ membrorum tractatu dixiſſe nos meminimus. Superfluitas groſſa & coagulata petit inferiora. Cui expellendi natura mirabilis duo foramina fecit, ueſicã ſcilicet atqꝫ nares. Dura enim mater perforata ſuper nares, quaſi quoddam colatorium huic ſuperfluitati exhibet. Similiter & duo nariũ oſſa dura matri ſuppoſita ſentiuntur eſſe perforata, unde & ſuperfluitas exeat, & flatus ab exterioribus introëat. Horum autem oſſium foramina ſunt multiformia. Alia enim ſunt recta, alia trãſuerſa, quædam ex toto lata ad flatum recipiendũ ſunt facta. Recta ut emittant cerebri digeſta. Torculata & tranſuerſa ne aër frigidus & nociuus ad cerebrum introëat ſubitus, uel ne dura corpora ſicut puluis ſubeant ab exterioribus. Superfluitas per buccam emittendam, per duo egreditur loca, ab interſtitio puppis atqꝫ proræ, per tranſuerſum uſqꝫ in primam uiam deſcendente. Hæc uia quanto plus deſcendit, tanto magis ſe rotundat atqꝫ ſtringit, cuidam poſtea iungenda glandi, quæ concaua & rotunda ſicut ſphera, uicinatᷓ oſſi colatorio ſimili. Hoc autem os ſuperpoſitũ eſt palato. Concauitas iſta embotum eſt uocata. Quia ſicut uinum per embotum, ita ſuperfluitates noſtræ groſſæ per hanc influunt. Embotum autẽ iſtud ex pelliculis componitur à ſecundina matre egrediẽtibus. Embotum enim cerebro ſuperius glandi iungitur inferius. Glans autem extra duram matrẽ locatᷓ. Quantitas huius ſphericę glãdis ſpaciũ eſt illud quod inter duram matrẽ eſt & oſſa palati. Venæ telatæ in modũ retis, & ambabus iuuenilibus exeuntes uenis circundant hanc glandem ſphericam. Venarum uero rete, nõ materilibus noſtris retibus eſt conſimile. Iſtud enim ita ſibi implicatur ut uix unquam diſſoluatur. Quod ſubtus cerebrum dilatatur dextrorſum & ſiniſtrorſum. Ante & retro dilatatur per ſpacium, quod inter duram matrem eſt & palatum. De hoc rete duæ uenæ exeunt, quales prius antequam rete inde fieret, fuerunt. Quæ per durę matris duo foramina intrãtes, cerebrum per eius uentriculos undiqꝫ ſe diffundunt. Sed de his ſufficienter diximus, cum de arterijs tractaremus. Recte autem fuit neceſſitas ut uitalem ſpiritum per iuuenilem aſcendentem uenas decoquat, & in materiã animalis ſpiritus mutari faciat. Cum enim hic ſubtilior & dignior ſit alijs ſpiritibus fecit natura rete ubi minorans uitalis ſpiritus decoquatur, atqꝫ ſubtiletur, ut in naturam animalis immutetur. Qui cum per duas uenas à tela exeuntes, cerebri uentriculos ingrediatur, ibi magis magiſqꝫ ſubtiliatur.

De nucha

De nucha. Cap. XII.

NVcha cum à cerebro emittatur, à ſpondylibus operta defenſatur. Spondyles enim ſui ſunt operimentum, ſicut & cerebri craneum. Præter hæc duobus panniculis operitur cerebri, id eſt, matre dura atq; pia. Qui idem ſibi faciunt quod & erga cerebrum. Super quos panniculos alij ſunt duo ex ligamentis compoſiti & groſſitudine atq; duricie ſimiles duræ matri. Hi fuerunt, uel ut nucham defendant & operiant, uel ut ſpondylibus ea in uinciant. Qui ſi quoquo modo patiant̄, dura tamen matre defendit̄, & dura matre patiente nucha remanet illeſa. Nucha enim patiente, uel inciſa, ſenſum amittunt ſubteriora membra, quæ ſi inter craneum & primã ſpondylem inciditur, omnia ſibi adiacentia, ſenſu & motu priuant̄. Si autẽ prima renum ſpondylis patiatur, officiũ pedum amittit̄, ſuperiora tamẽ in ſuo ſtatu reſeruantur. Vnde intelligitur uter ſi qua ſuperiorum lędit̄, inferiores ſui lęſione condemnentur. Quod planius exprimemus cum cauſas motui accidentium dicemus.

De oculis. Cap. XIII.

OCuli ſunt inſtrumenta uiſus. Hij duo ſunt ut forte uno patiente, aliter uicem ſuam poſſit explere. Sunt autem uniuſcuiuſq; 10. efficientes cauſę 3. ſcilicet humores, & 7. tunicæ. Non tamen hæc omnia uiſum faciunt, ſed una tantum. Alia omnia eius rei ſolius ſunt iuuamẽta. Eſt autem ſolum inſtrumentum uiſus. Humor nõ ex toto rotundus quia in ſuperficie aliquantulum planus atq; clarus lucens ſicut criſtallus. Hic humor græce uocatur criſtaloidos, cuius in medio tunicarũ eſt fundatio. Aliquantulum eſt rotundus ubi non facile patiatur. Superficies parum plana ut rem ſentiendam melius percipiat. Si enim melius rotundaret̄, non bene ſenſui rerum aptaret̄. Omnis enim res rotunda in latera ſua relíſa inſtabilis eſt & non firma. Clarus eſt & lucidus ut cito in oppoſitos colores transferatur, in tunicarum medio, ne undiq; careret iuuantium ſupplemento. Indumenta ſua duo ſunt humores, & 7. tnnicæ. Vnde clariſſimus humorum eſt retro ſicut uitri liquor. Quod fecit natura ut criſtaloidon nutriat. Cum enim alia membra ſanguine nutriant̄, ſed à criſtaloidos ſe moueat̄: uitreũ humorem facit natura, quia ſanguinem ſuſcipiat, & in ipſius eſſentia uertat & mutatum atq; depuratum ad criſtaloidon mittat clare. Humor alius ante criſtaloidon locatur, ut ab aëre deſiccatur, qui clarus atq; albus oui albugini aſſimilatur, ut & euagaidos uocatur. Cuius alterum eſt iuuamentum ut criſtaloidæ aſperum tunicæ remoueat tactum. Septem tunicarum 3. ante euagaoidon, & 3. locant̄ poſt gelaoidon. Septima ſubtilior inter euagaoidon ſita eſt & criſtaloidon. Duo nerui concaui à cerebro uenientes ad oculos in exitu ſui duobus induti ſunt panniculis cerebri. Quos exeunt cum ad oſſa oculorum ueniunt, & dum dilatantes ſe extendunt, circundat eos tela

uenarum & arteriarum à pia matre exeuntium. Horum ſingulis in medio criſtaloidos locaẽ, ubi duæ extremitates euagaoidos & gelaoidos eſſe ſentiuntur. Venæ & arteriæ ubi contextę uocantur rete ex retis tantum ſimilitudine. Cuius iuuamentum ad criſtaloidos uiſualem ferre ſpiritum. Venis quoq; & arterijs unde cōficitur ſanguis uitreo humori ſubminiſtraẽ. Vitreus humor, & criſtaloidos cum uenis & arterijs careant ſanguinē ſibi ſugendo attrahunt. A reti uitreus humor, & criſtaloidos à uitreo. Ambo neruorum panniculi à duabus matribus ſunt cerebri. Quorum ſubtilior rete operit, & iungit cum ipſo ubi rete iungitur criſtaloido. Quod fit ut rete uenis nutriatur, calor uero naturalis ex arterijs detur. Hęc autem tunica uocatur ſecundina ſicut & mater pia unde proceſſit eſt uocata. Hanc ſecundinā uelat groſſior pellicula: Quę cum ſolidet ubi & ſecundina reti cōiungit: Groſſa fuit neceſſaria, ut & oculum ligaret, & ab oſſe eum defenderet. Vocatur autem ſclyros. Hæ ſunt poſtremę tunicæ perfectiſſime ſibi & uitreo humori atq; criſtaloidos ſolidate in medio. Qui locus uocaẽ ireus, quia in colorū diuerſitate ei aſſimilatur & in circuitionibus. Tres anteriores tunicæ ante euagaoidon ſunt poſitæ. Quarum una albuginē oui uelat. Cuius forma eſt uiæ medietas, lenis in antea, intrinſecus uerſus albuginē uilloſa. Color inter nigrum & uenetum medius, unde uinea uocaẽ, quæ à ſecundina egreditur. Huius tria ſunt iuuamenta. Cornea nutrit, unde multis abundat uenis. Secundo criſtaloidos & corneæ eſt differentia, ne criſtaloidi cornea duricia ſua noceat, unde oportuit ut humida eſſet. Tertio ut nigredine ſua ſpiritū coadunet uiſibilem ne diſpergaẽ per aërem. Nigro enim colori eſt naturale lumen ſibi coadunare, candido uero diſpergere. Vnde quidam uiſu deficiente propter ſplendorē nimiū parum palpebras claudunt oculorū ut uiſus licet paruus ad uueam refugus, poſtea amplior egrediaẽ. Vnde dedit natura nimium ſplendorē in hac concauitate uuea. Quæ etiam eſt pertunſata ut ſpiritus uiſualis exiens ab ea rē ſenſam ilico percutiat. Eſt & uilloſa ut aquā ad oculos deſcendentē ilico cōbibat. Cornea eſt dura, ſolida, atq; alba cornu albo & ſubtili ſimillima. Quæ ex multis fruſtulis eſt compoſita. Hęc dum excorticaẽ quaſi ſquama euellitur, exit ab illo panniculo qui ſupra uocaẽ ſclyros, qui ſicut diximus à dura matre egrediẽ. Cornea fuit neceſſaria, ut criſtaloidon ab extrinſecus accidentibus cuſtodiat. Clara eſt & lucida ut uſualem ſpiritū exire prohibeat. Dura quia ſubtiliſſimam eſſe oportebat. Coniunctiua tunica ſubtilis eſt & alba in omnibus oculi lateribus ſolidata non operiens corneam ſed circundans. Hæc illa eſt albedo quę uideẽ in oculo, & exiens à panniculo, qui intercutaneus ſuperpoſitus eſt craneo. Huius neceſſitas quia undiq; oſſibus oculū circumligat, & lacertos operit quibus mouentur oculi. Hę ſunt 3. tunicæ oui albugini ante poſitæ. Septima eſt ſubtiliſſima, albiſſima, & nitidiſſima. Quæ oui albugini ſuppoſita, eam

tantū

tantum partem operit,q̃ uitreus humor operiendam dimiſit. Vocat̃ autem araneę tela,quia ipſi eſt ſimillima. Hęc eſt q̃ in oculo uidemus cum ſpeculũ cõſpicimus.Quod ex nimia fit claritate,& lucentiſſima forbitione.Hę ſunt omnes oculi partes 3. humores,uitreus,cryſtallinus,& albugineus, 7. tunicę, Rete ſecundina atq; dura araneę tela,uuea,cornea,& coniunctiua.

De naribus & inſtrumentis odoratus. Cap. XIIII.

NAres duo ſũt naſi foramina una carthilagine à ſe inuicẽ differẽtia. Quorũ ſingulum naſum aſcendit, & in duo foramina ſe diuidit. Primũ in buccam tranſuerſum tendit,alterũ poſt matrem duram uadit in oſſa collatorio ſimillima. De quibus ſatis diximus cum ſuperfluitates à cerebro exeuntes tetigimus. Hæ uię groſſis panniculis ſunt indutæ. Quę à ſexto rari incipiunt quod diuidit̃ in os,linguã & palatũ, guttur quoque & canales pulmonis,& in os ſtomachi. Viæ nariũ duabus de cauſis neceſſarię ſunt.Prima quę maior eſt,ad opus trahendi ſpiritus & odoratus,altera ut groſſas emittat ſuperfluitates à cerebro uenientes. Hę ſunt trãſuerſæ,& nõ pulmoni appoſitę,ut ſi aliquando frigidus aër ſubeat, pulmonem nõ lędat,& ſi quid cum aëre ſicut puluis uel cinis intrauerit,pulmoni obeſſe non poſſit,ſed aër ob ambulans trãſuerſa in eundo depuret̃ & calefiat, atq; ſolida ne ad pulmonẽ peruenĩat repellat.Quidã tamen arbitrati ſunt uias in naſo apparentes,odoratus eſſe inſtrumentũ. Quia opilatis naribus nullus ſentit̃ odoratus.Si aperiant̃,ilico ſentietur. Sed falſa eſt eorũ opinatio.Hæ enim tantũ ad proram cerebri ferũt odoratũ, duo fruſtula uberibus ſimilia odoratus ſunt inſtrumenta,qua uſq; ad colatoriũ deſcendunt, ubi dura mater eſt pertuſata,& ſimiliter ſuper eam uberum extrema uſq; in uentriculos proræ cerebri pertingẽtia. Odoratus ſic efficit̃: Fumus odoriferorũ corporum diſſolutus,& cum aëre mixtus per nariũ foramina ab uberibus trahit̃, per quę uberũ pertunſiones cerebro tranſmittit̃. Si enim in domo fumoſa, & odorifera flatus ſuſpendit̃,odoratus emittit̃,ſed tamen nares fumo odorifero implent̃.Quod conſtat quia cũ à loco odorifero ſemoueamur,& flatus antea ſuſpenſus ab uberibus ſugat̃ odoratus reddit̃. Vnde cõſtat nõ eſſe nares odoratus inſtrumẽta,ſed potius illa proræ fruſtula,quę uocãt ubera. Cerebrum enim dilatatur & conſtringit̃, ut ſuum calorem cuſtodiat naturalem.Dum enim dilatat̃ trahit aërem à naribus pectore quoq; & pulmonis canalibus.Et qualiſcunq; fumus tracto aëre admiſcetur neceſſe eſt ad cerebrum trahatur.Dilatari iſtud flatum trahere dicimus. Cum autem conſtringit̃ fumoſus aër emunctiones à uentriculis per nares expellentur. Hęc autem expulſio, flatus eſt emiſſio.

De auditu. Cap. XV.

AVditus inſtrumentã ſunt in petroſo oſſe foramina, & pelliculæ quibus ea operiunt̃ & auriculæ. Cum uno tamen horum auditus per-

ficitur, quod tamē duobus aliis adiuuatur. Vnum enim par neruorū à quinto pari egreditur, quod in foramina petroſi oſſis protendit. Vbi dum dilatatur, foramina interius operiunt. Quę ſunt tranſuerſa ſicut torcular, ne frigidus aër cito penetret & panniculus obſit, neue aliquid nociuum incidat, quod auditus inſtrumentū impediat. Carthilago exterior, quæ dicit auricula duabus de cauſis fuit neceſſaria. Defendit enim ne quid in auditum cadat ſicut oculos defendūt cilia. Secundo quia uocem adiuuat: uox enim per cuſſio eſt aëris. Quæ cum ad carthilaginem ueniat, ibi adunata fortiter intrat foramina.

De lingua. Cap. XVI.

Lingua eſt inſtrumentum guſtus & locutionis. Quæ de carne molli cōponitur & ſpongię aſſimilat. Ad q̄ multæ ueniunt uenæ ſanguine plenæ, unde rubicunda eſt colore. Hæc eadem operit ueſtibus quibus ſpacium buccę & palatum induitur, & os ſtomachi, guttur & canales pulmonis. A ſuperiori apparet tota, ab inferiori parte uſq; ad ligamēta, quibus mento eſt cōnexa, in quibuſdā autē hominibus, plus q̄ oporteat, ut & contrahat lingua, nec in partes moueat diuerſas. Vnde oportet incidi ligamenta, ut ſibi motus per totum os & palatum det. In lateribus ligamentorum quędam uenę ſunt, quæ ſaliuam ſemper linguę ſubminiſtrant. Hæ ab initio linguæ incipiunt motum arteriarū, à quibus emanat humectatio phlegmatica, quę uocatur ſaliua. Iſtę à medicis uocantur ab initio ſaliuares. Initium linguæ unde hę uenæ exeunt caro eſt, glandoſa, atq; alba, ipſius ſaliuæ generatiua. Quæ adiuuat cum ſaliuam à uenis illis recipiat, unde humectet linguam atq; buccam. Linguę fundamentū undiq; uicinitati corporis eſt innexum, ut fere totū uideat eſſe unum, cum tamen eorū ſit diuerſa. Hęc eſt linguę cō poſitio, & animatorū corporū interiorū & cōpoſitorum.

De inſtrumentis ſpiritus, & primum de uuula. Cap. XVII.

Animatorū membrorū interiorum & cōpoſitorum tractatum expleuimus. De interioribus ergo cōpoſitis ſpiritum ſubminiſtrantibus dicemus, ſcilicet de uuula, gutture & pulmone, diaphragmate & pectore. De pectore tamen ſatis diximus, cum de ſua cōpoſitione tractaremus. Dicendum ergo de uuula, quæ triplici ex cauſa fuit neceſſaria. Primo quia pulchrā uocem reddit & fortem. Secundo quia alleuiat aërē introëuntem eiuſq; tēperat frigiditatem. Vnde quidam moriunt cum eis radicitus incidat, non tantū amittentes uocem ſonoram, ſed nimiū recipientes aërem, qui pectus infrigidet & pulmonē. Qua propter oportet incidentem non totam extirpare, ſed partem. Tertio ut recipiat puluerem, ne guttur intret uel pulmonem.

De gutture. Cap. XVIII.

Guttur eſt extremitas canalium pulmonis, quod duplicis eſt iuuamenti. Maius & primum ut aërem emittat, & flatum trahat. Se cū-

dum,

dum propter uocem. Quia aliquando unum membrũ facit, natura duarum uel trium rerum inſtrumentũ, ſicut ſubtilem fecit matrem cerebri opertricem, uenasq́ & arterias ligaret inuicem, & cerebrum ne diſpergeret coadunaret. Aliquando facit eadem natura, ut expulſa alterius rei ſint iuuamina, ſicut fumus pilorũ cauſa eſſe dicit. Idem etiam fecit in pulmone & eius canalibus, ut inſtrumenta eſſe flatus, ad calorem naturalem cordi reſeruandum, & uocis eſſet inſtrumentum. Aër enim trahitur, ut cor calore naturali refrigeretur. Aër quoq́ expellitur ut dupliciter nos opiletur, uelut fumoſa ſuperfluitas à corde expellatur, uel ut materia uocis efficiatur. His ergo duabus de cauſis compoſitus eſt canalis pulmonis. Qui cauſa flatus ex multorum fruſtulorũ concatenatione & ligamentis conſtruitur ut poſſit dilatari & conſtringi, quæ uero attinent uoluntario motui. Qui nunquam poteſt fieri niſi exconcatenatis membris. Huius canalis ſubſtantia carthilaginoſa eſt atq́ dura, ut cum uentus exeat uox fiat clara. Raucitas enim uocis ex humiditate fit canalis pulmonis. Cuius ſuperior extremitas gulæ uicina durior eſt omnibus canalibus pulmonis. Hęc autẽ uocatur guttur. Vnde inſtrumentum fuit uocis, quia durũ eſt inter alios canales pulmonis. Quod ex tribus carthilaginoſis fit maioribus. Primũ eſt anterius, gibboſum exterius, concauum interius. Quod in quibuſdam hominibus tactu ſentit. Secundũ priore eſt maius, & retro iuxta os ſtomachi locatur ut illud cõpleat, quod priori defuit carthilagini. Hoc guttur quadam concatinatione & ligamentis iungitur, ut & dilatetur & conſtringatur. Inferius ligamentis ſolidetur, neruisq́ ligat, cum duabus coſtis inferioribus exeuntibus de oſſe, ſcutum aſſimilante. Tertia carthilago, tanto ſecunda eſt minor, quanto prior ſecunda fuit maior. Iſta tertia ſecundam quaſi æquitat, quæ cypho aſſimilatur. Duo habens concaua, quæ duo ſecundę intrant fruſtulæ. Quę fruſtula ſunt quaſi concatenata ut hac cõcatenatione guttur clauderet, & aperiret. Prima carthilago, ubi primę & ſecundę iungit ſtrictior eſt fundamento. Quod fuit neceſſe ut fundamentũ in pulmone latius eſſet gulari gutture. Tertia carthilago concauitatẽ habet ex parte uiæ ſpiritus, ut ex earum trium carthilaginũ compoſitione canalis reddet ſimilis fiſtulæ per quã aër ad canales pulmonis, & ipſum pulmonẽ tranſire poſſit. Guttur interius eadem ueſte, qua & lingua & palatum, & os ſtomachi induit. In ſuperiori carthilagine cyphum aſſimilante, eſt unũ os, duas habens furculas aſſimilantes duo lambda. Os iſtud per collum extendit, cuius linea mediaſtina in dorſo primę carthilaginis, & linguę ſubteriori linea eſt ſuper poſita. Inferius lambda eſt ſicut acumina primę carthilaginis quantitatis. Eſt autem iuncta, atq́ ſolidata in utraq́ carthilaginum latera & ligamenta eius quaſi neruia carthilaginibus egrediunt. Lambda ſuperius cum oſſe ſagittã aſſimilante ligatur. Hæc eſt cõpoſitio gutturis ex tribus carthilaginoſis. Cõcauitas

gutturis

gutturis, quod aër intrat & exit habet quoddã corpus, quod linguę fiſtulæ
aſſimilat̃. Cui lingulæ corpus non eſt aſſimilandũ, cum iſta poſterior, illud
uero natura primum. Hoc autem corpuſculũ nullam habet in toto corpo-
re ſimilitudinem. Componit̃ enim glande pelliculis & pinguedine. Voca-
tur autẽ gutturis lingua, ſiue cataracta. Et eſt primum uocis inſtrumentum.
Neq; enim aliter poteſt uox eſſe, niſi iſta claudat̃ cataracta. Si enim uia gut-
turis eſt aperta, impoſſibile eſt uocẽ eſſe, quia aër paulatim exit, quod cõtra-
rium eſt formandæ uoci. Sed tantum fit quidam flatus, ſi tenuiter exeat par-
uus. Si uero fortiter, magnus. Cum uox format̃ ſubito multus aër è corpo-
re egredit̃. Cuius uia primũ à largo peruenit ad anguſtũ, & poſt paulatim
egrediens, anguſtat̃, dilatat̃. Hæc gutturis cataracta, ad flatum conſtringẽ-
dũ fuit neceſſaria. Non autẽ dico conſtrictionẽ flatus ut ex toto intus cõtra-
hat̃. Sed in emiſſione uocis utrinq; cõſtringi lateraliter pectus, & cum coſtis
lacertos hypochõdriæ uicinus. Vnde totũ pectus & lacerti mouentes gut-
tur mouent̃, aërq; licet fortis coartatur, ne ſubito egrediat̃. Quod facit la-
certus, quo cyphum aſſimilans carthilago conſtringit̃. Eſtq; huius rei exple-
mentum, corpus, linguæ, fiſtulæ aſſimilatum. Coadunata enim pars parti,
claudit uiam gutturis. Per linguæ huius latera natura fecit duo foramina,
quæ ad locum concauũ ſecedunt. Quod aër nõ poteſt ſubſiſtere dũ per lar-
gitatẽ uagatur uiæ. Sed cũ ad latera altera ſe dirigat, illa duo lateralia ape-
rit foramina, ut tandem exire ualeat. Hęc autẽ duo foramina à ſuperiori in
inferius ſicut linea ſunt extenſa, & ſunt quaſi pelliculę uſq; in cõ cauũ clauſæ
ut guttur claudat̃, & non ante animalẽ flatũ aperiat̃. Rurſus cum cibũ trãſ-
gluttitur, dorſum catarctæ tangit, ſubito ſe cataracta claudit. Neq; uiam ad
pulmonẽ prohibet aliquãdo potui, ſed ne multa quantitas ſurripere poſſit.
Aliquando enim parum intrat pelliculas & uentriculos ſuos & humectat.
Guttur eſt carthilaginoſum & rotundũ. Vnde fit ut os ſtomachi in tranſ-
glutiendis cibis uſq; ad canales deſcendat pulmonis, & guttur uſq; ad pala-
tum aſcendit Sicut in tranſglutiendo cibo cataracta claudit̃, & os ſtomachi
deprimitur, ſic in expellendo uomitu ſubterior cyphus guttur obſtruitur,
ut tranſeat uomitus.

De canalibus pulmonis. Cap; XIX.

CAnales pulmonis ex multis componunt̃ carthilaginoſis rotunda
in modum anuli, alternatim ſibi ſuppoſiti, ab inferiori extremitate
gutturis uſq; ad initium pulmonis, per longinquitatẽ colli. Sunt au-
tem ligatę ſibimet ipſis ex pellicularũ ligamentis. Neq; ex omni parte ſunt
carthilaginoſi, ſed tantũ impertinentia colli, p̃pter expreſſionem oris ſto-
machi. In parte uero pectoris ſunt ſicut ligamẽta, ſiue chordę. Habet unuſ-
quiſq; anulus pelliculas intrinſecus rotundiſſimas, quę pelliculæ duræ ſunt
& ſolidæ. Hæ ſunt pelliculæ quas ante diximus, os ſtomachi atq; guttur
circum

circundare. De foris rurſus panniculos habet unuſquiſq; anulus, ſicut operimētum canalis pulmonis. Canalis neceſſaria collo fuit ut aërem expelleret & traheret, flatumq́; & uocem reciperet. Quæ cum in furculas perueniat, ubi pectoris eſt ſpacioſitas, per pulmonē ſpargendo ſe dilatat, & cum uenis ambabus à corde uenientibus admiſcet, ſui diuiſi ramuli ſunt ſimiliter anulati ex parte carthilaginoſi, & ex parte panniculoſi. Suntq́; ſanguine mundiſſimi in animali naturę ſuę competenti. Cum enim incisionem, rupturā, percuſſionem in aliquo horum patiat, ſanguinolentum ibi animal efficit. Vnde tuſſis naſcitur, & ſanguis ille ad os deueniens expellitur. Flatus enim ſanguine pulmonis impedit. Canalis fit hæc carthilaginoſa propter uocē. Inſtrumentū enim uocis neq; durū ſicut os eſſe debuit neq; molle. Carthilago eſt mollior oſſibus, & durior alijs corporis partibus. Ex multis carthilaginoſis & ligamentis conficit, propter flatum dilatandum & conſtringendnm. Quod fieri non poſſet ſi ex una carthilagine eſſet.

De pulmone. Cap. XX.

PVlmo eſt de molli carne, & aërius ſpumæ coaugulatæ ſimillimus, multis quaſi uaſis telatus. Hæc uaſa ſunt triformia. Vnum à dextra cōcauitate incipit cordis, alterū à ſiniſtra, tertium à ſuis canalibus. Prodiēs à dextra cōcauitate cordis uena eſt nō pulſatiua, ſed forma eius ſicut arteria, quia de duris & duobus pāniculis. Vnde hęc uena dicit arteria. Quod fuit neceſſe ut pulmonē poſſit nutrire. Duris & duob. fit panniculis ut ſubtilitatem ſuggeret aëri uarij ſanguinis in nutritura pulmonis. Pulmo enim eſt ſubtilis naturę & aërię. Vnde nutrimētum oportuit haberi ſimile. Exiens à cordis ſiniſtra eſt una ſola arteria. Cuius forma eſt ſicut uena, quia una eſt & rara pellicula. Vnde uenata uocat arteria. Hæc fuit neceſſaria ut ſpiritum & clarum ſanguinē pulmoni ferat. Spiritus multā fert quantitatem propter ſuam raritatem. Vas ueniens à canalibus pulmonis cōpoſitionibus eorum ſimile eſt. Ex carthilaginibus enim & pāniculis canales ſunt pulmonis, ut per carthilagines ori iungant ſtomachi. Quod eum carthilagine ſua cum uenata iungit arteria. Vnūquodq; horum trium uaſorū cum intret ſtomachum, eſt quadripartitum. Duę partes eunt dextrorſum, & duę ſiniſtrorſum. Pulmo enim in duo diuidit. Panniculis pectus mediantibus eum intercidentibus. Quatuor ſuperiores partes per pulmonē poſtea diuidunt multipliciter. Canales pulmonis aliter diuidit in dextris. Quæ diuiſio fuiſſet neceſſaria ut eſſet fulcimentū, & quaſi culcitra uenis, pectoris adeūtibus uias. Hæc eſt compoſitio pulmonis. Cuius eſt iuuamentum ut undiq; cor circūdet. Cum motu careat proprio motus, pectoris eū moueri adiuuat. Eſt aūt pulmo inſtrumentū ſpiritus & uocis. Spiritus fuit neceſſarius propter cor. Quia enim cor fundamentum eſt, & foris caloris naturalis neceſſe eſt aërem trahi, unde feruor ſuus refrigerari, & fumoſa ſuperfluitas poſſet expelli. Vnde duos

de duos motus habuit contrarios dilatandi quo ſpiritum traheret refrigerandi, ſtringendi, quo fumoſæ ſuperfluitates poſſent expelli. Ne ergo ſubito aër erumperet ad cor pulmo fuit neceſſarius inter ipſum & guttur mediaſtinus, ut ſpiritum refrigerandi ab eo reciperet, & fumoſam ſuperfluitatẽ ſibi redderet. Quia etiã animali uox neceſſaria fuit, & uox ſine aëre eſſe non potuit, fecit natura à corde aëris expulſionem uocis eſſe materialem. Eſt ergo pulmo cellulæ ſimilitudo, ſeruans ſemper aërem frigidum ad cordis ſeruorem refrigerandum, & calidum ad uocem atq; flatum. Quo ſi mediatore cor careret, & per ſe principaliter aërem traheret, & expelleret ſpiſſiſſimũ & infinitum eius eſſe motũ oporteret. Vnde adeò eſſet periculoſius, ut nec uno momẽto flatus teneret. Sed cum quodlibet animal in loco calido, ſiue in aqua profundiſſima ſeu etiam in loco fœtido flatum teneat, cõſtat cor ad pulmonẽ refugere, quo aliquandiu poſſit ſe refrigerare. Vnde fit ut quã diu aërem in cella pulmonis, quodlibet animal in his locis uiuere poſſit. Sed eo deficiente & augmentante fumoſa ſuperfluitate in corde uel pulmone deſinat animal uitale eſſe. Fit itẽ pulmo neceſſarius ut aërem excoquat & in naturã trahat ſpiritus, quo eum ſibi adſciſcat facilius. Sic enim cibum epar in naturam ſanguinis mutat, quo mẽbra eum cętera facilius in naturam ſuam mutent poſtea. Propter ſupradictas ergo cauſas caro pulmonis mollior & leuior fit ſicut natura aëris eſt, ut aërem mutet in naturã ſui, & inde cor eum trahat ſibi, & in uitalem mutet ſpiritum. Deinde hic aſcendens per arterias ad uentriculos cerebri, inanimatum ſpiritũ facile queat mutari. Sed de his planius poſtea diſputabimus.

De corde. Cap. XXI.

COr fit de uillis diuerſę poſitis, cuius caro tota eſt dura. Diuerſitas uillorum ex diuerſitate eſt motuũ, dilatandi ſcilicet & cõſtringẽdi duricies carnis, ut uelocitas auferat paſſibilitatis. Pulmo circũdat cor lateraliter. Forma cordis eſt pinea. Inferior eius pars, id eſt, latitudo, opposita eſt ſuperiori corpori. Ponit autẽ intra concauitates pectoris ambas quas mediante panniculo diximus eſſe diuerſas. Caput quod acumen dicit in ſiniſtra parte locat. Hoc uero latus cordis ſpiritus inhabitat uitalis. Inde exit arteria maior, de qua omes alię egrediũt. Vnde fit, ut pulſus in ſiniſtra parte ſit fortiſſimus. Cor duas habet cõcauitates, quarũ una dextra, altera uero ſiniſtra. Siniſtra in acumẽ tẽdit, dextra infra ſubſiſtit. A dextra uſq; ad ſiniſtrã cõcauitatẽ eſt unũ foramen, quod à quibuſdã tertia uocat cõcauitas, ſed non eſt ita. Dextra itẽ cõcauitas, duo habet foramina. Vnũ, uena intrat cõcaua, portans ab epate ſanguinẽ in hanc cõcauitatẽ. Super hoc foramen tres ſunt panniculi ad hoc ibi poſiti, ut aperiant intraturo ſanguini, & claudant poſtquam intrauerint, ne exeant propter dilatationem cordis. Alterũ foramen exit uena, arteriæ aſſimilata ut pulmonẽ nutriat. De qua ſatis diximus in pulmonis tractatu. Siniſtram identidem, duplex habet foramen; unũ

unum intrat arteria uena ſimillima. Iſta portat ſpiritum à pulmone ad artē rias, & ſanguinē à corde ad pulmonem. Super hoc quoq; foramen duo ſunt panniculi aperientes ſe aëri ad cor ingredienti. Alterū eſt foramen ſiniſtræ parti, unde maior arteria exit quę uocat̃ chriti, & omniū fons eſt arteriarū totius corporis. Hoc habet 3. panniculos, qui aperiunt̃ ſanguinem à corde & ſpiritum emittendo, poſtq; clauduntur reditum prohibendo. Hæ duę cō cauitates cordis ſemper ſunt in pulſu. Sed tamen plus ſiniſtra, quia ſanguis & ſpiritus plus ibi regnat. Hæ ſunt cōpoſitiones concauitatum cordis. Foramen quod à dextra parte protendit̃ in ſiniſtram, in dextrā incipit maiorari, ſed poſtea uſq; in ſiniſtrā paulatim ſtringit̃. Quod ideo conſequitur ut ſanguis in ſiniſtram partem ſubtilior progrediatur. In unoquoq; cordis concauo fruſtulum eſt exterius, quod auriculæ aſſimilat̃. Hæc ſunt 2. quę cordis auriculæ dicuntur. In dextra auricula arterialis ſolidat̃ uena. In ſiniſtra uero uenoſæ arteriæ eſt ſolidatio. Habet autem in ſua latitudine quędam oſſa carthilaginoſa, quæ cordis ſedes ſunt appellata. Circuit etiam cor quidam panniculus, qui caſula cordis eſſe dicitur. In huius panniculi medio extrinſecus panniculi pectus mediantes ſolidant̃. Iſte panniculus non cordi iungit̃ ne forte eius modis impediatur. Qui cordi fuit neceſſarius ut eſſet fundamē tum caloris naturalis, unde animal regeretur. Siniſtra concauitas dignior eſt de cauſa ſupradicta.

De diaphragma. Cap. XXII.

SVbtus collum, duo concaua maiora ſunt, unum circundat omnia pectoris oſſa, pulmonē & cor continens, alterum continet uentris lacertos omēs. Iſtud incipit ab inferiori teneritudine pectoris uſq; ad interiora oſſa penis. In qua concauitate ſunt, ſtomâchus, inteſtina, epar, ſplen, fel, renes, ueſica, matrix. Inter hęc uero concaua quidam lacertus eſt rotundus eorum differentia, qui dicitur diaphragma, incipiens à teneritudine pectoris, & protendens utrinq; uſq; ad 12. ſpondylem, ubi ſolidatur ex omni parte cum cordoſis ligamentis ab ipſo exeuntibus. Operitur autem hic lacertus de uno panno ſuperius, quia panniculo coſtas circūeunte egreditur, & à duobus pectus mediantibus. Subterius eſt alter panniculus, qui à ſiphac egreditur. Habet diaphragma 2. foramina, unū eſſe ſpōdyles, unde exit meri. De altero foramine exit cōcaua pena, quę ſpargit̃ in corporis ſuperiora Diaphragmatis uero ſunt iuuamēta dilatat em̄ pectus atq; ſtringit cum alijs lacertis pectoris. Secundum eſt quia differre facit inſtrumenta ſpiritus atq; cibi.

De cibis. Cap. XXIII.

CIbi inſtrumenta ab ore ſunt incipientia. Os em̄ multa habet inſtrumenta ibi coadunata, dentes & pelliculas unde operit̃ bucca palatum etiam atq; linguam. Habet inferiorē partem oris guttur uuulam, canales pulmonis meri. Dentium diximus iam numerum & eorū iuuamentum in tractu oſſium. Lingua duarū rerum habet iuuamina animatæ rei atq; cibi. Cuius compoſitionē ſuperius diximus, & ſimiliter de alijs tra

ctauimus. Pellicula unde bucca circūinduit̃, pelliculæ circūamicienti os ſtomachi & ipſum ſtomachū cōnectit̃. Quæ iuuat q̄a cibū quoquo modo mutat, & ſtomacho aptat. A ſtomacho em̃ incipit, unde eius naturā cuſtodit.

De meri. Cap. XXIIII.

MEri quod dictū eſt corpuſculum, longum, rotundū, atq; concauū. Quod à ſtomacho incipit progrediens uſq; in ſuperiorem extremitatem gutturis. Eius exordium eſt anguſtum, ſed poſtea paulatim dilatatum ad gutturis ſummitatē ueniens fit latum. Protendit ſuper ſpō dyles dorſi, ubi multis ligat̃ ligamentis, non tamen ſpōdylibus adhærēs medijs, quia multomagis uergitur dextris, & uſq; in 12. ſpondylem deſcendit. A ſpondylium uero medietate meri ſeparare fuit neceſſe, ut infra corpus daret deſcendēti arteriæ. Hæc em̃ medijs ligatur ſpōdylibus, ut melius cuſtodiret̃. Cōponitur autem meri de duobus pāniculis à ſtomacho egredientibus pelliculis. Horum unus exterior eſt & carnoſus, & uilla ſua per latum extendūtur. Secundus interior eſt & neruoſus, cuius pili in longum protenſi, tamen obliquant̃ pauci. Eſt autem officiū meri tranſglutienda tranſglutiri. Ab ore enim cibum trahit, & in ſtomachum traijcit. Trahit cum uillis longis. Quę aſcendentia guttur ſubleuant in buccæ ſuperiora ut expreſſius cibū ſibi trahant à bucca. Quem pili per latum poſiti ſuſcipiētes ab eis, ſtringendo mittunt ſtomachi receptaculis. Si em̃ res humida quoquomodo inter manus fuerit ſtricta, humor inde delabitur. Ex his ergo pilis conſequitur, ut tranſglutiēdis leuior ſit aditus, euomēdis grauior exitus, quia trāſglutiēda adiuuāt utraq; uela. Vomitus à ſolo exteriori adiuuat̃, qđ dilatatū eſſe diximus.

De ſtomacho. Cap. XXV.

STomachus & ſi in ſiniſtris ſit locatus eius tamen inferiora tendit in dextram. Hic epar habet dextrū, quod cum 5. ſuis fruſtulis ipſum brāchat ſtomachum. Splen eſt ſiniſter ſibi ſubterius lacerti dorſi, ſuperius habet ſcirbū, quod gręci condriā dicunt. Eius forma eſt quaſi ſphærica. Sed tamē eius extrema, aliquantulū ſunt longa. Inferiora ſuperioribus ſunt latiora. Foramē ſuæ latitudinis uerſum inteſtina uidet̃ ſtringi. Foramen ſtricte partius dilatatur in meri. Componit̃ ex duobus panniculis. Interior eſt neruoſus, pilos habēs in longitudinē & in tranſuerſo. Exterior eſt carnoſus, pilos habens per latū cum pelliculis ſplenis lateraliter ligat̃ & epatis ex parte dorſi cum ſpondylibus. Adiuuat autē ſtomachus, ut excoquat cibū & epati mittat excoctū, ut facilius epar in ſanguinis naturam uertat. Si bucca in opus ſtomachi cibū apparat incōſumptum. Hanc ſtomachi excoctionē medici uocant primā digeſtionē. Partium ſuarū adiuuamenta, uillorū quoq; & ſphęricę formæ in pręſentiarū ſunt dicenda. Duorū pāniculorū duplex eſt iuuamentum. Cibum em̃ à meri unum ſibi contrahit, quod fit cum panniculo interiori per longū uillato, ſicut ſuperius de meri diximus. Stomachus enim in tranſglutiendis ſurrigit̃ ad meri, & ab eo cibū ſibi ſuſcipit ſicut ſi qui

libet manum ad rem ſuſcipiendã porrexerit. Secundi panniculi iuuamẽtum ſibi retinere cibum. Qui cum perueniat ad ſtomachũ ab iſto quaſi bracatur quò ad dirigenda digeranť, & retinenda in ſuum uſum retineanť. Expellendi ergo ad inteſtina emittunť. unde ſuperiora ſtringunť, inferiora uero dilatantur inteſtino ſe aperiẽte, quod potria uocať. Stringere iſtud exterior pãniculus, in quo uillum latũ habeť. Omne enim mẽbrum duobus conſtans panniculis, ſi uillum per longum habuerit, inde ſuſcipienda ſuſcipit. Si fuerit perlatum, inde reijciť reijciendũ. Quare interior ſit neruoſus, nimia hęc fortitudo fecit ſui ſenſus. Cum em̃ ſtomachus recepta omnibus ſuppeditet interioribus digniorẽ ſenſum oportuit habere, ut & digeſtionis uacuitatẽ ſentiret, & inde rurſus impleret expeteret. Si tamen ſenſus plurimus in ore ſuo habeť. Ore em̃ ſtomachi ſentimus, quod famẽ uocare ſolemus. Hac ergo neceſſitate os ſtomachi neruoſum, & ipſum oportuit eſſe ſtomachũ. Deſcendũt aũt 2. maiores nerui à ſummitate cerebri per os ſtomachi & ipſum ſtomachũ ſpargẽdi. Exterior pãniculus fuit carnoſus ut ſtomachus calefiat ut digerere ualeat. Natura em̃ carnea humida eſt & calida. Qđ hic in parte ſiniſtra aptať epati amabilis locus apparať uidelicet. Splẽ em̃ licet in ſiniſtra ſit, minoris tamẽ q̃ epar eſt quãtitatis. Epar in dextra, ſplen uero locať in ſiniſtra. Lacerti dorſi inferius, ſcirbũq; ſuperius ut melius calefieret ad digerendũ ſtomachus. Qui ligať undiq; ne motus ſuus nimius à loco ſuo eũ ualeat extirpare. Fuit rotũdus ut et paſſibilitatẽ reijciat, & multã cibi quãtitatẽ ſuſcipiat. Lõga fuerũt extrema ut deſuper meri iũgereť inteſtino uero inferius. Latitudo inferior, & anguſtia ſuperior, quę in humão tm̃ ſũt ſtomacho. Ideo fuerũt neceſſaria, quia cũ homo prę alijs erectior ſit, animalibus cibus in inferiora ſemper ſuſcipiť. Vnde latitudo fuit inferior ut multitudo cibi inde poſſet capi. Latitudo ſuperioris foraminis oppoſita eſt meri, ut ſi forte trãſglutireť, res aliqua dura & nõ bene dimaſticata intrare ualeat. Foramẽ inferius ideo anguſtať, quia cibus in ſtomacho nimia excoctione ſubtilatus, facilius egrediť, & rurſus ne cibus exeat antea q̃ excoquať. Vnde etiam ſemper oportet claudatur.

De inteſtinis. Cap. XXVI.

INteſtina ſuper dorſi ſpõdyles & os latũ ſunt poſita cũ ligamẽtis à ſiphac egrediẽtibus, ligata incipiẽtia à ſuperiori foramine ſtomachi, quod porta uocať, uſq; in anũ protenduntť, & globoſa à dextra in ſiniſtrã, & à ſiniſtra torquerenť in dextrã. Hæc ex duobus cõponunť pãniculis. Vnuſquiſq; panniculus habet uillum in latitudinẽ rotundũ. Quorũ eſt eſſentia, eademq; & in ſtomacho eſt dicta. Sunt autẽ numero 7. Tria ſubtilia quę ſunt ſuperiora cũ porta iuncta, tria groſſa, ab inferiori ſubtili incipientia. Vnũ triũ ſubtiliũ uocať 12. qa ſua lõgitudo pro mẽſura cuiuſq; hominis, 12 habet digitos, ſuper dorſum erigiť, in nullã em̃ partem torqueť ſicut alia circũuoluũtur. Alterum uocať ieiunũ quia ſemper cibis eſt uacuum, globoſe eſt circũactũ

in ſimilitudinem aliorum. Tertium ſubtile eſt appellatum, ſecundo ſimiliſmum, ſed tamen nunquam ſine cibi fece inuentum. Groſſorum trium primum eſt orbum appellatū, & incipit à ſubtili extremitate, & eſt latum à dextra in ſiniſtrā partem circūuolutum, quod uocatˀ orbum, quia uno tantū foramine eſt contentū, per quod intrātia intrant, & exeuntia exeunt. Quod egreditur ab eo aliud intrat inteſtinum quod uocatˀ ilion. Orbum uero inteſtinū, ſacculo eſt aſſimilatū. Secundū groſſorū eſt illud quod uocatˀ ilion, Quod ſimiliter alij à dextra in ſiniſtrā tēdit. Sed tamē à dextra aſcēdit ſuper arcā. Vocatˀ iliō qa dura digeſtio unde iliorū dolor in hoc reſidet inteſtino. Tertiū eſt rectū inteſtinū, quod in inferiori ani extremitate poſitū uocatˀ colon: ubi cū aliquando digeſtio inhęreat, inde colica naſcitˀ paſſio. Hoc cæteris eſt latius. Inteſtina hæc circundant uenæ, nerui quoq; & arteriæ. Sed horum maiorū pars remanet circa ſuperiora. Ligantˀ cum pelliculis & glandoſa carne in ſua concauitate. Quæ cum omnia in ſuperioribus ſunt dicta. Hæc inteſtinorū eſt cōpoſitio. Iuuant, ut à ſtomacho digeſta recipiant, & inde ſuccum mandent ad epar, feces q; expellant foras. A ſuperiori uena em̄ quæ uocatur porta, multę uenæ ſubtiles proruunt ad inteſtina. Ab inteſtinis quoq; procurrunt ad epar, & hæ uocantur meſſeraica, per quas ſuccus cibi ad epar tendit ab inteſtinis. Rurſus iuuant inteſtina quia cibum mutāt. Cibus enim intra ſtomachum digeſtus cum portā exeat, & ad ſubtile inteſtinum ueniat, ibi aliquas conſumens moras, melius ſubtiliatur, & inde per meſſeraicas ad epar progreditur, ubi in naturam ſanguinis mutatur. Sicut enim bucca & meri cibum ſubtilant, ut ad ſtomachū ſubtiliorem mittāt, ſic & in ſubtili inteſtino nondum bene depuratus in ſtomacho, multo maior fit digeſtio, ut epati mittatˀ digeſtibilior. Vnde hoc inteſtinum ſtomachi eſſentiæ eſt uicinum. Hæc eſt una inteſtinorum neceſſitas. Singulorū autem uirtutem dicturi ſumus & cōpoſitionē. Eorum enim gibboſitas & rotunditas ideo fuere neceſſaria ut cibus aliquādiu ibi inhęreat. Quod ſi non fieret, homo & ſemper comederet ſemperq; digereret. Secundo fuere neceſſaria, ut cibum partim digerant, & pro ut eis ſuppetit partim retineant, ſuperflua uero expellant. Duodecimū inteſtinum ad dorſum eſt erectum, ut uenis & arterijs atq; neruis daret locum. Sic enim locatum minus occupat loci ſpacium. Dicendum eſt quare ex duobus panniculis fierent, & uilla per latum ſe cederent. Duo panniculi fuere neceſſarij, ut ſi unus pateretur, ab altero ſibi ſubueniretur. Sicut in diuturna uidemus diſſenteria, quia aliquando in digeſtione fruſtula carnis uidentˀ exire, quæ de interioribus panniculis conſtat eſſe. Non tamen perit inteſtinum, quia interior panniculus ſibi facit ſupplementū. Eorū uilla per latum extenſa ſunt, ut ſuperfluorū fortiter ſint expulſiua. Vnde fit ut ſint duplicia. Inferiora inteſtina ſuperioribus ſunt groſſiora & maiora, ut non frequentius hominē ad ſellā ire oporteat. Quia ſi digeſtio loca ſtricta inciderit, facile implet, & cito euacuari oportet. Quod ſi ampla, contigit e contra.

De pin

De pinguedine, quæ eſt ſcirbum. Cap. XXVII.

SCirbum ex duobus componit̃ panniculis, groſſis atq; ſpiſſis. Quorũ alter ſupponit̃ alteri. In horum medio multa eſt craſſitudo, & multę uenæ atq; arterię. Craſſitudo iſta eſt ſuper inteſtina. Cuius forma, ſicut ſacculus ſiue marſupium extat, incipit ab ore ſtomachi, & uſq; ad inteſtinum quod uocatur colon tendit. Bucca eius ibidem eſt, ubi & principium. Aliquando ſolidat̃ in aliqua extremitate epatis, & in dorſi coſtis, neq; in his determinate, ſed ſicut ſolet contingere. Sępius iungitur cum ſtomacho, & ſplene, atq; colon, ut ſtomachus & inteſtina per ipſum poſſint calefieri, & ut liget atq; operiat uenas quas habent inteſtina.

De epate. Cap. XXVIII.

EPar in dextro latere ponit̃, & ſub ſuperiorẽ hypochondriam locat̃. Eſt autem concauum atq; gibboſum. Cõcauitas ſtomacho & inteſtinis eſt finitima. Amplectitur enim ſtomachũ, cum ſuis 5. panniculis. Gibboſitas diaphragmati eſt appoſita ita ut ipſum tangat. Ligat̃ cum diaphragmate pelliculis ipſum operientibus, & ſimiliter coſtis poſterioribus. Concauitas etiam ſua ſtomacho & inteſtinis pelliculis & uenis eſt ligata. Hoc epar non in omnibus ęqualiter ſe habet hominibus quantitate ſiue partibus. In hominibus eſt maius q̃ in beſtijs eiuſdẽ quantitatis. Numerus partium in quibuſdam duarũ, in quibuſdam trium, in alijs 4. in alijs 5. Epar magnã partem tenet in dextera. A lata ſua cõcauitate uena progredit̃, quę porta uocat̃. Quę anteq̃ exeat in 5. diuiditur uenulas, 5. epatis intrãtes particulas. Vbi unaquæq; pars quinaria in multas uenas diuidit̃ ſubtiliſſimas. Quæ in inferiorẽ ꝓtendunt̃ ſtomachũ, in 12. quoq; inteſtinũ ieiunũq; atq; rectũ. Quod ſatis diximus, cũ de uenis tractaremus. Neceſſariũ fuit epar ut cibũ mutet & ſãguinẽ faciat. Quẽ poſtea per uenas ad totius corporis mẽbra traijciat. Vnde fit ut ſubſtantia epatis coagulato aſſimilet̃ ſanguini, cum cibus in ſtomacho coctus eſt, & digeſtibilis factus portã egredit̃. Deinde in 12. poſtea in ieiunũ, & à ieiuno in ſubtile inteſtinũ. Subtile uero, ſuccum bene colatũ per meſeraicas mittit ad uenã, ut quæ uocatur porta, & per hanc eadem epatis intrat uentrem. Vbi per uenas ſparſim dilatat̃, quæ per epar extenduntur. Epar cibum mutat in naturam ſanguinis, quem per uenã maiorem, quæ uocatur concaua, in cætera corporis mandat membra.

De ſplene. Cap. XXIX.

SPlen in parte eſt ſiniſtra, cuius forma aliquantulum eſt longa, & parum contra ſtomachũ concaua; uerſus coſtas gibboſa. In his autem duobus locis ligatur cum panniculis. Cui bina coniunguntur uaſcula. Vnum quod maioris eſt quantitatis à gibboſitate eſt epatis. Per quod ab epatis ſanguine coleram nigram ſibi ſplen uidetur trahere. Alterum minus inter ſplenem & os ſtomachi locatur, unde colera nigra ori ſtomachi man-

datur

mandať,ut appetitus inde confortet. Splenis iuuamentũ eſt, ut ſanguinem in epate mundificet,& per uenaſculum ſupradictũ ſibi trahat ſanguinis feces. Quas per aliud uas ori ſtomachi mutat quantũ adiuuando appetitu ſufficiat. Neq; tamen totum & ilico mittit,quia aliquãdiu ſibi retinens, in ſuos uſus transformat partem. Alia pars tandem uera facta colera, pro ut dixi mittiť ſtomacho in ſuo appetitu confortando. Vnde fit,ut ſplenis ſubſtãtia, quia ſugat & emittat,rara ſit ut ſpongia,ut groſſos humores contrahat ſibi. Color eius nigredini aſſimilatur,ut colera nigra exprimatur.

De felle. *Cap.* XXX.

FEl ſuper epatis fruſtulum maius eſt. Huius unus tantũ eſt panniculus, fortis & durus, bina habet uaſcula, unum epatis concauitati iunctũ, per quod colera rubea à ſanguine epatis depurať. Alterum in duo alia diuiditur, unum horum maius inteſtino iungitur, ut colera rubea ſibi iniciatur. Alterum in inferiorem tendit ſtomachum, ubi coleræ rubeę expleat officium. Collo huius duæ furculæ iunguntur. Vna eſt illius arteria quę exit ab epate. Altera eſt nerui ad epar uenientis, unde uita & ſenſus datur felli. Eſt autem felle iuuamentum, ut ſanguinem ad coleram rubeam mundificet, ne forte ibi remanens eum incenderet.

De renibus. *Cap.* XXXI.

REnes ſunt in lateribus dorſi ſpõdylium, quorũ dexter eſt excelſior uni epatis uicinus fruſtulo. Horum concauitas ſibi alternatim eſt oppoſita, quod in ſolo contingit homine, & ſingulis duæ de cõcaua uena inferiunť furculę, cum ipſa egrediať una ab epate. Vna ſanguinem portat ut ipſum nutriat. Altera ut ſanguinis colamentũ ſibi contrahat, id eſt, urinam. Ambobus quoq; de maiori arteria accedunt furculæ ut uitam eis poſſint dare. Ambobus duo exeunt longa uaſcula, & bene concaua, pelliculis operta quæ iungũť cum ueſica, à medicis uocata emũctoria, per quę in ueſicam protenditur urina. Ad hoc enim renes fuerunt facti, ut aquaticum ſugentes ſanguinem in epate eum depurarent.

De ueſica. *Cap.* XXXII.

VEſica in maribus ſuper erectum inteſtinum poniť. Eſt autem unus panniculus idemq; durus. Durus ut colerã rubeam urinæ ferret immixtam. Super foramen unum habet lacertum, quæ ueſica conſtringiť ne urina præter uelle hominis egrediať. A renibus ad ueſicam tendit urina per uaſa ſuperius uocata emunctoria. Hæc cum ipſa ſolidanť pro ut dicemus. Quæ cum ad ueſicã ueniant ueſicæ quodãmodo pelliculã excoriãt, ut illis pateret uaſculis. Poſt pellicula ſolidať, & ut ante fuit inueniť, ne forte uẽtus ingrediať, & urinę accidenti pro ut diximus excoriãdo aperiť.

De genitalibus, & primum de matrice. *Cap.* XXXIII.

MAtrix in forma ſua eſt ſicut ueſica, cuius maxima eſt profunditas. Quæ utrinq; habet quaſi quædam fruſtula, cornibus aſſimilata,

quibus

quibus differt à ueſica. Aſcendunt autem cornua uſq; ad ſupradicta emun/
ctoria. Per fruſtula arteriæ intrãt, quæ ſperma & ſpiritũ in uuluam portãt.
Vuluæ ſubſtantia eſt ſicut neruoſa, ut in conceptu extendi poſſet undiq; &
tunc maxime cum fœtus inciperet maiorare. Bucca eſt neruoſior, & in cõ/
mixtione maris delectationi eſſet aſſenſibilior. Moderate dura & intromit/
tendo ſemini extenderetur, & eo recepto clauderetur. Quod utrunq; nõ fie
ret, ſi nimis durum, ſiue molle eſſet. Vnus panniculus pilos habet in cõpoſi/
tione diuerſi formes. Qui unus eſt & paruus & in longũ extenſus neceſſari/
us appetitui trahendi ſpermatis. Eſt & alius ex obliquo & maior ad hoc ſo/
lummodo ut ſpermatis & concepti fœtus eſſet continentior. Eſt & alius la/
teralis quo fœtus egreſſurus emitteret. Hęc recto ſupperpoſita eſt inteſti/
no, & ei ueſica eſt ſuperpoſita, ut uuluę ſubtilatæ in fœtus groſſitudine inte
ſtinum eſſet uice culcitrę. Cuius opertoriũ eſt ueſica. Membris ſibi uicinis
ligatur ligamentis flexibilibus, quibus eam extendentibus non tamen rum
peret. Veſica longior eſt inferius, q̃ uulua excedit ſuperius & ueſicæ collũ
naturæ eſt iũctum fœminæ. Natura autẽ fœminia eſt ſpacioſũ, quod utraq;
penis oſſa mediat ſuper anum locata, deforis habet fruſtula, de pellibus quę
uocant badera. Quæ fruſtula ſunt in fœminis, ſicut prępucia in maſculis. Fu
erunt autẽ neceſſaria, ut ab aëris frigiditate uuluæ eſſent opertoria. Matri/
cis cõcaua 2. ſunt magna, quorũ unum dextrũ, alterũ ſiniſtrum. Hęc utraq;
in unum ſecedunt concauum, quod uuluę uocat collum. Quia ergo 3. ſunt
concaua, antiqui conſueri dicere uuluas. Quod eſt uideri in interfecto ani/
mali, ſi uuluã circũieris. Diſcoopertis enim ſuperioribus pelliculis, duo ap
parẽt concaua, tertio iuncta, quę quaſi duę uident uuluę. Neceſſaria fuerũt
cõcaua, ubi gemini haberẽt loca. In his ſunt quaſi quędã foſſæ, quæ uenarũ
ſunt buccę, unde menſtrua ſolent uenire. Sunt autẽ aſpera iſta loca ut inuiſcã
do ſpermati eſſet oportuna, ubi etiã ligat ſecundina. Matrix 2. habet teſti/
culos in ſummitate colli poſitos, poſt fruſtula quæ ſuperius uocauimus cor
nua. Quorum unus dexter alter ſiniſter. Minores in quantitate q̃ ſint maſcu
lini. Forma eorũ rotunda, parum tamen ſuperficietenus plana. Subſtantia
glandoſa, ſicut eas quæ confortant uenas earum mediaſtina. Duriores fœ/
minei quã maſculini. Quibus ſingulis ſingulæ de renibus ueniũt uenę, quæ
ſubeunt fruſtula ſuperius ita uocata. De teſticulo unoquoq; quędam pectię
uident exire. Per quas teſticuli ſperma iaciũt in uaſa ſpermatis. Talis eſt uul
uæ forma & cõpoſitio ſua. Quę ſecundũ tempus & ætates in diuerſis fœmi
nis diuerſa eſt, quia grauidę maiores habent quã non grauidę. Nunq̃ graui/
dę minores quã quandoq; nõ grauidę. Quantomagis em̃ fœminæ dant, tan
to plus earũ uuluę propter extẽſionẽ maiorant. Secundũ ętates, quia mino
res habent puellulę, quã puellę adultæ. Veteranę minores q̃ iuuenculę. Libi
dinoſę maiores q̃ nõ libidinoſę. Sed naturalis matricis quãtitas in longitudi

ne ab umbilico eſt uſq; in naturā fœminę,& tātū duodecim digitorū eſt. Latitudo eſt ſpacioſū,duorū emūctiorū mediū,ubi duę uuluę cornua ſeiūgūt.

SIcut Galenus & Hippocrates perpenderūt,ſperma eſt artifex & materia creandorū infantiū,menſtrua uero ſola materia ſunt. Neq; creatur fœtus,niſi ſpermata maris & fœminę miſceāt. Vulua ergo à mēſtruis uicinitus mundificata in cōmixtione utriuſq; retinet ſperma uirtute ſua cōtentiua. Si inquam uiri ſperma nec multū rarum, neq; multū ſpiſſum, neq; uiſcoſum fuerit,ſperma retinet,quia à bucca uuluę fortiſſime claudit. Quod eſt inueniri ſi beſtiam aliquā plenā occideris. Adeò eñ os uuluę clauſum inuenit,ut nec ingredi poſſit acus. Quod cōtingit ex nimia cōcupiſcētia retinendi ſpermatis. Quod enim à uirga exeat uirgæ uirtute expulſiua uadit rectum per uuluæ collum,uſq; in eiuſdem fundamentū. Vbi dum dilatatur uicina replent. Lateralia uero cornua uacua remanent ad quorū uacuitates complendas,exit ſperma de teſticulis fœminę,per uaſa ſui ſpermatis,mixtumq; cum uiri ſpermate,replet ea loca,atq; implenda uirile ſperma peruenire non potuerat,& ſic utrunq; per matricem dilatat mixtum. Sed tamen cum inter hęc & uuluæ eſſentiam quædam loca uacua remaneant, impletur illo ſpermate,quod immixtum dixeramus remāſiſſe. Cōmixtio hęc duabus de cauſis fuit neceſſaria. Primo, ut ſperma maſculū temperaret fœmineum. Maſculum eñ groſſum eſt & calidum, fœmineū econtra frigidū & liquidum. Maſculum ergo ex nimia ſua ſpiſſitudine non poteſt ſe dilatare,& ex materia ſui caloris materiā deſtruit infantis,unde fuit neceſſe,ut ſuarum qualitatum diuerſitate fœmineum ſperma, has tēperaret utraſq;. Secunda cauſa eſt,ut panniculus inde fieret, qui infantulū circundaret. Dū eñ hæc cōmixtio circūquaq; ſpargit, uuluę calore excoquit,unde panniculus citiſſime conficitur,ſicut eſt paſta liquida,ferro calido ſuperpoſita citiſſime fit nebula. Lenitas autem & planitas uuluæ nuſquā permittit panniculū adhęrere pręter ſupradictas foſſulas,ubi conglutinatur aſperitate nimia. Qui panniculus idem facit ſpermati, quod ouo nouiter formato ſuus pāniculus facit. In bruto autem animali inanima uicinante conceptu. Hic panniculus foſſulis quæ ſunt uenarū ora tantum illigatus inuenit,ſi tunc animal interficiatur. Vnde refert Hippocrates de ſaltatrice fœmina, quia ſaltans poſt ſextū diem cōceptionis intra huiuſmodi pāniculos ſperma emiſerit in ſimilitudinē oui nondū completi. Ad hunc panniculū totum undiq; ſperma circū euntem ingrediunt menſtrua per uenarū ora id eſt per ſupradictas foſſulas. Nondū enim adeo eſt durus quin facile perforet. Ad quem etiam ſanguis ſubtiliſſimus,& ſpiritus per arterias ingrediunt,eumq; ob nimium ſui impetum non ſolidari poſtea permittūt. Sperma quoq; naturaliter ſpiritū habēs & calorē naturalē ſibi trahit ſanguinē ut ſpiritum exteriorē,quia dum panniculus induret,foramina tamē non claudunt. Venæ uero & arterię naſcentes in

tes in

tes in ſpermate,uenisq; & arterijs ad uuluã peruenientibus iunctę ſanguinẽ & ſpiritũ fœtui cõferunt alternatim, alternatim ſibi ſolidantibus uenarũ & arteriarũ foraminibus.De his autẽ uenis & arterijs in modũ telæ circũuolutis circũdatur pãniculus,& poſt de uenis omnibus duę tantũ uenę,de duabus uero arterijs,una ſola arteria cõficit. Quę cõfectura uocat ſecundina. Ad hæc neceſſaria ut illam ſolã arteriã duasq; uenas cõfirmet, & defendat, ut per uenas de ſanguine menſtruo infantẽ nutriat,per arteriã ſpiritũ & ſubtilem ſanguinẽ ſibi tribuat.Intra hos duos pãniculos alij naſcunt duo. Vnus ſecundinę proximus à uulua egredit,cuius forma faſciole ſimilima cũ infantis iungit ueſica,ut ſuam urinã ſuſcipiens eijciat. Cui alter eſt ſuppoſitus latus atq; craſſus qui fumũ in humectationẽ infantuli ſit ſuſcepturus. Sic enim fumus exit de infante, ſicut ſudor de perfecto homine. Iſti ſunt pãniculi quibus operiunt infantuli.Infantulus autẽ ſic cõcreat. Vtraq; ſpermata ſibi inuicem permixta ex ſanguinis caliditate fiunt ſicut ueſicę. Sicut in re ſpiſſa & uiſcoſa uidet,quæ cum igni excoquat,quaſi ueſica propter ebullitionẽ efficitur.Quæ ueſicę cum ſibi poſtea adunent,& de ſpiritu ſpermatis impleat, in perforatione ſpermatis magis cõcauant. Vbi ſpermatis extremitas indureſcit,nec ſpiritũ permittit egredi. Vnde fit,ut ſpiritus & ſanguis pãniculũ ſecũdinæ penetrẽt,& ſpermatis cõcauitates replẽt. Virtus uero formatiua de mẽſtruo ſanguine infantis mẽbra nititur informare, de ſolo ſpermate alba cõficiens mẽbra,id eſt,cerebrũ,oſſa,carthilagines,pelliculas, ligamẽta, uenas quoq; & arterias de ſanguine mẽſtruo facit epar, & pręter cor omia mẽbra carnoſa,quia cor de ſanguine fit arteriæ, eo uirtus formatiua prius illa conficit mẽbra,quæ aliorũ ſunt fundamẽta, ut pote cerebrũ, cor & epar.Cerebrũ ex ſpermatis fit eſſentia.Cor de ſanguine arterię. Epar de mẽſtruo ſanguine per uenas à ſecundina ueniẽte.Hęc3. informatione ſua ſunt ſibi uicina,ſed à ſe inuicẽ ſecedũt poſtea.Illa aũt uena,quę de omnib.alijs fit una,ad cor ueniens ſubtilem ſanguinẽ & ſpiritum ſibi ſubminiſtrat. De his fundamẽtis alia tria naſcunt.De cerebro nerui & nucha egrediunt.De corde arteria maior,quã de corde ideo natura fecit exire,quia timuit ne ex uię rũperetur longinquitate. His quaſi fundamentis factis, fecit & natura oſſa hęc cuſtodientia.De ſpermate enim craneũ ut cuſtodiat cerebrũ, ſpondyles nucha cuſtodientes pectoris coſtas,ut cor cuſtodiãt. Poſteriores coſtas ut defendant epar.Illa tamẽ apparent prima quæ fundamentis ſunt uicina, ſicut ſenſus inſtrumẽta cerebro uicina.Pulmo cordi,ſtomachus,ſplẽ,renes & panniculi epati ſunt uicini. Poſt iſta naſcunt & alia iſtis poſteriora mẽbra in concauitate pectoris,pedes & ſimilia.Quæ paulatim formant omnia,ex quo in uuluã concidit ſperma. Infans enim cõcreatur 4. gradibus. Primus cum ſicut anatomicis uidet ſpermati adhuc ſit uicinus. Quẽ Hippocrates ſperma uocat. Alter cum ſperma ſanguini ſe cõmiſcet. Tunc eẽm cerebrum

cor & epar nondũ ad plenũ formata ſicut ſanguinis ſunt maſſa. Quẽ gradũ Hippocrates uocat fœtũ. Tertius cũ cerebro epate & corde iã formatis, alia mẽbra apparent informia. Quartus cũ oĩa ęque apparẽt formata. Qui gradus ab Hippocrate infans uocat. Iã eñ incipit ſe mouere, & pedibus calcitrare. In tribus prioribus animatę arbori infans aſſimilat. Hæc eſt formatio infantiũ, mẽbrorumq́ ſuorũ. Tempus cõpletionis eſt iſtud. Qui in 7. naſcit menſibus ſi ſit maſculus 30 diebus informat, in 60 mouet. Fœmina 35. format, 70 mouet, 210 diebus cõpletur. Decem menſiũ maſculus, 45 formatur diebus, & 90 mouet. Fœmina in 50 format, in 100 mouet, in 200 naſcitur. Nouẽ menſium maſculus, in 40 format, in 80 mouet. Fœmina in 45. formã ſuſcipit, in 90 motum, 270 naſcitura. Maſculus ideo citius cõpletur, quia ſperma unde naſcit fortius & calidius. Teſtat tamen Hippoc. ſe uidiſſe mulierẽ ante 30 dies abortiuũ feciſſe, & abortiuũ omnia membra cõpleſſe. Itẽ Hippoc. Cuiuſcunq́ forma in 35 diebus cõplet, in 210 diebus parturit. Modus eñ cõpletionis duplus debet eſſe motui, parturicio uero tripla. Si quis autẽ queſtionabit cur infans octo menſiũ nõ uiuat, ita reſpondendum erit. Teſtat Hippocrates omnẽ infantem in 7. menſibus motũ habere. Qui ſi adeo fortis fuerit ut exire poſſit quoquo modo ad uitã cõualeſcit. Si non emerſerit, ipſo motu ita debilitat & patitur. Vnde in ſubſequenti exiens mẽſe nullatenus poteſt uiuere. Si aũt ad 9. ſiue 10. natiuitas protelet, à paſſione prioris motus intra uuluã roborat. Vnde eſt probare, quia omnes matres plus in 9. patiant menſe. Sciendũ quoq́ quia in dextro maſculus in ſiniſtro uero latere fœmina format, & ibidẽ quilibet magis mouet. Maſculi in dextris quia calidiores ſunt fœminis, unde latus qđ calidius uindicauerũt ſibi. De ſiniſtro accipiendũ eſt ecõtrario. Siniſter etiã teſticulus fœminę, frigidioris eſt naturæ. Vnde & ſperma frigidũ eſt & humidũ. Vniuerſaliter ergo dicendũ, quia quãtomagis ſperma eſt calidũ, ſiccum atq́ ſpiſſum, tanto ſępius inde maſculi naſcunt. Quod ſi ſperma aliud fuerit, econtra cõtingit. Significatio maſculi cõcepti erit huiuſmodi, mater pulchri erit coloris, motus erit leuioris. Dextra mãmilla erit maior atq́ durior. Mãmillæ ſuñitas, magna atq́ dura. Pulſus in dextra manu maior, ſpiſſior & plenior. De fœmina cõcepta accipiendũ ecõtra. De maſculo in 25 diebus fit fœminę purgatio, de fœmina 35. Sperma uiri ſi abundauerit plusq̃ fœminę, infans uidebit patri aſſimilare. Si fœminę erit maius, matri aſſimilabit. Fœminę aliqñ pariũt geminos. Galen. tamẽ teſtat ſe uidiſſe mulierẽ 3. peperiſſe, 2. maſculos & unã fœminã. Quidã dicũt, quia fœmina 4. duas fœminas, & 2. peperit maſculos. Alij fatent ſe uidiſſe mulierẽ 5. maſculos peperiſſe, & ita in 4. annis 20. genuiſſe & oẽs uixiſſe. Quod ſatis eſt poſſibile. Quia uulua 4. habet foſſulas, quas diximus uenarũ ora, per quæ ad uuluã accedũt mẽſtrua. Dicũt alij mulierem in 7. menſe filiũ peperiſſe, in 9. uero maſculũ alterum. Vnde diui

nant

nant poſt primũ conceptum, acceſſiſſe alterũ maſculum. Ariſtoteles dicit mulierẽ cõcepiſſe, ſed poſt annũ nihil aliud q̃ maſſam carneã emiſiſſe. Hæc omnia naturæ poſſibilia, ſed nullum tamen ego uidi qui fateretur ſe uidiſſe.

De mammillis. Cap. XXXIIII.

MAmmillæ de glãdoſa ſunt factæ carne, molli ſcilicet & alba ſicut lacertis eſt natura. Sunt aũt uenæ & arterię ibi ſibi inuicem commixtæ. Hæ ſunt in pectore poſitæ, ut cordi eſſent uicinæ, quod caloris fundamentũ eſt naturalis, quatenus adiuuarẽt decoctione ſanguinis. Quę ſunt neceſſarię ut lac generet͛ unde infans nutriat͛. Puer em̃ in uulua poſitus, ſanguine menſtruo nutriebat͛. Vnde oportuit puerũ natum habere nutrimentum eidẽ ſanguini finitimũ. Mãmillas ergo fœmina habuit in pectore, ut hę cordi uicinę ſanguinẽ naturali excoctũ calore in naturã mutaret͛ lacteã. Cõcaua enim uena ad cor ueniens, & de corde ad pectus exiẽs, aſcendit uſq; in gutturis furculas in 2. maiores diuidendas furcat. Simile facit arteria. Quæ ambæ furculatim deſcendunt in mãmillas, & ambæ diuidunt͛ in ambas. Et multipliciter diuiſę cũ earũ miſcent͛ carne. Sanguis ueniens ad mãmillas excoquit͛ in uia anteq̃ perueniat͛ ad eas. Hic em̃ ſanguis per cõcauã uenam ad cor aſcendit, & inde redditur pectori. De pectore ad cor redit, de corde ad mãmillas penetrat & uenenatim ſpargit͛ per mãmillas. Vbi tam diu morat͛ quoad ſanguis perfectiſſime excoquat͛. Excoctus in mãmillarũ ſpongioſam carnẽ iacit͛, quia naturã hęc caro habet lacteã. Sic nutrimentũ fit cuiuslibet infantis. Itidẽ & epar ſiccũ cibi in naturã mutat ſanguinis. Vnde cæteris nutrimẽtum detur mẽbris, maxime tamẽ carnoſis. Quia autẽ lac de ſanguine mẽſtruo fiat, in uulua mãmillas attingat, ſignũ eſt qđ à mulieris cõceptiõe incipiunt mẽſtrua ceſſare, ut infantibus in uulua poſitis inde uideatur nutrimentum dediſſe. Mulierum abortiuũ facientiũ mãmillæ, & ſi antea fuerint duræ emolleſcunt. Sicut Hippocrates in Aphoriſmis teſtatur. Si mulieris poſtquam inquit geminos conceperit, dextra mãmilla emollierit maſculus abortiuus fit. Si ſiniſtra, abortiuatur fœmina.

De teſticulis & uaſis ſpermatis. Cap. XXXV.

TEſticuli inſtrumẽta ſunt generãdi ſpermatis. Ob hoc cõponunt͛ de carne glãdoſa, alba, molli, & rara, ut & albũ faciant ſperma. Vnuſquiſq; teſticulus uno pãniculo eſt obſitus, quia ſiphac egredit͛. Ad quorũ unũquẽq; una uenit à renibus quãuis ſanguis eis ſubminiſtrat͛, unde materia ſpermatis eſſe cõprobat͛. Hæc cũ ad tęſticulos ueniat multipliciter per eos ſe dilatat. Item duæ arteriæ à dorſi ueniunt parte, quæ per teſticulos multipliciter diuidunt͛, ſicut & uenæ quibus miſcentur hę arteriæ, & per teſticulos carnẽ diſperguntur mixtæ. Sanguis qui ſpermatis eſt materia anteq̃ ad teſticulos perueniat ex parte mutatur, & per uenas diſpergit͛, & inalbeſcit dum digeſtio cõpleatur. Deinde in carnẽ teſticulorũ uenæ emittunt unde

ſperma fit perfectum. De teſticulis duo uaſa exeunt. Quorũ ſubſtantia eſt ſicut teſticulorũ. In hoc duo uaſa teſticuli eijciunt ſperma, & à uaſis ſuſcipit uirga ſicut à mulierũ teſticulis uulua ſuſcipit. Hæc uaſa uocantur ſpermatis quæ lõga ſunt in maſculis, quia à teſticulis in oſſa aſcendũt penis, & inde in uirgã deſcendunt, hæc & larga in maſculis ſunt & dura. Lõga, ut à teſticulis exiens ſperma melius excoquat̃ in uia. Largitas ut cito à uirga exeat, & in uuluã à uirga. Duriciesq; ne ex uię rũperentur longinquitate. In muliere uaſa ſpermatis cõtraria ſunt his. Sunt em̃ curta, ſtricta & mollia. Stricta, quia mulieris ſubtile eſt ſperma. Vnde fit, ut per ſtricta loca facile currat. Curta, q̃a uicina ſunt loca ad quæ proijcit̃ ſperma. Mollia, q̃a nõ lõga eis reſtabat uia.

De uirga. Cap. XXXVI.

Virga caro eſt neruoſa, rotunda & cõcaua, ab utroq; penis oſſe incipiens & utrunq; neruos ſibi oppoſitos extranſuerſo habens. Quæ duplici ex cauſa fuit neceſſaria. Primo, ut per uaſa ſua ſperma in uuluã proijciat. Vnde etiam fuit neruoſa, ut appetitũ cõcupiſcentiæ in tactu habeat. Cõcaua efficit̃, ut accedente appetitu uento impleatur, unde erigatur. Ambo lacerti lateraliter ſibi ſunt oppoſiti, ut nuſq̃ uirga poſſit flecti, unde rectũ ſperma in uuluã proijciat. Secundo, quia cum ueſica uię ſpermatis ſit uicina ac eadẽ uia emittit̃ urina. Veſica enim ex parte ani, natura extulit, quã oſſibus penis amouit. Quę in maſculis collum longũ habuit quod uirgę iungit̃ cõcauitati, quo urinam expellit. Mulier cum uirga careat, parum longi colli ſibi eſt neceſſitas, ut in naturam fœmineam urinam traijciat.

CONSTANTINI AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber IIII.

Quarta pars 20 continens cap. de ſcientia uirtutum actionũ & ſpirituum.

CAPITA LIBRI.

Diſputatio de uirtutibus. 1
De uirtute naturali. 2
De uirtutis naturalis in ſtomacho operatione. 3
De eiuſdem in uulua opere. 4
De uirtute ſpirituali dilatante & conſtringente. 5
De flatus iuuamentis. 6
De cauſa mortis. 7
De uirtute ſpirituali paſſibili. 8
De uirtute animata. 9
De uirtute ſenſum operante. 10
De uirtute uiſus. 11
De uirtute auditus. 12
De uirtute odoratus. 13
De uirtute guſtus. 14
De uirtute tactus. 15
Quid unicuiq; ſenſuum conueniat, quid non conueniat. 16
De uirtute uoluntarium motum faciente. 17
De actionibus. 18
De ſpiritibus ideſt de uirtutibus. 19
Quid horum unumquodq; faciat cum naturam ſuam exeat. 20

De uirtutibus diſputatio. Cap. I.

Conſtat ex libris ſuperioribus ubi elementa nominauimus, quia omne corpus animatum ſiue inanimatũ, ſenſibile, ſiue inſenſibile, ex quatuor elementorum ad ſe inuicem conficit cõmixtione, & quadam eorũ quaſi paſſibililate. Eorum cõmixtio in unoquoq; corpore uocatur complexio. Sunt autẽ hęc calidum & frigidũ, humidũ & ſiccũ. Tanta uero in unoquoq; corpore horũ eſt quãtitas quanta eis neceſſaria eſt. Cõplexiones iſtæ ſicut inſtrumẽta ſunt naturæ, ſiue animę, ſiue utriuſq;. Omniũ enim corporũ regimenta, aut ex anima ſunt & natura, aut ex ſola natura. Quia natura animata regit corpora & inanimata. Sola uero animata regit anima. Quod cum ita ſit, neceſſe eſt naturæ atq; animæ quandam uirtutem in eſſe, qua operationẽ ſuã ualeat explere. Quę uirtus ex eorum actionibus monſtratur. Virtus uero animæ ſolum uiuificat, id eſt, cor & arterias conſtringit & dilatat, aut memoriam dat, & intellectum, ſenſum quoq; & motum uoluntarium. Igit̃ uirtutes 3. ſunt generales. Vna attinens naturæ quæ uocatur naturalis. Altera ſolum uiuificans eſt animę, & uocatur ſpiritualis. Alia dans intellectum, ſenſum quoq; & uoluntarium motum ſimiliter eſt animę & uocat̃ animata. Actio uirtutis naturalis animalibus, & arboribus eſt uniuerſalis, quæ nihil eſt aliud quàm quod generat nutrit & augmẽtat. Hæc in animalibus æque uidentur & in arboribus uiuẽtibus. Sed generatio animalis, mutatio eſt animalis, mutatio eſt ſubſtantiæ ſpermatis in ſubſtantias membrorum, animali cuiuslibet generis cõpetentium. Augmentatio eſt in quantitate eorũ maioratio. Quod fit uſq; ad cõplementum iuuentutis. Nutrimentum in membris reſtauratio diſſolutę rei ut animal permanere queat, & quod ab ipſo diſſoluitur pereat. Semper enim intus & exterius animalium mẽbra diſſoluuntur. Exterius propter aërem qui ab eis ſibi trahit humectationem. Interius quia calore naturali diſſoluitur. In arboribus ſimiliter quędam generantur de earundem ſpermatibus quæ in frondes & ramos mutantur. Quod autẽ generatur, neceſſe eſt augmentetur uſq; ad conſtitutum tempus ſibi. Neceſſe eſt etiam nutriat̃ ut ſubſiſtat, cum aër ſemper ipſum diſſoluat. Virtus ſpiritualis animalibus rationabilibus uel irrationabilibus & non arboribus eſt cõmunis. Cuius in omnibus animalibus eſt actio cordis, & arteriarum dilatatio & conſtrictio ut calorem cuſtodiat naturalem. Hæc in omnibus æqualis eſt animalibus. Virtus animata partim rationalibus partim irrationalibus cõmunis eſt animalibus, quia æque ſenſum, & uoluntarium participant motum. Senſum enim dicimus, quod uiſu & auditu cæteriſq; ſenſibus percipitur. Voluntarium motum mutationẽ membrorũ, in quælibet loca ad quæ uolunt. Hæ duæ uirtutes ambæ ſunt cõmunes. Altera eius pars ſolis animalibus eſt propria, id eſt, fantaſia, ratio & memoria. Nullum enim

rationa

rationale habet hæc perfecte. Actiones nihil ſunt aliud quam quidam uirtutis motus ad id quod efficitur. Motus autem ſunt 6. duo ſimplices, & 4. cõpoſiti. Simplicium unus eſt cõuertibilis, & de re in rem mutabilis. Alter eſt localis, id eſt, de loco in locum mutabilis. Motus cõuertibilis, duo ſunt modi, uel enim eſſentialiter mutatur, qui motus conſtructio, uel deſtructio uocatur: uel in qualitatibus ut ſi quis de calido fiat frigidus, & humido ſiccus. De albo niger, de dulci amarus. Motus ſecundum locum duo ſimiliter modi ſunt. Aut enim rectus eſt & circulatus. Circulatus ſicut zona in cœlo habetur. Rectus ante retro, dextrorſum ſiniſtrorſum, iuſum ſuſum. Compoſiti ſunt augmentatio & diminutio, conſtructio & deſtructio. Conſtructionis enim motus eſt compoſitus, ex motu in eſſentiam cõuertibili, & in diuerſas qualitates mutabili. De deſtructione ſimiliter intellige, cum eadem qualitatum quantitate quæ habebatur in conſtructione. Sed tamen contrariæ harum qualitates erunt accipiendę. Si enim cõſtructio fit ex calore, deſtructio fiet ex frigore, & ſimiliter in alijs qualitatibus. Augmentationis motus eſt compoſitus ex conuertibili, & eo qui ſecundum locum eſt motu. Quod em̃ creſcere rem facit, & augmentat quoquomodo eam mutat, & eius quantitatem augmentat in longitudinẽ, latitudinem & profunditatem. Sed tamen in eadem ſpecie perſeuerat. Differunt autem motus augmentandi & conſtruendi, quia conſtructio ſpeciẽ aliquã ſubſtantialiter mutat in aliam. Augmẽtatio rei in ſubſtantiali eſſe uel permanentis eſt alteratio. Deſtructio de ſuo eſſe rei eſt annullatio & diminutio, augmentationi contraria, in re permanente mutatio. Omne ergo quod mouet, alicui horum 7. motuũ ſubijcitur. Res aũt mouens eſt faciens, mouere, facere. Res mota, patiens. Actio naturalis, quædam in ſola eſt conuerſione, ſicut generare. Generare enim eſt rem incipere eſſe quod nõ fuit. Quod in corpore animalis mutatio facit ſpermatis in ſuæ eſſentiæ membra, & qualitates ſuas. Eſt & quædam actio naturalis, quæ in ſolo motu eſt locali, ſicut in unoquoq; membro eſt appetitus cibi in ſimilitudine, & ſicut continentia cum membra in ſe retineant res ſibi tractas, & ſicut expulſio, cum res incõueniens membro expellẽti, ſibi cõuenientibus reddit membris, eſt & actio naturalis, & conuertibilis & localis, ſicut nutrimentum cuiuslibet rei. Nutrimentũ enim eſt mutatio cibi, cõuenientibus competẽs membris, & mẽbrorum incrementum in longitudine, latitudine, & profunditate. Actio uirtutis ſpiritualis, tantũmodo eſt localis, quia ſolũ dilatat & conſtringit. Dilatatio eſt motus à medijs ad extrema. Conſtrictio, reductio ab extremis ad media. Actio uirtutis animatæ quædam eſt conuertibilis ſicut ſenſus, qui nihil eſt aliud quam mutatio mẽbrorum, in qualitates rerum ſenſu capiendarum. Quædã etiam eſt localis, ſicut uoluntarius motus. Quia uero diximus tres eſſe uirtutes membra regentes, & breuiter tetigimus, quod unaquęq; operetur, oportet plenius & planius

planius uniuſcuiuſq; actionem dicamus,& quomodo operetur. De naturali igitur uirtute uidetur prius dicendum eſſe.

De uirtute naturali in epate. Cap. II.

VIrtus naturalis eſt in epate, quæ cum inde per uenas ad membra procedat alia, epar tamen alijs eam amminiſtrat. Hæc in tres diuiditur uirtutes, generatiuam, nutritiuam, paſcitiuam. Generatiua eſt, qua de ſpermate & menſtruo ſanguine infans generatur. Quæ operari incipit ex quo ſperma in uuluã cadit, durans uſq; in perfectionem infantis. Virtus nutritiua membra augmentat, & paruitatem in magnitudinẽ mutat. Quæ perſeuerat operari ab initio pueri uſq; ad cõplementũ iuuentutis, ibiq; eſſe deſinit. Virtus paſcitiua quodlibet ſubſtantia ad membra portat prout membrorum expedit eſſentia, ut reſtauret diſſoluta, nec tamen in longitudine, latitudine, profunditate creſcere faciat. Cuius durat actio uſq; ad mortẽ, à pueri initio. Harum 3. quædã eſt cui miniſtratur & non miniſtrãt, quia habet alterã uirtutẽ ſuæ actionis adiutricem, eſt autẽ generatiua. Sunt & aliæ quæ & miniſtrãt, & eis amminiſtrat̃, ſicut paſcitiua & nutritiua. Generatiua duas habet uirtutes miniſtrãtes, una uocat̃ mutabilis, prima & ſecunda: altera uero formatiua uirtus. Mutabilis primæ generatiuæ eſt neceſſaria ad mutandã ſubſtãtiam ſpermatis & menſtrua in quorũlibet mẽbrorũ fœtus ſubſtantias. Quæ operat̃ cum 4. qualitatibus ut mẽbra diuerſa in ſubſtantiã efficiantur. Si eñ cũ calido operatur & humido, ſola efficitur caro. Si cum calido & ſicco cordis creat̃ caro. Si cum frigido & humido, ſubſtantia fit cerebri. Si cum frigido & ſicco oſſa fiunt tñmodo. Hæc eadẽ uirtus in cęteris membris operatur, ſecundum complexionem quantitatis, harũ qualitatum ad maius ſiue minus. Ex his quatuor qualitatibus quędam aliæ cuilibet harum competentes naſcuntur, quę & uiſu & tactu, guſtu quoq; & odoratu comprehenduntur. Viſu enim rubor diſcernitur, qui calorem præcedentem ſequitur, & albedo quod frigidum comitatur. Tactu mollicies & duricies deprehenduntur, quam humiditatem & ſiccitatem ſequuntur. Leuitas quoq; ſequit̃ calorem, grauitas frigiditatem. Raritas calorem, ſpiſſitudo frigiditatem. Guſtu cognoſcimus quia omne dulce calorem, acidum ſequitur frigiditatem. Odoratu, aromata, & fœtẽtia dijudicantur. Harum qualitatum à principalibus naſcentium tanta eſt quantitas, quantũ de ſingulis principalium hęc uirtus amminiſtrat. Sed tamen in ſingulis eſt membris pro ut uniuſcuiuſq; neceſſitas ipſorum expetit. Virtutis huius mutabilis tot ſunt diuerſitates, quot membrorũ ſimilium diſſimilitudines. Singulũ eñ mẽbrum uirtute mutabili de ſanguine menſtruo fit. Quæ non ſolum fiunt ab ea maiora, ſed etiam minora, ſicut panniculi ſtomachi & uuluæ & arteriæ. Differũt mutabilis prima & ſecunda, quia prima ſpiſſat ſperma & menſtrua & in ſubſtantia membrorum mutat. Secunda ſanguinis ſubſtantiam mem-

brorum iam formatorum mutat eſſentiã eiuſdem aſſimulans. Vtraq; tamẽ operatur illis quatuor qualitatibus. Virtus formatiua format & deſignat ſingula membra ſuæ formę cõpetentia, & ea perforat & concauat, lenit & aſperat, ſolidat ubicunq; ſunt neceſſaria. Hæ duę uirtutes tam diu operant quoad fœtus forma compleatur. Quod 30. ſiue 35. ſi ſit maſculus, 40. ſi fœmina perficit. Virtus augmẽtatiua, quę & uocat nutritiua, uirtuti generatiuę miniſtrat, ſibi uero ſeruit paſcitiua. Generatiuę ſeruit augmẽtatiua, q̃a fœtũ in longitudinẽ, latitudinem & longitudinẽ augmẽtat & extendit. Quod totum perficit cum iuuentus quę 35. annis concludit cõpleatur, tunc tandẽ deſinit. Paſcitiua nutritiuę miniſtrat, quia cibum in mẽbris ſolidat & aſſimilat. Quæ ſi non fuiſſet nutritiua in fœtus profunditate ex toto eſſe deſijſſet. Sicut ſi ueſica uẽto inflet, dilatatur, ſed tamen profunditas non extenditur. Vnde natura mirabilis paſcitiuã nutritiuæ adiutricẽ fecit. Quæ & ſi nutritiuæ ſeruiat, non tamẽ eam ita pauperauit natura, quin & alias quatuor uirtutes ſibi dimiſerit ſeruientes, id eſt, appetitiuã, contentiuam, mutabilem ſecundã, & expulſiuam. Hæ 4. naturales inſunt unicuiq; membro & eorũ regimento. Appetitiua enim humores cibi ſecundum ſuã ſimilitudinẽ membris diſpenſat & attrahit. Sicut carni temperamentũ ſanguinis. Oſſibus ſanguinem frigiditati & ſiccitati attinentem, cerebrũ frigidum & humidum. Similiter & uaſa ſibi ſuperfluitatẽ trahunt ſimilia. Fel em̃ ſanguinis amaritudines. Splen melancholicã ſuperfluitatẽ. Renes, aquoſos humores. Hæc appetitiua uirtus cum calido & ſicco operatur, quia natura ſemper attrahit ſibi aliquantulum caloris. Cuius trahere eſt triplex. Primum propter uacuitates, & exinanitionis neceſſitates. Sicut canalis in aqua poſita, ſi ſugatur, neceſſe eſt illuc aqua trahatur propter uacuitates aëris, quo canalis carere incipit. Secundum trahere eſt cum calore, ſicut in cãdela ignis ſemper oleũ ſibi trahit. Tertiũ trahere naturale eſt, ſicut magnetis eſt ferrum ſibi trahere. Cum uirtute iſta membra ſibi trahunt conuenientia. Virtus autem contentiua retinet eis cõpetentia, ut ea mutet & excoquat, quæ cum frigido & ſicco operatur. Virtus mutabilis res tractas in ſubſtantiam & ſimilitudinẽ membrorũ mutat. Hæc cum calido & humido operatur. Expulſiua, ſuperfluitates expellit, quas uirtus appetitiua traxit. Hæc cum frigido & humido operatur. Harum una digeſtioni eſt propria, id eſt, mutabilis ſecunda, quæ uocatur digeſtiua, quia cibãtis ſimilitudine cibum aptat. Tres reliquæ ſunt quaſi miniſtræ digeſtiuæ. Natura enim appetitiuam fecit, ut trahat cõuenientia membris. Digeſtiua tracta aſſimilat, & cum membris ſolidat. Sicut uidemus in diuerſis ſeminibus. Ex una enim & eadem terra, aqua quoq; eadem cohibita, unũquodq; ſemẽ ſibi trahit ſimilia. Vnde ſeminatores, terræ ſalſitatem dulcorare uolentes, in ſalſa terra ſemnant, hanc q̃ ſiclam uocant. Hæc enim naturaliter eſt ſalſa. Vnde de terra trahit ſibi ſimilia, &

ita dulcoratur terra. Similiter de cibis unumquodq; membrum ſibi facit. Quos digeſtiua eorum ſimilitudini aptat. Cui neceſſarium eſt tempus ut operatio ſua expleatur. Vnde uirtute indiguit contentiua, quæ tam diu ſibi cibum teneat, donec excoquat, & aſſimilet digeſtiua. Quia uero membra aliqua traxerunt ſuperflua & non ſibi aſſimilanda, neceſſaria fuit uirtus expulſiua, expultrix eorum, quæ membris erant inutilia. Operatio ergo paſtus digeſtiuę tantum propria eſſe uidetur. Paſtus enim augmentat, ſolidat & aſſimilat. Sanguis enim per uenas mēbris aſperſus neceſſe eſt circūquaq; dilatetur, poſtq; ſolidetur, deinde membro cuilibet aſſimilet. Vnde ſequitur ut membra augmententur. Quod teſtantur, qui boliſmum patiunt. Quæcunq; enim iſti comedent, in nullo eos augmentāt, ſolutionem confirmant, qui hypoſarchi morbo laborant. Corpora enim eorum augmētant ſed non ſolidantur. Sunt enim liquida & aquoſa, cum in eis naturalis calor non ita operetur, ut cibus ingroſſetur & inuiſcetur, & per hæc ſolidetur. Aſſimilatione fatentur, qui morphea fatigantur. Horum enim mēbra augmētantur, ſolidantur, ſed non aſſimilantur. Quod fit propter mutabilis ſecundæ defectionē, uel qa cutis in cōcauitate ſua clauſum habet groſſum humorē, quem uirtus mutabilis in ſanguinē mutare nō potuit. Ex his ergo paſſionibus intelligimus, quia augmentari, ſolidari & aſſimilari, paſtus totius eſt corporis. Vnde Hippocrates cibo impoſuit tria nomina. Vnum cum iam non eſt cibus, ſed potius ſuccus. Alterum, cū iam in ſanguine mutatur. Tertium, cum augmentet, ſolidet & aſſimilet. Vnicuiq; membro cibus ſumitur in duobus diuerſis temporibus. Cum enim ſtomachus cibum ſibi uenientē digerat, partem ſibi inde competentē retentat, quam in ſui nutrimenti ſubſtantiam conuertat. Poſt ab epate ſanguis ad exteriores eius panniculos uenit, & eos nutrit. Item bucca & meri cum per eos cibus tranſeat partē ſuam, recipiunt, id eſt, ſubtiliſſimum, quod eſt ſicut fumus unde nutriuntur. Deinde ſanguis ueniens ab epate, per uenas in ipſis diuiſas nutrit ea. Subtile inteſtinum de cibo à ſtomacho deſcendēte ad ipſum ſibi ſimile ſumit nutrimentum. Deinde uenæ exeuntes à uena quæ uocatur porta, ſanguinē portant, unde ipſum nutriant. Similiter & groſſum inteſtinum de cibi fecibus ſibi ſimile nutrimentum ſortitur. Ad quod nutriendum ſanguis deſcendit per uenas in exterioribus ſuis locatas ut ipſum nutriat. Ad epar cibus accedit in ſtomacho digeſtus quē per uenas trahit mediaſtinas ſui & ſtomachi. Rurſus cum à ſtomacho deſcendit iam excoctus ab epate ſuggeritur per uenas quæ meſſeraicæ uocantur. Similiter & cętera membra cibum dum ſuccus eſt tantum per uenas ſibi adiacentes ſuſcipiūt, per quas eaſdem ad ea reregreditur cum in ſanguine eſſet excoctus. Sed tamen ſingula membrorum uel unūquodq; uero mēbrum à mēbro debiliori ſibi trahūt, ſicut cor ab epate. Epar ab inteſtinis, inteſtina à uenis, uel à fortioribus cū mēbra ipſa abundent multum, nec totū eis ſit neceſſarium, ſicut ſtomachus ab epate, ut iam

exinanitus unde nutriat̃,epar uero nimiũ inde ſit repletũ. Mẽbra eñ ſuam nimiã abundantiã expellunt aut ad debiliora,ſicut ſtomachus ad inteſtina, uel in loca ſibi uicina. Cũ eñ ſtomachus in ſuis abũdet ſuperioribus per meri ſuperfluitatẽ ſuã emittit,ſi in inferioribus inteſtinis per digeſtionẽ mittit. Expellenda duob. modis expellunt expellentia,uel cũ ſibi ſumpſerũt neceſſaria,& remanent ſuperflua,ſicut cũ ſtomachus tm̃ cibi recipit,quantum ſibi conuenit,quod uero ſuperfuit in inteſtinũ reijcit,uel cum eadẽ ſuperfluitas patienti noceat,quod fit modo duplici, cũ multa quantitas ſicut continens membrũ grauat,ut diutius retinere nequeat,unde uomitus & ſolutio ſubſequũt,quę homines propter nimiũ comedere & bibere patiunt̃,uel ſi cibus in incendentes qualitates conuertat̃, ſicut cum in ſtomacho in colera mutatur,unde incendit̃. Colera tandem in inteſtinum emittit̃. Ab inteſtino cũ incendat̃ in uicina rurſus eijcitur,uel cum uomitu per buccã emittit̃. Cum hac uirtute naturali regimentum eſt corporis. Sed cum rationabiliter huius uirtutis dixerimus actiones,dicendũ uidetur quomodo ſenſualiter percipiant̃. Quod duabus ſimilitudinibus in ſtomacho & uulua mõſtrat Gal. Hęc eñ duo mẽbra apparent ſenſibiliora, per quę cõparatio fit aſſimilãtia.

De uirtutis naturalis in ſtomacho operatione. Cap. III.

APpetitiua actio in ſtomacho in tranſglutiendis apparet liquido. Videmus eñ animal quomodo cibum à bucca trahat, & in ſtomacho mittat. Si quis autẽ dicat,quia cũ cibus trahit̃ motus meri fit uoluntarius ita dicenti obuiabit̃,& ſi tranſglutire uoluntariũ ſit homini,motus tamen meri atq; ſtomachi eſt naturalis. Quod facile perpendit̃ ex ſuauis cibi appetitu. Indignat̃ eñ ſtomachus cũ amara ſibi dẽt̃. Itẽ uidemus ſtomachũ & meri res nõ bene demaſticatas in famelicis trahere pręter uolũtariũ motũ hominis. Meri quoq; curtari uidet̃ & aſcendere ſtomachus ex nimio trahenti uictus appetitu. In quibuſdã animalibus cũ tamẽ meri habentibus ſtomachũ uſq; in buccã trahi aſpicimus,& hoc maxime in guloſis animalibus. Suauẽ uero cibũ & dulcẽ ſtomachũ & meri cito uidemus trahentẽ. Quẽ poſtea epar ex nimio dulcore à ſtomacho ſibi mutat̃. Quod facile quilibet poteſt ꝓbare. Si quis eñ facile cibũ comedat,cui poſt dulcior ſuccedat,ſi uomitus ſubſequit̃,dulcior ultimus euomit̃. Stomachus eñ ex cibi dulcore delectatus,in profundũ ſui illũ traxiſſe cognoſcit̃. Econtra ſi quis cibũ ſiue potũ percipiat,quę ſtomachus faſtidiẽs abhorreat uidemus,ſtomachum & meri mixta cõtrahi & rugari, quæ quomodo recepta inuita retinent̃ & coacta. Itẽ ſi quis per pedes ſuſpendat̃, & caput inferius habeatur,datus ſibi cibus tranſglutit̃, & ſtomachus dimittit̃. Vnde liquet,quia niſi appetitus naturalis eſſet ſtomachus ſibi cibũ nõ traheret. Cõtẽtiua uirtus cibũ ad ſtomachũ ueniẽtẽ ex omnibus cõſtringit lateribus,eiusq; inferiora claudit,ne queat liquor egredi. Similiter eũ retinent, cũ à ſtomacho mittat̃ ad eadẽ. Vnde liquidiſſime conſtat, quia uirtutẽ contentiuã ſtomacho & inteſtina habeant.

Quod

Quod apertius uidet̃,ſi in animali comedenda eadem reuoluamus. Si em̃ ci bus ei det̃,& ilico interficiat̃,illũ cibũ ex omnibus partibus cũ ſuis pãniculis cõſtringit ſtomachus. Quod ſi aliquãdiu occidi differat̃, quoad cibus in inteſtina digerat̃,inteſtina ſimiliter undiq; cõſtringunt feces. Vnde intelligit̃ quia inteſtina & ſtomachus uirtutẽ habẽt cõtentiuã,qua ſibi cõuenientia re tineant. Virtus digeſtiua incipit quando & cõtentiua. Cũ enim ſtomachus per mediatorẽ meri cibum ſibi traxerit,undiq; prout diximus,cõſtringit,& in interiorũ pãniculorũ naturã uertit. Quod duabus de cauſis ſtomachus fa cit. Primũ ut cibum ſibi cõuenientem faciat,& de ipſis cõuenientia interio res panniculos,ſecundũ ſui naturam nutriat. Secunda cauſa ut leuiorẽ epati reddat,quatinus alleuiatũ epar & depuratum facilius epar in ſanguinẽ uer tat. Sicut enim bucca ipſum mutat ut ſtomachus facilius recipiat,itidẽ & ſto machus facit,ut reddat epati. Epar in naturã ſanguinis mutat,ut facilius eũ ſibi ſumant cætera mẽbra. Impoſſibile enim eſt alicuius rei multas qualita tes ſubito mutari in cõtrarias,niſi particulatim & paulatim fiat. Non enim panis in ſanguinẽ poteſt mutari ilico ut in corpus uenerit. Sed prius in ore aliquantulũ mutat̃, poſt in ſtomacho ſecũdum naturã ipſius. Deinde in ſub tile inteſtinum mittit̃,& ibi etiã aliquantulũ mutat̃. Quem epar ſibi trahit per meſeraicas, & tandẽ in ſanguinem mutat. Venæ ſanguinẽ factum tra hunt ab epate ut facilius mẽbra cætera in ſui mutent ſubſtantias. In ore quo que mutatio cibi facile poteſt percipi. Quod enim inter dentes remanet,pu tidum prius efficit̃,& tandem in naturam carnium buccę mutatur. Sicq; cũ carnibus & phlegmate miſcetur,quod digeſtum & calidum ſibi dat calorẽ. Phlegma enim calidum & digeſtũ hinc agnoſcimus,quia ipſo ſuperimpoſi to impetigines & apoſtemata ſanamus,ſcorpiones interficimus. Item cibi qualitates intra ſtomachũ naturali calore mutatę cum digeſtio miſcet̃ phle gmate,ubi maior ei fit mutatio. Stomachus em̃ ore eſt calidior propter co leram rubeã ad ipſum decurrentẽ à felle,& quia calidioribus membris uici natur,à dextra epar habens,à ſiniſtra uero ſplenẽ. Cor & diaphragma ſu perius,dorſi lacertos poſterius. In epate cibus pluſq̃ in ſtomacho mutatur. Quippe cũ epar multo ſit ipſo calidius,quia natura eſt ſibi ſanguinis,ſed ta men coaugulati. Virtus expulſiua incipit cum actio digeſtiuæ uel contenti uæ finierit. Stomachus enim cũ cibum digerit,quod ſibi ſimulatur ſuſcipit, & quantum ei ſufficit. Quod remanet quaſi ſuperfluum,& ſibi contrarium grauat,cum non ſit ſibi neceſſarium. Ore ergo ſuperiori fortiter clauſo & inferiori quod porta uocat̃ apẽrto in ſubtile inteſtinũ proijcit,quod ſibi in de ſimile ſuſcipit, ſuccumq; totius cibi meſeraica ſibi attrahit. Quod ſuper fluit,groſſum recipit à ſubtili fece ſcilicet. Groſſum ſimilitudine ſua accep ta quod grauat proijcit foras. Meſeraica ſuccũ quem accepit habendũ mit tit in epate,ibiq; in naturã mutat̃ ſanguinis. Dein de unũquodq; membrũ per uenas ſibi trahit,prout ſibi ei cõpetit. Quod remanet,quia ſuperfluũ eſt

cæteris mittit mẽbris eiuſdẽ rei appetitiuis. Si quod ſtomachus traxit eum moleſtauerit expellit. Moleſtatio aũt ſtomachi ex nimietate eſt potus ſiue cibi, cũ de utroq; pluſq̃ oportet ſuſceperit. Quæ cũ uomitu ſicut in ebrioſis expellit, uel cũ digeſtione, ſicut in guloſis. Itẽ ſi cibus ſiue potus intra ſtomachũ in malas qualitates uertiť, ſi in ſuperiori natent ſtomacho, uomitu emittunť. Si inferiora ſua grauenť, cũ digeſtione expelluntur. Vnde cõprobať quia uirtũtẽ expulſiuã habeat ſtomachus. Nõnne enim uides in uomitu ſtomachũ cũ alijs in ſuperiora moueri uiſceribus, cũ ante digeſtio indureſcat, uel acutos ex incenſione humores habeãt inteſtina nõne cũ alijs uiſceribus ea uides moueri ad inferiora, & ultra modum exire aliqñ ſicut fieri uidemus in tenaſmo. Cõſtat ergo ex his omnibus ſtomachũ 4. fulciri uirtutibus, appetitiua, cõtentiua, digeſtiua & expulſiua. Similiter his, cætera membra habent corporis.

De eiuſdem in uulua opere. Cap. IIII.

SIcut in ſtomacho has 4. uirtutes cuilibet reddidimus intelligibiles, in uulua itidẽ faciamus oportet, ut ex his duobus ſimile in alijs conſidereť. Superius in mẽbrorum cõpoſitione diximus, quia deſiderium & concupiſcentiã trahendi ſpermatis in uulua natura fecerit. Quod fuit neceſſe propter generare. Virtus aũt appetitiua hoc cogit fieri. Quod in coitu eſt ſentiri, quia uirgã ſibi trahit uulua, ſicut ſanguinẽ uentoſa. Hoc tunc temporis fit, cum fœmina concepit. Cum em̃ uicinitus uulua à mẽſtruó mũdificeť, & à contrarijs eadem depureť humoribus, tunc maxime in trahendo ſpermate animať. Quod cum receperit, undiq; illud ita braccat atq; claudit, ne ſicut Hippocrates dicit, acus etiã intrare poſſit. Sic uulua manet clauſa, quoad infantis expleať forma. Vnde uirtus in ea intelligitur cõtentiua. Virtus autem mutabilis circa contentiuam eſſe palàm fit, mutatione ſpermatis qualitatiua & ſubſtantiali, in diuerſitate membrorũ infantis. Expulſiuæ actus duobus apparet temporibus, uel cũ membra infantis ſuppleanť, uel cum infans moriť, quia cõpleto membratim infante, contentiuę & mutabilis actione iam deſinẽte, ſuccedit actio expulſiuæ. Quod menſe 7. uel 9. fit, uel 10. Expellit autẽ infantem uulua duplici ex cauſa. Vel quia infans eam grauat, ne præ ſui quantitate eum ualeat continere, uel quia cibũ ſibi ſufficientem non inuenit, unde pedũ percuſſione pãniculos circũuolutos ut exeat rumpit. Ruptis ergo panniculis humores intus cõtentos uulua ſuſcipit, Quos cum ferre nequeat, expellit eos foras. Expulſio infantis mortui, duabus fit ex cauſis. Vel quia eruginẽ parit, quã ferre natura uuluæ nõ poteſt, uel quia rupto aliquo pãniculorũ humores expellẽdi eã cogunt. Eſt ergo in propatulo hęc membra uirtutes habere quatuor. Eſt enim in ſtomacho appetitiua cum tranſglutienda tranſglutiat. Eadem iſta coẽundo eſt in uulua. Contentiua in ſtomacho, dum cibi fiat excoctio. In uulua, dum infantem generat. Mutabilis in ſtomacho, cibi in ſui naturam eſt conuerſio. In uulua cum ſperma atque menſtrua in diuerſorum membrorum infantis muteť

eſſentias

eſſentias. Expulſiua in ſtomacho in ſubtile inteſtinum cibi eſt emiſſio. In uulua, cum infantem pariat. Itidem in cęteris intelligať neceſſe eſt mēbris. Sine his enim nullatenus poſſunt regi. Hæ 4. uirtutes naturę ſunt miniſtrantes, & in cuſtodienda ſanitate, & in infirmitatis curatione. Has uocat Hippocrates infirmitatū curas. Quę dignę ſunt hoc nomine quia apoſtemata ſiue puſtulæ ſine exteriori uident̃ curari medicamine. Et infirmitates multæ per has ſanantur ſomno ſiue quiete. Mortuorum etiā corpora ab earum naturis uidemus ſeparari, & in paruo tempore putrefacta.

De uirtute ſpirituali dilatante & conſtringente. Cap. V.

SVperius dixiſſe nos meminimus, quia omnia corpora tribus regant̃ uirtutibus, naturali, ſpirituali & animali. Quia ergo de naturali diximus, de ſpirituali ordo diuiſionis expetit dicamus. Virtus igiť ſpiritualis eſt illa quę uiuificat cuius fundamentū eſt cor; à quo uita ad membra corporis procedit uiuificanda. Hæc quandā habet partē cui miniſtrať, quādam miniſtrantem. Per illam cui miniſtrať, cor & arteriæ dilatantur & conſtringuntur. Quę miniſtrat, iram, pugnam, indignationē & dominationem ſuppeditat. Sed nos prius de dilatante & conſtringente dicemus. Dilatatio localis eſt motus à medio in om̃es extremitates, ſicut circa fabrorū agiť folles. Cum enim aërem recipiunt, circūquaq; ſe extendūt. Conſtrictio fit ecōtrario, id eſt, ab extremitatibus ad mediū. Quod in eiſdē follibus uideť. Cū em̃ aër emittiť, folles undiq; cōſtringunť. Duo aūt iſta uirtus explet operatiua. Cordis tamē & arteriarū motus nō ex toto ſimilis eſt follibus ſicut medici arbitranť. Horū em̃ motus uirtute aëris appetitiua cōficiť. Quę uirtus in corde facit idē, qđ ferrarius circa follē. Quia uirtus cor dilatandi aërē à pulmone trahit, qui pectore mediatore, ad pulmonē uenit. Lacertus em̃ qui eſt intra coſtas pectus cōſtringit et dilatat. Qđ cū dilatať pulmo cū eo ampliať. Aëris autē introitus hunc geſtū cōſequiť. Aërē quoq; cū uirtute appetitiua cor à pulmone ſibi trahit poſtea. Arterię à corde hac eadē trahunt uirtute. Quod trahere diciť flatus tractus eſſe. Virtus cōſtringendi ſuperfluitatem fumoſam à corde expellit. Idē em̃ lacertus qui eſt intra coſtas, cōſtringit cor & arterias. Quod conſequiť dum pectus ſtringitur. Hac autem conſtrictione fumoſam ſuperfluitatem expellunt cor & arteriæ. Hæc autem conſtrictio cordis eſt emiſſio. Vterq; uero actus anhelare ſiue flare dicitur. Arteriæ quæ cordi ſunt uicinæ aërem & ſubtilem ſibi trahunt ſanguinem dum dilatantur. Cum conſtringuntur, aër & ſanguis emittuntur. Dum ergo dilatantur utraq; neceſſe eſt recipiantur & utriſq; impleantur. Sed illę arteriæ quę cum ſunt uicinę aërē à foris uenientē uident̃ recipere. Inter has & priores medię recipiunť à corde. Hæ primę ſanguinē ſubtilē à uenis recipiunt. Quędā em̃ foramina uenę habēt inter ſe & arterias per quę ſāguis introëat. Qđ cōprobať, qa ſi arteria quælibet incidať, ſanguis uenarū totus dilabiť.

Hæc

Hæc ergo dilatandi uirtus eſt & cõſtringendi, quæ anhelitus ſiue flatus uocatur, qui uoluntario fit motu, & cum pectore mouetur. Motus autẽ pectoris neruis fit & lacertis, omniſq; motus qui cum neruis & lacertis fit eſt uoluntarius. Quod inde probať, quia cum homo uelit tenet eum aliquandiu. Cum enim fœtentia ſentiamus diu ipſum cohibemus.

De flatus iuuamentis. Cap. VI.

ANhelitus ſiue flatus eſt neceſſarius, ut calor naturalis per eum temperetur, & ſpiritus uitalis nutriať, & ſpiritus animalis generet. Cuſtodia enim caloris naturalis eſt tractus frigidi aëris, ad ſuæ temperamentum incenſionis, & eſt expulſio fumoſi aëris ex ſanguine concreati. Nutrimentum uitalis ſpiritus ut animalis generet, frigiditatis aëris eſt tractus. Spiritui ergo anhelitus eſt neceſſarius, ut ex aëris temperie augmẽtet. Generatio utriuſq; ex tẽperati ſanguinis fit fumoſitate, ſicut dicturi ſumus cum de ſpiritu diſputauerimus. Tẽperamentũ ſanguinis ex temperatione fit caloris naturalis. Caloris naturalis temperatio fit ex moderatione dietæ in cibo ſiue potu, uel in alijs. Vnde oportet anhelitus ſit maximũ iuuamentum corporis. Vitam enim cuſtodit quæ ſine ſpiritu non permanebit. Neq; ſpiritum poſſibile eſt permanere ſine moderato naturali calore. Nec caloris naturalis eſt moderatio ſine anhelitu temperato. Qui cum dietis taliter cuſtoditur ut ſanguis temperetur, unde calor naturalis nutriať. Hic eñ anhelitui magis eſt neceſſarius quam cibus uel potus. Si quis enim ſuffocatus tandem dimittatur quoquomodo uiuus, & ſi ſit famelicus uel ſitibundus in recipiendo anhelitu, ut calor naturalis refrigeret citius feſtinat, quàm ut famem uel ſitim placare expetat. Refrigerato uero calore, & fumoſa expulſa ſuperfluitate, prius potus, deinde cibus queritur. Animal ergo ſine cibo & potu uiuit aliquandiu, ſed ſine tractu aëris nullatenus diu uiuit. Vnde intelligitur nõ poſſe ſubſiſtere, ſine temperato naturali calore. Succedit enim cauſa mortis de qua in præſens ſumus diſputaturi.

De cauſa mortis. Cap. VII.

GAlenus dixit in libro quem de anhelitus fecit iuuamento. Omne animal neceſſe eſſe mori, ex corruptione cerebri, ſiue ſpiritus in cerebro exiſtentis, uel ex caloris naturalis corruptione. Niſi enim calor naturalis corrumpatur cerebrum, non facile corrumpitur. Neq; calor iſte corrumpitur ſine cauſis ſubſequentibus. Spiritus autẽ non aliunde corrumpitur, niſi cum exinaniatur uulneribus cerebro incidentibus uentriculos ipſius penetrantibus, uel cum calor naturalis corrumpitur. Si autẽ ſpiritus diu teneatur non exinanitio ita dicit, ſicut ex uulneribus exinanit. Cauſa ergo mortis, nihil eſt aliud, utpote Galenus teſtať, quam ut caloris naturalis temperamentum corrumpatur. Quod contingit ex cauſis corpus intrinſecus mouentibus, uel de extrinſecus ipſum turbantibus. Cauſa interior

ſuorum

ſuorum eſt inſtrumentorum, uel qualitatum, ſiue ſui nutrimẽti corruptio. Inſtrumenta caloris naturalis ſunt ſicut, cerebrũ, cor uel epar. Si cerebrum corrũpit̃, & motus uoluntarius ab eo progrediens ad pectus aufert̃, unde poſt cõſequit̃, ut & anhelitus auferatur, & calor naturalis extinguat̃. Cor corruptum uirtutem aufert ſpiritualẽ, quæ de pulmone trahit aërem. Corruptio epatis generationem aufert ſanguinis, qua calor nutriat̃ naturalis. Horum ſingulum uel propter malam eſt complexionem, uel propter officialem morbum. Complexio mala uel eſt calidiſſima, quę rem ſibi ſubiectam incendit, ſicut uidet̃ in peracutis febribrus quibus cito homines mortificantur, uel eſt frigidiſſima ſicut in morbo qui dicit̃ congelatio. Morbi officiales ſunt apoſtemata calida uel frigida, quæ prædicta patiuntur membra, ſicut apoſtema cerebri, quod dicimus eſſe phreneſim, uel oppilationẽ ſuam ſicut apoplexiam, & epilepſiam. Inquibus morbis cerebrum claudit̃. Frigidis & congelatis humoribus ne uirtus motiua ad ſpiritum tranſire ualeat, unde conſequitur, ut auferatur. Quę oppilatio ſi ad pulmonẽ uenerit, aëris tranſitus denegatur cordi, unde calor extinguitur naturalis. Venæ epatis ſi oppilentur ne ad eas tranſire poſſit ſpiritus, neceſſe eſt infrigidentur, neque enim ſanguis in eis generatur, & inde cauſa mortificat uelocius, tamen his omnibus quilibet mortalis ſi cor patiat̃. In paſſione enim tantũ maxima cito mortificant cerebrum & epar. In mediocri facile infirmus euadit. Calor naturalis corrũpitur in qualitatibus uel ex maximo calore, ſicut in peracutis febribus, in quibus calor extraneus ad calorem naturalẽ penetrat, ut ipſum cito deſtruat, uel ex poſitione calidiſſima, ſicut eſt euphorbium & ſimilia, uel ex nimia infrigidatione, hunc calorem cito extinguente, uel ex ſupradicta congelatione, uel ex frigidiſſima potione, ſicut oppio & hyoſcyamo, quibus extinguit̃ iſte calor, quare corruptio caloris naturalis, uel ex nimia exinanitione, uel ex multa redũdatione. Exinanitione ſicut ſolutione nimia uel phlebotomia, fame ſiue ſiti. His enim omnibus, calor annullatur naturalis, cum nõ habet unde nutriat̃, nimijs repletionibus, ſi homo humoribus, cibis quoq; uel potibus adeò inſeruatur ut multis horũ inculcationibus ſuffocetur. Quod ebrioſis ſolet contingere ex uenarum & uentriculorũ cerebri repletione. Et ſicut pinguiſſimus hominibus, quibus uenæ & arteriæ nimia inculcatæ pinguedine adeò coartantur, ut calor iſte extinguatur. Ab exterioribus naturalis calor corrumpitur, uel cum foras totus egreditur, uel intus totus adunatur, uel ex nimia plenitudine, uel ex anhelitus extinctione, ſiue ex ſubſtantiæ ſuæ, uel qualitatum ſuarum corruptione. Quod foras totum exire cogit, uel totam ſuam ſubſtantiam uel ſui nutrimentum expellit. Tota ſua excluditur ſubſtantia, cum nimium gaudium ſubito diſſoluit, & exire eum facit. Vnde cito quis moritur, quia corpus refrigeſcit interius. Quæ paſſio lucernæ aſſimilatur, quæ ad uentum ualide ponitur. Ipſo

enim uento ſupergrediente extinguitur. Audiuimus autem multos præ ni mio gaudio mortuos fuiſſe. Tota ſubſtantia expellitur cerebro & pectore nimiam incenſionem patientibus. Quæ cum uſq; in uentriculos eorum pe netret, calorem naturalem extinguit. Huius caloris nutrimentum tollitur ex uenarum, & arteriarũ inciſionibus. Vnde totus ſanguis exiens calorem extinguit naturalem. Quod lucernæ aſſimilatur, cui oleum ſubtrahitur. Cauſæ à foris hunc infusus calorem colligentes timor & dolor ſunt ſubito contingentes. Quibus dum calor in unum adunatur, cætera membra re frigidantur, & inde moriuntur. Ex plenitudine corrumpitur, cum quis in a quam ſubmergitur. Impletis enim corporis uacuitatibus, anhelitus oppila tur, unde homines ſuffocantur & moriuntur. Quod lucernam aſſimilatur, quæ multo oleo redundat. Anhelitus extinguitur ex narium & oris pręclu ſionibus & ſuffocatione cum funibus. Hoc lucernæ ardenti aſſimilatur, quę ſi uaſe quolibet operiatur, ſubito extinguitur, cum ad eam exterior aër in gredi non permittatur. Cauſa unde caloris ſubſtantia corrumpitur, mali eſt aëris odoratus, fœtēti fumo admixtus, qui de diſſolutis mortuorum naſcit̃ corporibus uel puteorum lutoſorum fœtoribus. Quæ paſſio aſſimilatur lu cernæ in fumoſis locis poſitæ. Item corruptio ſubſtantialis morſus eſt alicu ius uenenoſi reptilis, cuius uenenum corpus perforat, & calorem naturalẽ uiciat. Calor naturalis in qualitatibus duobus modis corrumpitur, uel quia ita calefit ut diſſoluatur, quod cōtingit in balneo calidiſſimo immorãtibus uel in ſole calidiſſimo ęſtuantibus. Quod aſſimilatur lucernæ nimio igni uel ſolæ appoſitæ, uel ex nimia infrigidatione, unde calorẽ eſt congelare. Hoc cōtingit frigida loca obambulãtibus, uel ſuper niuẽ cadẽtibus. Quod ſimi le eſt lucernæ in frigido loco poſitæ. Si naturali calore corruptio ex his om̃i bus mors conſequitur, eius ergo nutrimento uel temperamento uiuitur, cũ homo nullatenus poſſit eſſe ſine anhelitu. Conſtat ergo anhelitum magnũ hominis eſſe ſupplementum. Sufficit nobis diſputaſſe de ſpirituali cui mini ſtratur uirtute. Dicendum de ſpecie coæqueua ea ſcilicet quæ miniſtrat.

De uirtute ſpirituali paßibili. Cap. VIII.

SPiritualis uirtus, quæ miniſtrat, iram, pugnã, dominationem, indig nationem ſuppeditat. Hęc autem dicitur miniſtrare, quia fit ex cau ſa intercedente alia quam naturali calore, quæ cauſa ipſum calorem mouet. Ira enim feruor eſt cordis. Per quẽ calor naturalis ſubito extra pro rumpit, cum anima ob illatas iniurias excogitatam uindictam explere deſi derat. Similiter pugna eſt cum calor iſte ad exteriora exeat, cũ quiuis parẽ ſuũ ſibi ſuperare, ſibi ſuperare laborat, dubitans ne humilis & deiectus ab alijs habeatur, ſi patiatur, ut ab eo uincatur. Dominatio eſt cum aliqua ex tranea re calorem hunc exagitãte aliquis alicui indignetur ſe ſubijcere. His ita ſunt cōtraria. Timor cum calor in corporis ſe reclinat interiora, quãdo

anima reformidat formidanda. In auditu, ſicut tonitruum. In uiſu, tigridem ſiue leonem uiſum. Timiditas pugnæ eſt contraria, propter quam calore in terius deliteſcēte, ei qui prius ipſum impugnauerit, uelit nolit cogitur qui/uis ſubijci. Quod conſequitur, cum quis à maiore ſuperetur. Dominationi & indignationi contrariæ ſunt humiliatio & deiectio animi. Virtus mini/ſtrat, ſpiritualis eſt huiuſmodi. Concordantur autem medici & philoſophi quod hæ uirtutes à principalitate cordis naſcētes, & rationabilibus & irra/tionabilibus cōpetant animalibus. Virtute enim cui miniſtratur, qua cor & arteriæ dilatantur atq; conſtringuntur, animal quodlibet uiuificatur, & o/mnibus cōmunis eſt animalibus ad miniſtrantē ſimiliter conſtat eſſe cōmu/nem. Sed tamen animal rationale habet cum diſcretione, cauſa rationis in cerebro ſedentis. Vnde contingit ut aliquando ira cohibere poſſit. Animal irrationale naturaliter habet, & ſine diſcretione.

De uirtute animata. Cap. IX.

VIrtutis animalis habitationem & fundamentū cōſtat eſſe cerebrū. Eſt autem trium generum. Vnum per ſe ſolum explet cerebrum. Duo neruis tamen mediantibus ab eodem conficiunt̄. Quod à ſo/lo cerebro efficitur ordinatio eſt, quæ in tria diuiditur. Phantaſiam, rationē & memoriam. Senſus & motus uoluntarius neruis conficiunt̄ mediãtibus. Nos primitus dicemus de uirtute ordinationem faciente. Hæ tres uirtutes phantaſia, ratio, & memoria mens uocant̄, quibus ab irrationabilibus diffe rimus animalibus, & maxime intellectu, quia aliæ duæ ex intellectu prode/unt. Homini hęc fuere propria, quem omnibus animalibus digniorem eſſe conſtat. Animal enim irrationale, quicquid agit naturaliter facit, & ſine di/ſcretione ulla. Vnūquodq; trium in cerebro locum habet, ubi ſedet & unde exeunt. Locus eñ imaginationis uentriculi ſunt in puppi cerebri, in quibus eſt ſpiritus animatus, qui has actiones exequit̄. Harū unaquęq; propriã ha/bet actionē. Virtus enim imaginationis, quod format & imaginatur mittit intellectum. Intellectus iudex & diſcretor eſt rerū, quas ab imaginatione re/aliter ſiue ſolo intellectu ſuſcipit. Ad operanda manualia ſpiritus animatus illa petit membra quę operi ſunt habilia, ut motum expleant uoluntarium. Quę in ſolo ſunt intellectu memorię tantum mandantur. Memoria format in intellectu poſita, cuſtodiens ea donec ad actum uoluntarium.

De uirtute ſenſum operante. Cap. X.

VIrtutes ſenſibiles, & motum uoluntarium prout diximus, cerebrū facit neruis mediantibus qui eorum inſtrumenta eſſe comproban tur. Cum ſpiritus animatus à uentriculis cerebri ad membra per neruos exeat. Vnde intelligit̄, quia ſi neruus incidat̄ ſenſus & uoluntarius, motus membro cuius erat auferant̄, ſolus ſenſus uel motus uoluntarius, ſi/cut nerui fuerat uirtus. In tractatu neruorū diximus à prora cerebri, egredi

egredi neruos facientes ſenſus, ut molliciẽ ſentiant facilius. Quibus motus efficitur uoluntarius, à puppi egrediuntur, ne propter motũ facile rumpantur. De ſenſibus & uoluntario motu ſatis iam diximus. Nõ ergo repetendũ ne legentibus faciamus faſtidium. Tantumodo hoc diceret, quomodo operentur. Virtutes ſenſuum quinq; ſunt, uiſus, auditus, guſtus, odoratus & tactus. Virtus uiſus ſubtilior eſt omnibus alijs. Quippe cum eius natura ſit ignea. ignis autem tres qualitates habeat, flãmam, ruborem & ſplendorem. oculi ſolum ſplendorem de igne habent. Lumen ergo & rubores quæ ſentiunt, diei extra ſolum unde colores diſcernunt. Poſt uiſum, maior ſubtilitas ſequitur auditu. Cuius ſenſus eſt aërius, & percuſſi aëris ſonitus, quod uox eſſe intelligitur. Vox enim nihil eſt aliud quam aëris tactus. Poſt auditũ maior ſubtilitas ſequitur odoratum, cum eius natura ſit fumea. Fumus uero inter terreſtria & aquoſa ſe habeat. Poſt odoratum ſubtilior eſt guſtus, cuius natura aquoſa eſt ad quem omnes pertinẽt liquores. Tactus groſſior eſt omnibus quia natura ſua terrena eſt utpote habenda, in duris & mollibus, aſperis & lenibus, calidis & frigidis. Horum ſingula ſic ſua explent officia, ut mutent & aptent ſe in naturas rerum quas ſentiunt. Quas cum tandem mens ſentiat intellectui præparat.

De uirtute uiſus. Cap. XI.

Viſus cum ſuus ſenſus ſit igneus, ignis autẽ omnibus ſubtilior ſit mũdanis corporibus neceſſe eſt alijs ſubtilior habeat. Quod illud cõprobat, quia comprehendit longe remotiſſima, alij uero ſenſus tãtum ſibi propinquat. Spiritus autem uiſibilis de concauitatibus utriuſq; neruiuenit oculis. Nerui autem à uentriculis proræ procedunt cerebri. Qui antequam ad oculos deueniant coniunctiuã neceſſe eſt concauitatem faciant, inde diuiſi ad eoſdem ramos redeant, qui cum criſtalloide ſe ſolidant. Hæc autem criſtallois primũ inſtrumentum eſt ſpiritus uiſibilis, quod eſt lucentiſſima & clariſſima. Vnde conſequit quod cito apparet ſe coloribus. Spiritus enim uiſibilis, qui de cerebri eſt uentriculis in cõcauitatẽ neruorũ clarificatus incidit, unde poſt uſq; ad criſtalloidon peruenit. Cuius natura ſicut aër diei claræ erit clara. Cumq; ad criſtalloidõ peruenerit, inde foras exit, & ſecũdum ſui ſimilitudinẽ miſcet ad diei aërẽ. Quæ duo dum ſibi corporant utraq; citiſſimi comitantur. Aër enim & ſpiritus facile uiſarum rerum ſe cõmiſcent coloribus. Spiritus autem criſtalloidon exiens mutationemq; ſibi deferens cito ea mutat uidere. Quam mutationẽ cũ mens ſenſerit, quæ in uẽtriculis eſt cerebri, res exteriores coloribus diſcernit. Per colores quoq; formã corporis quantitatem atq; motum intelligit. Aër enim diei lucentiſſimus tantum ſpiritui dat ſupplementũ, quãtum & neruo cerebrũ. Neruus enim à cerebro ſenſum atq; motum ſuſcepit, ſuiſq; portat membris. Similiter exterior aër uiſibili aëri colorũ fere mutationes, & ſpiritus eandem mẽti fert

ti fert mutationē. Quod tunc tantum efficiť, cum interiori ſpiritu ſplendor exterior contingiť. Nullū tamen momentū inter utriuſq; conſiderať tactū. Et ſi enim res, quæ uiſu tangitur longe remoueatur, mente tamen ſine ulla temporis quantitate conſpicitur. Quod tunc conſequitur cum aër nos circundans eſt clariſſimus, & non nebuloſus ut cito coloribus immuteť. Qui ſi nebuloſus eſt aut obſcurus, ſpiritus uiſibilis intercidiť, & obſcuritati ſibi obuianti immoratur, neq; ad quod amplectendum tendebat, amplectiť. Similiter ſi corpus aliud inter ſpiritum & rem quā uidere anhelat obijcitur nullatenus penetrare poteſt ſpiritus. Idem in tactum inueniť. Si enim digitus incisionem uel dolorem patitur inter tactum dolentis digiti atq; mentis, nulla quantitas conſideratur temporis, niſi forte non patiatur neruus quoad digitum portať ſenſus. De alijs quoq; ſenſibus idem conſiderabitur.

De auditu. Cap. XII.

DE auditu ſatis diximus ſuperius. De loco enim prorę cerebri, ubi ſedes eſt quinti paris, pares nerui exeunt, qui per os petroſum in foramina auricularū ueniunt, ubi ſe dilatant & extendunt, & ea penitus operiunt. Hoc autem operimentum, auditus primū eſt inſtrumentū, idem ualens auditui, quod uiſui criſtallois. Huius natura eſt ignea, qui per prædictos neruos ad aures peruenit à cerebro. Auditus ergo ita fit. Cum uox enim aërem tangat, & tactus aëris ad auriculas perueniat, in earum cō cauitate, penetrata tandem ſe adunat, inde pertingens ad auditus foramina ſicut maris æſtus ut undas faciat paulatim alternatur. Tactus enim propinqui aëris propinquiorem percutit ille ſuccedentem ſibi, & hoc tam diu alternatim quouſq; aures penetrauerint. Vbi locum ingrediunť, quem torcular uocari diximus. Vnde cum ad neruorum ueniant operimenta, in tactu aëris naturam mutantur à natura. Sunt enim ſimilia, quia utraq; aëra. Hæc autem cōmutatio ad mentem deducitur per neruos. Mens uero ſic diſcernit naturam intromiſiſſe uocis.

De uirtute odoratus. Cap. XIII.

ODoratus groſſior eſt auditu. Cuius ſenſus eſt quaſi quidam fumus. Huius inſtrumenta duo diximus eſſe fruſtula à cerebro prodeuntia, & mammillas aſſimilantia. Quæ uicinanť oſſi colatorio ſimili. Odoratus ergo ſic efficiť. Fumus eñ odoriferi corporis diſſolutus aëri cōmiſceť nares ingreſſurus. Quē cerebri uentriculi per illa duo fruſtula trahūt ſibi, & in ſuā mutant naturā. Hanc mutationē autē tādē ſentit mens. Aëris uero tractus cerebro eſt neceſſarius, quia idē ſibi facit, quod cordi anhelitus, dum eñ dilatatur aër frigidus, ad ipſum refrigerandum intromittitur. Dum uero conſtringitur, fumoſa ſuperfluitas expellitur. Dilatatione igitur aër à naribus pulmone gutture trahitur. Qui tractus odoratus diciť.

Iſto eñ motu odoranda odoramus, cum fructu uel illis duobus fumus ad ce rebrũ trahẽdus aëri cõmiſcet de corpore odorifero diſſolutus. Alij tamen odoratũ naribus attrahunt. Sed iam ſuperius eorũ errorẽ confutauimus.

De uirtute guſtus. Cap. XIIII.

GVſtus quoq; groſſior eſt odoratu, quanto fumus aqua ſubtilior eſſe cõuincit, qa odoratus natura eſt fumea. Guſtus ſenſibilitas humectatio eſt aquoſa, quę inter terrã fumumq; cõmunicat. Vnde primi ſui inſtrumẽti, id eſt, linguę naturã, rara eſt ſicut ſpongia, ut humectationes aſſimilet aquoſas. Venit autem neruus à cerebro, qui pro ut diximus ſeiungitur à pari tertio. Qui per linguam diuidit, ut ſibi det ſenſum guſtus. Qui ſic efficitur. Res guſtanda cum ad linguam ueniat, eiusq; eſſentiam tangat, ſuam naturam in ea operatur, ut lingua in ſui naturã mutetur. Mutatio tangens neruum per eum mandat menti guſtum diſcernendum & iudicandũ, ſicut & ſuperiores fecerunt.

De tactu. Cap. XV.

TActus alijs ſenſibus eſt ſimilis, qa mutat in rei ſubſtãtiã quæ tãgit quę mutatio menti mandatur per neruos, & ita illã mutationẽ ſentit mens. Omnes hij propter tactum proprium habent membrũ unde ſentiunt. Tactus enim in membris totius eſt corporis pręter in unguibus atq; pilis, quia nerui omnibus membris uel à nucha ueniunt, uel à cerebro, quibus ſenſus ei datur, ſed pili & ungulæ, quia neruis caruere, nullum ſenſum habere, cũ pilus de ſicco naſcat fumo. Vngulæ in digitorũ extremitate cũ ligamẽtis ſcilicet ſunt ligatę. Vnde ubi ligatę ſunt, ibi tantũ ſentiũt.

Quid unicuiq; ſenſui conueniat, & quid non conueniat. Cap. XVI.

OMnes iſti ſenſus cum ſecundum naturas ſuas currant, quędam deſiderãt, & in eis ſe oblectant, quędam uero abhorrentes omnino refutant. Viſus enim in albi & nigri medijs utpote uiridibus & uenetis delectatus, abhorret album lucentiſſimũ, & ſimiliter nigrum. Et ſi eñ album ſuæ ſit naturæ, quodam tamen modo ei uidetur obuiare, quia diſpergit, ſicut uidemus in ſolem aſpicientibus. Nigrum econtra adunat, & retorquet unde uenerat, ſicut in loco obſcuro manentibus uiſum obſcurari uidemus. Sed tamen albedo pluſquam quælibet nocet nigredo, quia albedo uiſum diſpergit ſubito, nigredo paulatim coadunat. Si ergo uiſus ex nimia albedine patiatur, uiridibus & uenetis, & ſimilibus reparatur. Si ex nigredine, reſtaurat ex albedine. Similiter & alij ſenſus, ſi aliunde patiant recitatione non ſubita contrariorũ refouent. Auditus dulcibus delectat uocibus paruis atq; lenibus & ordinatis, ſicut motus eſt cordis. Si motus eſt groſſiſſimus ſicut tonitrui uel acutiſſimus ſicut in raſionibus marmoris ſiue æris, auditus inde reparat. Odoratus aromaticis delectat. Hic odor ex fumo eſt tẽperamẽto, abhorret fœtores quia eorũ intẽperatus eſt fumus. Guſtus dulcibus

cibus delectat. His em̄ aſperitas linguæ lenit̄ & ſolidat̄. Ecōtra horret am̄a ra. Hic ſapor linguā aſperat & perforat, & eius iūcturas incēdit & ſeparat. Qui & ſi pōtico ſapore patiat̄ ſiue acido delectat̄ unctuoſo. Et ſi amaro uel ſalſo læditur, dulcibus reparatur. Tactus em̄ delectatur in tangendis eis cor poribus quæ ſuis dulcorata qualitatibus ſicut in frigidi & calidi, aſperi & lenis mediatricibus quoquomodo cuti tangendæ aſſimilantur. Abhorret acutiſſima quia incidunt, calidiſſima quia diſſoluunt, frigidiſſima quia co agulant, atq; ſtringunt.

De uirtute uoluntarij motus. Cap. XVII.

VIrtus uoluntarij motus à cerebro per neruos egreditur, qui uel ab eo principaliter, uel ſecundariæ exeunt, ſicut à nucha, per quos hic ſenſus pertingit ad lacertos, ut per eum motus lacertis detur. Cum lacerti moueātur, eadem neceſſe eſt oſſa moueant̄, cum quibus lacer ti ligantur. Tactis autem oſſibus tota eorum concatenatio mouetur, unde motus uoluntarius conſequitur. Qui ſic efficitur. Lacerti in ſua principia ru gantur per chordas quę in eis habentur, & in eam partem torquentur quo eos ducit motus uoluntarius. Verbi gratia. Si manus moueri diſponat̄, & lacertus qui in familiari parte eſt brachij moueat, & in ſui principium ruge tur oſſium motus & eorum concatenationis comitatur, unde manus ab an tea rugata uoluntario motu clauditur. Si lacertus extraneæ partis moueat̄ manus, in extraneam partem uoluntario motu neceſſe eſt rugetur. Eſt autē uniuerſaliter unus motus uolūtarius. Cuius tot ſunt partes quot lacerti mē bra mouentes. Corporis membra 571. lacertos ſunt habentia. De quibus ſatis diximus in lacertorum tractatibus.

De actionibus. Cap. XVIII.

CVm ſuperius de naturali, ſpirituali, ſiue animata uirtutibus ſit di ctum, de actionibus uidetur eſſe dicendum. Quædam enim uirtu ti naturali, quædam ſpirituali, quædam attinent animali. De una quaq; actione diximus, cum de ſingulis diſputaremus uirtutibus. Vnde in telligimus quandam ſimplicem unum operantem, ſicut in naturali appeti tiua, contentiua, digeſtiua & expulſiua. In ſpirituali dilatare & cōſtringere, in animali motus uoluntarius. Eſt & actio quædam compoſita quæ duo fa cit uel plura, ſicut in naturali deſiderium, ſiue deportatio generare & nutri re. Deſiderium enim ex duabus uirtutibus appetitiua & expulſiua. Gene rare enim ex triplici fit uirtute, mutatiua, formatiua, & nutritiua. Nutrire faciunt uirtutes duæ, augmentatiua & paſcitiua. In ſpirituali anhelitus di latatione, & conſtrictione componitur. In animali ſenſus, duabus fit uirtu tibus. Vna eſt mouens ſenſum ad ſentiēdum. Altera quæ ſentit, quæ omnia poteſt intelligere, cognita qualibet uirtute.

De ſpiri

De ſpiritibus. Cap. XIX.

SVpereſt de ſolo dicendum ſpiritu, cum de ſex naturalibus iam diximus. Horum enim 7. moderationibus humana corpora reguntur. Omnis ergo ſpiritus eſt tripartitus. Eſt eñ naturalis, eſt ſpiritualis, eſt & animalis. Naturalis in epate naſcitur, unde per uenas ad totius corporis uadit membra, uirtutẽ naturalem regit & augmentat, actiones eius cuſtodiens. Hic igitur ex perfecti ſanguinis fumo naſcitur qui in epate mundificatus & digeſtus, ex omnibus humoribus clare depuratur. Spiritualis ſpiritus in corde naſcitur uadens per arterias ad totius corporis membra, ſpiritualem uirtutem augmentans atq; regens, actionesq; eius cuſtodiens. Spiritus animalis in cerebri naſcitur uentriculis, per neruos tendens ad totius corporis membra. Vnde animalis uirtus regatur & augmentatur, eiusq; actiones cuſtodiant. Hic ex ſpirituali ſpiritu procreatur, qui in corde generatur. Hic enim ſpiritus à corde ad cerebrum per arterias aſcendit quæ iuueniles dicuntur. Hæ arteriæ cum ad cerebrum ueniant craneum uſq; ad cerebri ſedem penetrant. Vbi multipliciter diuiſę, telant ſicut rete ſubtus craneum dilatatę. Deinde rete duæ principales egrediuntur, quæ retortæ ſuper idem rete protenduntur. Spiritualis uero ſpiritus cum à corde progreditur in telæ multiplicitatem diffuſus, & ibi immorans implicitus, tam diu ibi digeritur, quoad depuratus clarificetur, ſicq; animalis ſpiritus ab eo generatur. Ad hoc enim tantum rete illud contexitur, ut à ſpiritu ſpirituali digeſtio animalis concreetur, ſicut ad hoc facta ſunt ubera, ut ſanguis depuratus ibi fieret lac. Et poſt hęc ſpiritualis ſpiritus rete per ambas arterias ſuper rete retortas egreditur, & ad uentriculos proræ cerebri dilatabitur. Vbi iterum ſubtilatus, quod depuratũ ſuper erat eijcit per ſuos meatus, id eſt palato atq; naribus. Ipſe uero uadit ad uentriculos puppis per uiam mediã medij uentriculi atq; puppis. Quæ nõ ſemper eſt aperta, quia in cõcauitate ſua, quod à corpore uermem aſſimilante eſt clauſa. Cum autẽ natura naturas expetat, ut ſpiritum hunc ad puppim mittat, rugato uermi, ſpiritus cum tranſilit, & uermis poſtea ſe claudit ut prius fuerat. Spiritus autem qui ad puppim pertranſijt motum ibi & memoriam facit. In prora immorans ſenſum creat & fantaſiam. Spiritu medij uentriculi intellectus ſiue ratio fit. Dicunt quidã Philoſophi hunc ſpiritũ cerebri eſſe animã, & eandẽ corpoream. Alij dicũt animę eſſe inſtrumentũ. Qui animã fatentur incorpoream, Quorũ intentio priore eſt melior. Sed quia diſputatio huiuſmodi non huic ſuppetit intentioni cum philoſophica ſit. Hic dimittenda cenſuimus iſta.

Quid horum unumquodq; faciat, cum naturam ſuam exeat. Cap. XX.

EX prædictis intelligitur qui his 7. temperatis naturalibus humana corpora regantur. Quæ cum moderationem exeunt corpus infirmum eſt uel neutrum. Tres ſunt corporum qualitates, ſanum, infirmũ, neq;

ſanum

ſanum neq; infirmum. Corpus enim illud eſt ſanum, quod in complexionē membrorum ſimilium, & compoſitione officialium eſt temperatum. In forma quoq; & quantitate numero ſiue compoſitione æquale eſt ſi conuenit eſſe. Illud econtra eſt infirmum, quod horum exit temperamentum. Nec ſanum nec infirmum tripliciter eſt intelligendum. Primo ubi nec certa eſt ſanitas, neq; certa infirmitas ſicut in ſenibus. Secundo cum & ſani ſint & infirmi, in diuerſis tamen membris, ſicut ſi oculi ſunt infirmi corpore toto alio ſint ſani. Vel cum ſanitas & infirmitas circa eadem ſint membra, ueluti cum corpus temperatum in complexione, infirmum eſt in compoſitione. Siue in compoſitione ſanum, in complexione eſt infirmum. Tertio ſecundum diuerſum tempus, ſicut homines calidæ complexionis in æſtate ſunt infirmi in hyeme ſani & frigidi in æſtate ſani, in hyeme infirmi. Et ſimiliter humidi in puericia infirmi, in iuuentute ſani. De ſiccis econtra contingit. De diffinitione infirmitatis medici ſunt diſcordati. Sed Hippocrates & Galenus, & qui eos imitantur infirmitatem eſſe dicunt ſenſualis actionis nocumentum. Quod ſi naturalia corpus parum exeat, eius tamē actiones ſint ſecundum quod oporteat, nec ſenſui appareat ut aliquid ei noceat, illa corpora ſecundum Hippocratem & Galenum dicuntur eſſe ſana. Vnde ſanitatem etiam ita diffiniunt. Sanitas eſt cum corpus ſuam actionem expleat, ſecundum quod expetit natura. Infirmitas cum corpus actionem patitur non naturalem, neq; illam mediocrem. Neutrum eſſe dicunt cum corpus mediocriter neq; ſanum neq; infirmum eſt. Alij contendunt quia corpora infirma ſunt, cum naturam ſuam exeunt, ſiue patiātur, ſiue non. Quorum error eſt permaximus. Secundum eos enim omnia corpora infirmantur. Raro enim unquam inueniuntur qui in complexione naturali adeò perficiantur. Infirmitas ergo eſt quod ſenſuali actioni nocet. De complexioue ſani corporis ſatis iam dixiſſe ſufficit. De infirmis dicemus, cum de rebus extra naturam diſputabimus. De neutris apparebit, duo priora intelligenti.

N De

CONSTANTINI AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber V.

CAPITA LIBRI.

De re non naturali. 1
De natura tẽporum anni,& de uno quoq; tẽpore & ſua quantitate. 2
De naturis aëris. 3
Quid tẽpora anni fiãt, cum curſum ſuæ naturę expleant. 4
Quid faciant ſi naturalem curſum exeant. 5
Qui in unoquoq; anni tempore infirmitatẽ ſint paſſuri, qui euaſuri,& qui longius habituri. 6
De mutatione aëris propter ſtellas. 7
De mutatione aëris propter uẽtos. 8
De mutatione aëris propter loca & regiones. 9
De mutatione aëris propter fumos. 10
De peſtilentia aëris. 11
De diuerſitate exercitiorum. 12
De actionibus balneorum. 13
De cibis diſputatio uniuerſalis. 14
De granis. 15
De herbis. 16
De radicibus. 17
De herbarum fructibus. 18
De arborum fructibus & incipiendum à ficubus. 19
De fructibus arborum ſylueſtrium ſiue montanorum. 20
De cibis animalium,& ab ambulantibus incipiendum. 21
De extremitatibus & uiſceribus eorum. 22
De carnibus uolatilium. 23
Quas qualitates caro accipiat in quibuslibet coctionibus. 24
De piſcibus. 25
De lacte. 26
De melle & ſaccharo. 27
De potib.& ab aqua incipiendũ 28
De mero & uino. 29
De potibus medicinalibus ſicut ſuccis. 30
De natura florum ſiue frondium. 31
De naturis aromatum. 32
De naturis ueſtium,& quid circa corpus faciunt. 33
De ſomno & uigilijs. 34
De coitu. 35
De exinanitione naturali. 36
De actionibus animæ. 37

De re non naturali. Cap. I.

QVIA de re naturali quantum ſufficiebat diximus, reſtat de non naturali dicamus quantum ſufficiat de hac arte ſe intromittentibus ut bene liber noſter diſponatur ſecundum diuiſionem factam prius. Res ergo non naturalis neceſſaria eſt homini, ut uitæ ſuæ ſtatus bene regatur. Sunt autem generaliter ſex: aër, motus & quies, cibus & potus, ſomnus & uigiliæ, exinanitio naturalis, in qua balnea, coitus, urina, digeſtiones, emunctiones & ſimilia comprobantur, ſextum accidentia animę, in quibus gaudium, ira anguſtia, triſticia, timor. Hæ ſex & ſi non ſint naturalia, neq; tamen extra naturam ſunt computanda. Quia ſi hęc operentur ſecundum quod oportet unicuiq; corpori in quãtitate qualitate, temporis cuſtoditur, res naturalis in ſuo curſu,& licet hęc ſint non naturalia in naturalia tamen mutantur,& per ea ſanitas corporis conſeruatẽ, uſquequo naturaliter deſtruatẽ. Quod ſi erit ecõtrario, corpus naturæ ſuę curſum exiens infirmatur. Si autem infirmaretur,

infirmitas

infirmitas cuſtoditur & augmẽtatur. Sic ergo hęc 6. diſponamus. Corpus moderatũ, moderatã debet habere ordinationẽ. Vernus ergo aër ei eligat̃ & motus ut exercitia temperent̃. Balneorũ dulcis aqua & in calore tẽperata, Temperamentũ ciborum in qualitate & quantitate. Somnus nõ multus, lethargiæ attinens, neqꝫ paruus uigilijs uicinus. Corpus cum alleuiari ſentiatur, neqꝫ cum ciborum ſit plenus ſiue uacuus, neqꝫ cũ nimis ſit calidus, ſiue frigidus, tunc coitus appetat̃, neqꝫ nimis ultra uelle ſuum urinã teneat, neqꝫ ad digeſtionẽ cum nolit ſe cogat. Si moderata corpora in hac actione perſtiterint in ſua ſanitate permanebunt. Si econtra, ſuę naturę exibunt temperamenta. Si corpora fuerint temperata, & ſecundũ quodlibet horũ 6. ad temperamentũ fuerint reuocata, corpus illud ad moderationẽ priſtinã reducit̃, & tunc tandem res iſta naturalis uocat̃. Quod ſi fuerit econtra cuſtoditur & augmentat̃ intemperantia. Vnde hęc 6. uocant̃ non naturalia, ſicut ſi exerceant̃ corpora temperata. Quantitate tamẽ moderata ante cibum & ante balneũ calor inde naturalis confortatur, abundãtia humorũ corporis diſſoluitur, mẽbra confortant̃, digeſtio ſubſequit̃. Et hęc inter naturalia corpus ſanantia cõputant̃. Si uero pluſquã oporteat operemur, & multũ in exercitio fatigemur, caleſit corpus, febres conſequunt̃, Si multo plus q̃ oporteat calor naturalis diſſoluit̃, deficit corpus. Sic exercitiũ inter nocitiua annumerandũ. Si ſe non exerceant, ſed plus quam oportet quieſcant, augmentantur quantũ in corporibus eſt, & ſecundũ chimorũ naturas morbi generãtur. Corpora ergo nõ temperata ſi fuerint calida paruulo exercitio eorũ nõ naturalis augmtẽat̃ calor unde eorũ deficit uirtus, & febres ſequũt̃, qđ inter naturalia cõputat̃, & maxime ſi ſiccę fuerint naturę. Qđ ſi exercitiũ minuerint & ita quieuerint, tẽperat̃ calor illorũ naturalis. Et corpora eorũ ſaniora, & uirtuoſiora inde habent̃. Si aliqui fuerint frigidæ cõplexionis, & nimiũ ſe exercuerint, calor eorũ naturalis augmentatur. Vnde ipſi temperantur & confortant̃, maxime ſi frigidi fuerint & humidi. Hoc autẽ inter naturalia computatur. Similiter de alijs 5. intellige. Quæ in noſtra practica quandoqꝫ reddemus planiora ubi de ſanitatis dicemus cuſtodia.

De natura aëris, Cap. II.

SI qualitates corporis ſuam ſequant̃ cõplexionem, aër autẽ circundãs nos cõplexionis mutandę cauſa eſt fortior propter anhelitus neceſſitatem. Ergo neceſſe eſt ut cõplexiones corporis, complexionẽ ſequãtur aëris. Si eñ aër clarus eſt & lucidus humores atqꝫ ſpiritus clari ſunt & lucidi. Si turbidus & nebuloſus humores & ſpiritus turbãt̃ & ingroſſant̃. Qđ cũ ita ſit nõ oportet medicum qualitates aëris aſpernari in quolibet ſiue loco. Neque etiam cauſas ignoret unde mutetur aër. In morborum enim prognoſticis per hæc maior autoritas erit, ſiue uniuerſales ſiue particulares ſint morbi, ſiue locales ſeu priuati. Quia cum aër in unoquoqꝫ tempore quoſdam iuuet, quibuſdam tamẽ nocet. Cum ergo medicus futuros

morbos dijudicauerit, cuiuslibet temporis ſiue regionis, & qui de morbis euadant, quiue inde pereant præuideat, & ægrotaturos cauere faciat, & dietas morbos augmentantes auferat, & morbis obuiantes doceat. Cum autem ciuitates introierit ubi homines ex aëre infirmẽtur locali non diſcordabitur in cõpetentibus medicinis. Sed ſi ſicut diximus qualitates aëris diuerſas cognouerit, conuenienter medebitur medendis. Magnum ergo eſt medicamentum qualitates aëris, & qui circa quælibet corpora ſit agendũ cognoſcere medicum. Vnde ab aëre incipiendũ. Aër quidam eſt temperatus, ille ſcilicet, qui nec calidus nec frigidus, nec humidus nec ſiccus, ſicut eſt aër uernus. Eſt & quidam intemperatus. Temperatus eſt mundificatus, ſubtilis atq; clarus, in odore ſuauis, nõ adeò calidus ut inde ſudet corpus, neque ita frigidus ut rigeat. Sole occidente cito frigeſcens, oriente cito caleſcens. Qui aër has habet qualitates corporũ, temperat cõplexiones, humores, & ſpiritus confortat & clarificat, digeſtiuã uirtutem adiuuat. Aër non temperatus in qualitatibus, ut calidior, frigidior, humidior, ſiccior temperato, uel in tota ſua ſubſtantia ſicut peſtilentialis. Qualitates exit 5. modis propter tẽpora anni ſecundũ ortus & occaſus ſtellarũ, ex earum uicinitate à ſole ſiue remotione propter uẽtos, propter regiones, propter fumos. De temporibus ergo anni incipiendum.

De natura temporum anni, & de unoquoq; & ſua quantitate. Cap. III.

TEmpora anni 4. ſunt, uer, æſtas, autũnus, hyems. Veris eſt initiũ, cum ſol in primo ſigno arietis, contra ſeptentrionem aſcenderit per rectã lineã incipit. Eſt aũt recta linea, quę neq; ſeptẽtrioni neq; meridiei attineat. Hoc corpus uſq; in finẽ geminorũ durat. Sunt aũt tria ſigna, quorũ unũquodq; ſuũ habet mẽſem. Primus & 2. mẽſis à 17. die martij uſq; in 16. diẽ Maij. Tertius eſt gẽminorũ, incipiẽs à 17. die maij, uſq; in 19. iunij. Initiũ eſt ęſtatis, cũ ſol in prima parte ſit cancri, & tunc ſol eſt in ultima aſcenſione ſeptentrionis. Nã deſcendere incipit uſq; in finẽ uirginis. Similiter ſunt 3. mẽſes. Primus à 19. die iunij, uſq; in 19. diem iulij. Secũdus cũ ſol eſt in leone, à 19. die iulij, uſq; in 17. diẽ auguſti. Tertius cũ iam in uirginẽ deſcenderit à 18. auguſti, uſq; in 18. ſeptembris. Initiũ eſt autũni, cũ ſol primã partẽ librę intrauerit, & eſt in recta linea, quę neq; ſeptentrionẽ attingit, neq; meridiẽ, & ſimiliter 3. habet mẽſes. Primus in quo ſol eſt in libra à die 18. ſeptẽbris, uſq; in 18. octobris, & hic incipit ſol declinare in meridiẽ. Secundus eſt mẽſis, in quo ſol eſt in ſcorpione à 19. octobris uſq; in 19. nouẽbris. Tertius, & tunc ſol eſt in ſagittario, à 19. die nouẽbris, uſq; in 15. diẽ decẽbris. Initium hyemis cũ ſol in prima parte ſit capricorni, & eſt finis deſcenſionis in meridiẽ, & iã incipit aſcendere. Similiter huius ſunt 3. mẽſes. Primus, & eſt ſol in capricorno, à 16. die decẽbris, uſq; in 16. diẽ ianuarij. Hic incipit ſol aſcendere per rectã lineã in meridiẽ, Secũdus, & ęſt ſol in aquario, à 14. die ianuarij,

uſq; in 15. diē februarij. Tertius eſt ſol in piſcibus à 13. die februarij uſq; in 15. martij. Aër unicuiq; horū tēporū propius ueri, inter frigidū & calidū, humidū & ſiccū, medius & tēperatus. Quod maxime cōtingit ex ſole per rectā lineā eunte. Recta aūt linea uocat̃, quę ab utroq; polo ęqualiter diſtat. Dicūt tamē quidā ueris naturā calidā eſſe & humidā. Sed nō eſt ita. Si em̄ calidū & humidū eſſet facilius quęlibet res in eo putrefieret, & morbos peſſimos generaret, ſicut ſepe eſt uideri in meridianis uētis & pluuialibus ęſtiuis. Facile em̄ in his peſtilētes & peſſimę naſcunt̃ infirmitates. Quod Hip. teſtat̃ in epidimia de ciuitate quadā Cranō uocata. In qua pluuiā nimiā dixit fuiſſe cū totius ęſtatis calore & meridianis uentis maxime. Vnde ſub hominū cubitus quędā quaſi erugo naſcebat̃. Quę dū ibi accubaret calefiebat, & pruriginē generabat. Deinde ueſicę erūpebāt adeo ignitę ut incēdiū ſub cutibus uideret̃ ineſſe. Ciuitatē nominauit Hip. qa meridianę plagę fuit uicina, ubi raro ſeptētrionales flāt uēti. Plaga em̄ meridiana ſēper calida eſt & humida. Pluuiā & meridianū uentū dixit, ut nimietatē oſtēderet humoris & caloris. Cōplexio iſta magnā in corporibus putredinē generat. Accubantē eruginē dixit calefieri, qa om̄is putredo cū uiā nō inuenerit per q̄ erumpat, cito putreſcit. Sub cute incēdia febres portendebāt calidiſſimas. Vnde oſtēdit̃ uer nō eſſe calidū & humidū. Quomodo em̄ calidū & humidū eſſe dicit̃, cū omne corpus in hoc tēpore ſit ſanius, & in eo omnia tēpora initient̃, & iſtud augmentandi ſit tempus. Eſt em̄ ſicut pueritia & adoleſcentia ſit in hominibus. Æſtas calida eſt & ſicca. Hoc em̄ in tēpore ſol ſum̄a gradit̃ aſcēſione, appoſitusq; noſtris capitibus quodlibet calefecit corpus. Autūnus frigidus & ſiccus, & magis in eo dominat̃ ſiccitas, quia ſibi eſt uicina ęſtiui ſolis caliditas. Hyems frigida eſt & humida, ſed magis in ea poteſt frigiditas: Sol em̄ iā ſe elōgauit à capitibus noſtris. Hę ſunt qualitates cōplexionū aëris cuiuslibet tēporis. Sed oportet mēſiū perpendi cōplexiones: Primi tēporū mēſes nec adeò ſunt fortes nec adeò debiles, ſecundi fortiores, tertij debiliores, prout ſubſequēs expoſtulat tēperies. Ver em̄ dum ſolē in ariete nō perfectū in temperie, ſed tamē uicinū ei uidet̃ eſſe. In mēſe ſecundo, cū iam ſol eſt in tauro, fit tēperatus. Tertio cum ſol eſt in geminis tēperiem exuit, quia uicinat̃ qualitatibus æſtiuis. Similiter intelligendū eſt in cæteris. Ver itē tertię horæ diei, ęſtas meridiei, autūnus ueſperi, hyems aſſimilat̃ nocti. Quicunq; morbus in aliquo tēpore naſcit̃, hora diei ſibi cōpetenti magis nocet, & augmētat̃.

Quid faciant ſi naturæ curſum expleant. Cap. IIII.

SI complexiones aëris in unoquoq; ſunt temperate ſecundum quod ſua natura expetit, & dietantur homines, ſecundum quod oportet morbos ex tempore accidentes, ſalubres eſſe neceſſe eſt. Si em̄ dietari contrarietur oportunitati, morbus qui inde naſcitur, non caret peſſimis accidentibus & moleſtationibus. Et ſi aër illius temporis naturā ſuam

exierit, fiunt hominibus morbi, cum accidentibus peſſimis. Quod maxime contingit, ſi naturam ſuã, ut dixi, tempus exierit. Sed ſi dieta cuſtodiať ſecũ dum quod oportet, morbi non multę erunt moleſtationes. Si non erit con ſequens ſuum contrarium. Aër ſuam naturalem exit cõplexionem in quã titate, ſicut ſi æſtas ſit calidior, hyems frigidior quã debeat eſſe. In qualitatum ſuarum cõmutatione, ſicut ſi æſtas cum debeat eſſe calida, ſit frigida. Hyems naturaliter frigida, incipiat eſſe calida. Vnde in aphoriſmo Hippocrates dixit: Temporibus immoderatis ſi temporaliter tẽpora reddiderint boni ſtatus, & maxime, bonę determinationis fiũt ęgritudines. In immoderatis maxime immoderatę & difficiles ſunt determinationes. Anni tẽpora ſuas cuſtodiunt naturas, cum uer inter calidum & frigidũ ſit temperatum, & tẽpus poſt tempus pluuioſum, & ęſtas nõ calidiſſima paucas habens pluuias, & illas raras. Autũnus non ſicciſſimus, & ipſe aliquantũ pluuioſus. Hyems frigida & pluuioſa, & tamen mẽſuram nõ excedat. Contria cõtrarię facient. Si ergo tempora ſuas cõplexiones ſeruauerint naturales, priuatas generant infirmitates. Si aũt naturas ſuas exeant infirmitates, exitui ſuo nõ naturali cõpetentes generãt. Sępe tamen in tẽpore temperato moleſtiſſimas naſci poſſibile eſt infirmitates, ſi pręſens tẽpus immoderatũ fuerit. Si em̃ hyems pluuialis fuerit & auſtrina, humores in corporibus augmẽtat. Vere & ſi ſit tẽperatũ ex putredine naſcanť febres hyemaliũ humorum & alij eiuſmodi morbi, ſicut apoplexia, epilepſia & ſimilia. Morbi priuati cuiuslibet tẽporis ſuam naturam non exeuntis ſicut Hippocrates dixit in aphoriſmo, ſunt enim hij. Veris maniæ, melancaoliæ, epilepſiæ, ſanguinis fluxus, ſquinantes, corizæ, branci, tuſſes, lepræ, lichines, alphi, rubores ulceroſi plurimi, puſtulę, arterię. Quod ideo dicit Hippocrares quia in hoc tẽpore naſcuntur maxime his quorum corpora humoribus ſunt plena, ſicut qui in hyeme multis & diuerſis utuntur cibarijs, in horum corporibus humores augmentantur capita propter frigiditatem aëris, & defectionem caloris humoribus implenť. Cũ autẽ uer ueniat, humores in hyeme coaugulati incipiat iam diſſolui, ſi in capite ſint & in uentriculos cucurrerint, apoplexiã, epilepſiam generant. Si in cerebri uenerint pelliculas, fiet inde mania. Si ad nares deueniant, coriza. Si in gutture ſint, fient homines branci. Si in pectore, fiant tuſſes. Si uenerint in corporum interiora, expellentur ad exteriora. In hoc em̃ tempore natura fortior ex aëris temperie expellit humores ab interioribus ad exteriora, & à nobilibus membris in partes cutis. Vnde naſcunť alphi & ſimilia, quæ in exterioribus naſci memorat Hippocrates. Si humores in membrorum defluxerint concatenationes, fiunt puſtulæ arterię. Dixit itẽ Hippocrates in 6. epidimiæ particula. Initiũ ueris malũ eſt phthiſicis. Quod uerũ eſt quia in hoc tẽpore diſſoluunť humores in pulmonẽ, & pectus effluentes. In ęſtate idẽ dixit, quedã prędictorũ naſci febres cõtinuas, & tertianas, uomitus diarrhœas, oculorum & aurium dolores, ulcerationes

rationes,pudendorũ putredines.Quod ideo dixit,qa ueris finis principio iungit̃ æſtatis. Vnde eius natura ęſtatis natura eſt uicina,& ideo morbi ueris morbi ſunt æſtatis. Itẽ ęſtas ex caloris ſui natura colerã generat.Quæ ſi putreſcant febres cõtinuas & tertianas faciũt. Si ſurſum aſcendãt, oculorũ & auricularum dolores,& oris ulcerationes generãt.Si ad ſtomachum uel inteſtina ueniãt,uomitus & diarrhoęę facient.Si ad exteriora depellant̃ fiũt putredines & deſudationes. In autumno,Hippocrates dixit,multa æſtiuorum naſci: Febres quartanas,errantes,hydropes,phthiſin,ſtrãgurias,liẽterias, iſchiades, ſquinantes, ilios, anhelitus, melancholias. Quod dixit inde intelligitur,quia æſtatis finis, & initium autumni ſibi uicinantur.Humores colerici in æſtate naſcentes ex nimio calore accenduntur,in coleram nigram mutati, unde quartanæ naſcuntur, maniæ, ſplenes ex ſplenis magnitudine, hydropes. Si humores melancolici ad inferiora deſcenderint, ad ſtomachum & inteſtina, fit diſſenteria, & inſtrumenta ſpiritus propter ſiccitatem temporis exiccantur. Vnde phthiſis naſcitur. Propter frigiditatẽ aëris quæ nociua eſt neruis, ęfficiũtur iſchiadici. Si humores colerici in uiã ueſicæ deſcenderint,ſtranguria fit.Si in guttur,ſquinantia.Si in pulmonem anhelitus. Si in inteſtina,apoſtemata & ilios generat.Febres quas inordinatas Hippocrates dixit ex inſtabilitate ueniunt tẽporis.Sicut alibi dixit.Quãdo eadem die aliquãdo quidẽ æſtus,aliquando frigus, autumnales quidem ęgritudines expectantur.Naſcunt̃ & aſcarides,lumbrici,dolores pręcordiorum & alij morbi peſſimi,ex nimia fructuum æſtiuorũ cõmeſtione, & aëris inſtabilitate. Dixit itẽ: Hyeme naſcunt̃ pleureſis, peripneumonia, coriza,branci, tuſſes, pectorũ, laterum & lumborũ dolores, capitis uertigines. Pleureſis,& peripneumonia ex flatu frigidi aëris,quia membra ubi naſcuntur iſta,non poſſunt frigiditatem pati aëris,propter neceſſitatẽ anhelitus.Si frigidum & ſeptentrionale ſit tempus,tuſſis ſequitur: Nihil enim inſtrumẽtis ſpiritus quam frigidus eſt aër nociuus: Branci & coriza, epilepſia & apoplexia. Dolores capitis ex paſſionibus ſunt nimiæ frigiditatis & abundantia phlegmatis.

Quid faciant ſi naturalem curſum exeant. Cap. V.

DE temporibus naturam ſuam exeuntibus Hippocratis dicta ſequimur.Si hyems inquit ſicca & borealis fuerit,uer pluuioſum & auſtrinũ, neceſſe eſt in ęſtate eſſe acutas febres, ophthalmias, diſſenterias maxime pueris & mulieribus natura humidis. Hi morbi quos Hippocrates tetigit, ex putredine ſunt propter calorem & humectationem ueris. Quia ſi humores in hyeme fuerint coaugulati, uer accedens diſſoluit, & calefaciens putrefacit. Veniente æſtate magis & magis uidentur apparere. Dixit item alibi de eſſe temporis. Si in diebus canicularibus pluuia cum frigiditate, & uenti annales fuerint boreales,

morbi tunc naſcentes quieti ſunt & ſuaues, autumnus, ſanus. Si fuerit econtra humidis naturaliter pueris ſiue mulieribus mors eſt expectãda. Frigidi & ſicci ſalubriores ſunt. Si non & mortem euaſerint, quartanæ, & de quartanis hydropes ſunt expectandæ. Quod ideo dixit, quia canicula in æſtate eſt media. Si in hoc tempore aër frigidus & borealis fuerit, collectæ putredines, non nimium feruent propter æſtatis frigiditatem. Nec generatur nimia colera in corporibus. Vnde autumnus eſt ſanus, quia materia infirmitatis non inuenit. De frigidis & ſiccis ut de ſenibus dixit, quia materia nõ habet putredinis quæ ex calido & humido fit. Si æſtas nõ fuerit frigida, ſed calidiſſima, & uer præteritũ calidum & humidum, hyems uero pluuialis, mulieres & pueros natura humidos mortem expectare neceſſe eſt, propter nimiam putredinem & humorum ebullitionem. Si qui mortem euaſerint, quartanas incurrent, ſiue hydropes quia eos putridi incendunt humores, qui in coleram nigram mutantur. Item dixit: Si hyems auſtrina ſit & pluuialis, uer ſiccum & boreale, mulieres quibus partus ad uer ineſt, ex omni occaſione abortiunt. Si gignunt, imbecilles pariunt, ut aut ſtatim reſoluant, aut morbidi uiuãt ac tenues. Iunioribus diſſenteriæ & ophthalmię fiunt ſiccæ. Senibus catharrus, cito diſſoluẽs. Mulieres enim occaſione dixit abortire, quia humidæ ſunt naturæ, & tempus ſimiliter. Si uer frigidũ & ſiccum fuerit, cito perforat in interiora corporis, & percutiẽs fœtum occidit. Qui ſi ſit ſubitus, uuluæ calore priuatus, ſubito ex frigiditate moritur, & dum capita talibus implentur humoribus, uer frigidum ſubſequit, humores non digeruntur, ſed phlęgma efficiunt. Quod propter calorem hyemis phlegma ſalſum fit. Si in oculos deſcẽderit, ophthalmiã ſiccam facit. Si in inteſtina, diſſenteriam. Si in pectus uel pulmonem, catharrum. Si in uẽtriculo cerebri, apoplexiam. Si in aliquod latus, paralyſim. Hunc aphoriſmum ἐν ἀήτων ἀέρων, καὶ ὑδάτων, Hippocrates repetijt dicens, habitans in ciuitate uẽtorum, & aëris bonæ compoſitionis, & bona utimur aqua. Huiuſmodi homo eſt ſalubrior, Quod ſi econtra euenient contraria. Bonam dixit compoſitionem ciuitatis quæ in alto locata ſit, ut boreales eam perflent uenti. Mala eſt quæ in ualle ſedet. Dixit item in alio aphoriſmo. Si æſtas ſicca & borealis, autumnus pluuioſus & auſtrinus, capitis dolores ſunt in hyeme, tuſſes, branci, corizæ & ſimilia. Quod ideo dixit, quia capita implentur humoribus, maxime his qui humidæ ſunt naturæ. Cum autem frigida eſt hyems, claudunt humores in cerebro. Qui ſi ibidem permanẽt, faciunt dolores capitũ. Si deſcẽderint ad nares, catharrus fiet. Si in pulmonẽ & pectus, fit raucitas cum tuſſibus. Si ſtrictũ pectus & phthiſi perforatũ in phthiſin incidet. Aliquando hoc tempore paraliſis & epilepſia naſcunt. Hyemis enim frigiditas, capita plena humoribus perforat. Item Hippocrates: Si autumnus borealis & ſiccus fuerit humidis natura cõuenit ſicut mulieribus & pueris.

Abun

Abundantibus nimia colera ophthalmiæ,ſiccæ febres dominantur acutæ & maniæ. Quod ideo dixit quia homines calidæ & humidæ naturæ, aerē frigidum & ſiccum expetunt, qui eſt eorum temperamentum. Veniente uero hyeme ſi claudātur pori, non intus recludunt humores mali, unde morbus ſuſpicandus erit. Colericis ſubtilior humor corporis calore diſſoluitur æſtatis,& ſiccitate autumni. Groſſi autem humores remanent, cum ueniente hyeme pori claudūtur. Quod de groſſo humore ad oculos aſcendit, ophthalmiam ſiccam facit. Et ſi pelliculas intret cerebri, maniam gignit, & febres diuturnas ſi putreſcit. Item alibi Hippocrates. Conſtitutiones anni omnino ſiccæ pluuialibus ſunt ſaniores & minus mortiferę. Quod dixit quia abundantia pluuiæ generat multos humores humidos in corpore. Qui cū cito putreſcant, diuturnos morbos generant, ſicut alibi dixit: Ægritudines in multum pluuialibus ſunt febres longæ, uentris fluxus, putredines epilepſia, apoplexia & ſquinantia. Quia humectationes ex nimia pluuia multæ ſunt & frigidæ atq; phlegmaticæ. Quæ ſi putreſcunt, febres ad expellendū dureſcunt. Cerebrum quoq; in hoc aere nimijs impletur humoribus. Qui ſi deſcendant in cerebri uentriculos, apoplexiam & epilepſiam facient. Si in guttur, ſquinantiam. Si in ſtomachum uel inteſtina, fluxum uentris. Siccum tēpus,& non pluuioſum ſiccitati pertinet, corporū humores in hoc tēpore ſicci ſunt colerici, neq; cito putrefiunt. Qui ſi adunent in corpore, cito ex calore erūt acutę febres. Item Hip. Si ſiccitates augmententur, acutæ febres, gignentur,& aer ſiccus permaneat. Febris acuta & tertiana aliæq; naſcunt infirmitates, calido & ſicco attinentes. Quod dixit, quia hoc tempus ſiccitatis colericos humores gignit. Sed tamen his morbi temporibus non permanent diu, propter materiei uelocitatē & paruitatem repugnantes in putredinem. Vnde dixit Hippocrates: Sicca pluuialibus ſunt ſaniora.

Qui in unoquoq; tempore anni infirmitatē ſint paſſuri, qui euaſuri, qui longius habituri. Cap. VI.

IN ſuperioribus tetigiſſe nos meminimus quę accidant temporibus ſuā naturam explentibus ſiue exeuntibus. Quæ tamen non in omnibus uniuerſalia ſunt hominibus neq; ſingulis propria temporibus. Multi enim de prædictis non patiūtur accidentibus. Et in omnibus hęc cōtingunt temporibus. Neq; horū membrorū cauſa ſolis tēporibus illis eſt attribuenda. Quod ſi eſſet, determinatos morbos paterentur omnes. Conſtat ergo & alia incurrere,& hos morbos temporibus participare. Si enim cibus & potus, balnea & exercitia non ſecundum quod oportet diſponant mali chimi in corporibus inde adunantur. Qui quandocunque & qualicunq; tempore furioſi fiunt, ſecundum ſuas qualitates generant morbum. Solent morbi cōtingere ex complexionis diuerſorum corporū diuerſitate. Si em̄ homines calidæ ſunt naturæ, in calidis ſolent temporibus infirmare, frigidi in frigidis, ſimiliter de cæteris complexionibus compoſitis ſiue ſimplicibus in tem

poribus ſuam naturam aſſimilantibus homines infirmantur. In contrariis ſunt ſani. Vnde Hippocrates: Ægritudinum aliæ ad alias bene natæ ſunt ætates, aliæ ad regiones, horas dietas. Alibi. Secundum horas ueris & extremæ æſtatis, pueri & horum affines ætatibus bene degunt, & maxime ſani ſunt. Æſtate & autumno ſenes uſq; ad aliquid. Reliqui uero & hyeme medij ætate. Hæc enim duo tempora ſunt temperata. Pueri autē & horum uicini ſimiliter ſunt temperati. Cuſtodire ſanitatē intemperatis corporibus eſt ex ſimilibus. In intemperatis, econtrario. Vnde in fine ęſtatis & autūno ſenes dixit eſſe ſanos, quia hęc tēpora ſunt calida, ſenes uero frigidi. In fine autumni & hyeme ſani ſunt medij ætate, quia tempora ſunt frigida & humida, huic ætati contraria, quæ iuuentutis eſt extremitas.

De mutatione aëris propter ſtellas. Cap. VII.

STellæ quæ ortu uel occaſu ſuo mutant aërem tempororū anni, ſunt pleiades, canicula, cynoſura, helice. Vt aūt Hippocrates & Galenus teſtantur, pleiades æſtatis & metendi principio oriuntur. Hoc eſt in maij principio. Earum ortus eſt cum à ſole ſeparantur. Occaſus earum hyemis & ſeminandi eſt principium, cum ſol incipit aſcendere, & ipſe quaſi ad occaſum tendere. Canicula oritur 20. die iulij, cum æſtas mediat & æſtus eſt maximus. Cynoſuræ ortus, autumni initium. Mutatio aëris propter ſtellas ex earum eſt uicinitate ad ſolem, & earum longinquitate. Si enim ſtella ſoli ſit uicina, aër calefit. Calori enim ſolis iungitur ſtellæ calor naturalis, & augmentatur, maxime ſi ſtellæ ſunt maiores, ſtabiles uel inſtabiles. Inſtabiles ſicut Iupiter, Mars, Venus. Stabiles, ſicut procyon, canicula, cor leonis, oculi tauri, & ſimilia. Si ſole longe remoto, in ſimul ſtellæ hæ multæ cōuenerint, ſimiliter aër mutatur & calefit. Si æſtas fuerit, multus ardor erit. Si hyems paruus æſtus erit. Cum hæ ſtellę longe ſint à ſole remotę neq; ſuper nos poſitæ omnia contingunt contrarię, ut paruus calor in æſtate, multum frigus ſit in hyeme.

De mutatione aëris propter uentos. Cap. VIII.

VEntus eſt fumus ſiccus à terra diſſolutus, huius natura ſecundū loca ſibi eſt propria. Mutatio naturę terrę ex ſolis eſt uicinitate uel longinquitate, uel ex ſui curſus diuerſitate. Loca ſunt 4. oriens, occidens, ſeptentrion, meridies. Meridies, ortui ſolis dexter, calidus & humidus eſt. Calidus, quia cum ſol ab altitudine ſua digreditur, ibi aliquandiu immoratur. Humidus ex humiditate fumi maris, & humiditate loci. Ventus ergo ex hac flans parte, calidus & humidus probatur eſſe. Septentrionalis plaga huic oppoſita, & ſoli ſiniſtra, frigida eſt & ſicca. Quod cōtingit ex nimia remotione ſolis. Cum eñ ſol ad eam deuenerit altiſſimus eſt, & à terra remotiſſimum. Ventus ab hac parte ueniens frigidus & ſiccus eſt boreas uocatur. Oriens eſt ſolis ortus & temperatus. Quia licet ſol ibi naſcatur, cito tamen inde ſeparatur. Ventus inde ueniens eſt eurus temperatus, ſed tamen

men

tamen aliquantum calidus & ſiccus. Occidens ſimiliter eſt temperatus, ſed aliquantiſper frigidior & humidior. Hęc ſunt 4. loca mundi, eorumq́ uenti. Sunt & 8. alij iſtorum quaſi ſuffraganei, duo ex parte meridiei 2. ſeptētrionis 2. occidentis 2. orientis. Naturæ eorum naturales affines ſuorū principiorum, non tamen adeo fortes ſunt. Quorū unuſquiſq; dum mouet, natura aëris & corporum cōplexiones mutantur. Boreas enim corpora indurat, & confortat humores & ſpiritus carnificat, cerebrum ſanat, ſenſus ſubtiliat, motum confortat, coitum augmentat, contrahit malos humores, ne in aliqua diſcurrant membra. Quod ideo fit, quia exteriora refrigerat corporis, & calor intus adunat naturalis. Tuſſes facit & dolorem pectoris propter deſiccationem ſpiritualis inſtrumenti, digeſtionem & urinam ſtringit, dolorem oculorum parit, corporibus nocet frigidis. Auſter econtra, neruos emollit, corpora, humores, ſpiritus, & ſenſus turbat, inde grauitas auditus, uertigo oculorum, pigritia & motus ſunt, tarditas caput grauat, ter minus epilepſię mouetur. Virtus digeſtibilis & coitus deficit, quod inde cō ſequitur, quia hic uentus calidus eſt & humidus, cerebrum implens humidis humoribus. Quæ omnia humectatio & cerebri denotant defectionem. Defectio digeſtibilis fit ex humoribus à cerebro ad ſtomachum deſcendentibus. Occidentales & orientales uenti ex temperie ſui corporum ſunt temperatiui. Octo alij ſecundum naturas ſuorum principalium circa corpora operantur, ſed tamen mediocrius.

De mutatione aëris propter regiones. Cap. IX.

MVtatio aëris propter regiones quinq; partita eſt, ex loci altitudine & eiuſdē humilitate, & montium uicinitate, & maris propinquitate, ex natura pulueris terræ. Locorum cauſæ maiores ſunt alijs in mutando aëre. Loci ſunt 4. Orientalis, occidentalis, meridianus, ſeptētrionalis, aër frigidus eſt & ſiccus. Ciuitates ergo ſeptentrionali polo ſuppoſitæ, ſicut Saxonicę, Leuticę, frigidiores & ſicciores cōprobant eſſe. His aqua clara, aër clariſſimus, corpora ſaniſſima, color pulcher & rubicundus, corpora mollia & fortia, pectora lata, ſubtiles coxæ, quia calor naturalis ad interiora rediens pectoris, pectora dilatant, & coxas ſubtiliat & quia ad ſuperiora refugit, inde eorum capita & corpora ſunt fortiora, uita longa, mores aſperi. Quod ex abundantia colerę rubeę fit. Fœminę non multum concipiunt, neq; tamen abortiunt, quia eorum frigida eſt & ſicca. Cum anguſtia magna parturient, quod ex ſiccitate eſt earum. Ventres huius generis ſunt duri: Vomitus ſine anguſtia, & facilis appetitus boni, & cito digerentes. Quod ex calore eſt naturali ad interiora fugiēti. Stomachus mundificatus, potus non appetitur, quem nimia cōmeſtio tollit. Sępe crepantur in uenis & ſiphac ex frigiditate & ſiccitate nimia. Maſculi maxime patiūt pleureſim, peripneumoniā, alioſq; morbos calidos. Sunt empyici &

ſanguinē è naribus emittētes. Iuuenes, patiūt hęc & maxime in ęſtate ex corporū ſuorū calore. Pleureſis ex ſiccitate eſt uētris, quia calor in pectus aſcendit. Empyici ex paſſiōe ſpiritualis inſtrumēti propter ſiccitatē ſui. Ophthalmia, quia minoris ſunt ętatis, quā 36. annorū, & dolor iſte duriſſimus. Mulieres plurimę ſunt ſteriles, ſanguinis & menſtrui fluxus, plus q̄ oportet. Et anguſtia parturiēdi maxima lactis paruitas & phthiſis. Puerorū teſticuli aquoſi, ſimiliter penis. Sterilitas ex hoc cōſequitur, quia menſtrua ſecundū quod oportet prę aquę frigiditate, & ſui aſperitate non mundificantur. Anguſtia parturiendi propter frigiditatē & ſiccitatem eſt corporis. Lactis paruitas, quia ex frigida coagulat aqua. Phthiſis propter laborem partus, uenę in pectore crepant. Aqua diſſoluit in puerorum teſticulis, accedente ętate maiori. Aliquando iuuenes patiunt epilepſiā, tamen raram, ſed cum eueniat fortiſſimam. Hæ ſunt infirmitates quas patiunt ſeptentrionē inhabitātes. Qualitates meridianorū, iſtis oppoſitæ ſunt. Sunt enim ſecundū calidū & humidum, & hoc male temperatū. Multarum enim eſt putredinū. Aqua ſalſa & turbida currens per temporis ſuperficiē. Color cutis niger, homines ſicci, capita humida & phlegmatica. Phlegma nimium, de capitibus deſcendit in ſtomachū. Vnde appetitus, & digeſtio deficiunt, ex nimia frigiditate eorum. Calor diſſoluitur naturalis, dū ad exteriora exit. Vnde deficiūt corpora, mollia eñ ſunt & phlegmatica. Ex paruo potu facile inebriant, capitibus cito deficiētibus. Calor mutabilis & ruſtici mores, quieti & manſueti. Vitæ eorū parua. Si in corporib. puſtulę naſcunt, uel apoſtemata ad ſanandū ſunt difficilia ꝓpter humectationes nimias, putredines citas. Plurimæ infirmitates in maſculis diſſēteria, diarrhœa, febres periodicę & diuturnæ, inordinatę, cachexię humidę, & ad ſanandū citiſſime hęmorrhoides. Trāſeuntes annū 50. paralyſi laborāt. Mulieres ſāguinis fluxu fatigēt, & abortiūt frequētius. Pueri epileptici & anheloſi. Morbi quos patiūt raro pleureſis, peripneumonia, cauſon. Infirmitates in iuuenibus maxime, raro naſcunt, quia uentres facile ſoluunt. Vnde humidi humores purgant. Hæ qualitates ſunt regionū meridianarū. Regionū orientaliū, aër clarus eſt, parū ſiccus inter calidum & frigidū, tēperatus ſicut ueris cōplexiones habent. Aqua calida mollis, ſapore ſuauis, ſiue cœleſtis ſit, ut aqua pluuialis, ſiue terreſtris. Sole enim clarificat, quippe cū ſplendor eius ſit tēperatus. Neq; eſt ſalſa, cum non ibi diu ſol maneat. Neq; cruda, quia nō ab ea ſe elōgat. Colores lucidi cū rubore & albedine mixta. Carnes multę, uoces clarę, corpora ſana & fortia, morbi pauci, forma pulchra, mores nō ignobiles, herbę multę, arbores magnę multū generāt, quia propter qualitatū tēperamētum multę & perfectæ eorum actiones ſunt. Habitatores terrę huius nō ſuperbiunt, ſiue ſępe iraſcuntur. Sunt eñ manſueti & humiles. Ira ſiue ſuperbia ex calore naſcunt intemperato & multo. Regiones occidentales aërē habent nō tēperatū, ſecūdum

calidum

calidum & humidũ,groſſum & clarũ.Eorum aqua mutabilis turbida.Quia ſplendor ſolis nõ lucet eis in primis partibus diei,ut eorũ aquas,ſiue aërem digerat.Vnde multas patiunt infirmitates,& calor eorũ mutabilis eſt. Virtutes cito deficiunt,quia in ęſtate in principio diei quieſcunt, in ueſpere caleſcunt.Aër eorũ inęqualis,ſicut autũnalis, uoces raucæ. In omnibus anni tẽporibus morbos patiunt.Hæ ſunt qualitates regionũ occidẽtaliũ.Intelligere aũt oportet,qui regiones cuilibet harũ uicinãtqꝫ tẽperatę ſunt uel intẽperatę,ſecundũ eas quibus ſunt affines.Fiunt etiã mutationes regionũ ex altitudine ſiue humilitate locorũ.Altitudo eñ locorũ aërẽ habet clarũ & mũdificatũ,quia ſeptẽtrionales uenti ab altis naſcentes locis,ad altiora cito penetrãt loca.Aqua eorũ clara & ſubdulcis.Colores pulchri,fortes ſunt & ſani,parũ infirmant.Corpora eorũ magna,quia flatus clari aëris ad eos facile de altioribus locis peruenit.Humiles ſunt & quieti,neqꝫ multi ſunt laboris. Regiones in uallibus ſiue foſſis.Hyemalibus infundunt pluuijs,quę ab altioribus ad inferiora facile prolabunt.In ęſtate ſitiũt,aquã collectiuã & nõ currentẽ bibunt.Septentrionales uẽti ad eos nõ pertingũt.Tantũ igit meridiani & ipſi calidi iccirco eorũ aqua calida.Multũ infirmant,uirtutes eorũ euacuãt.Corpora parua atqꝫ lata,crura groſſa,pili nigri,cutis nigra ſiue liuida. Nõ multi ſunt laboris propter mollitiẽ corporis.Si autẽ loci nõ multũ ſunt calidi inhabitantes ſunt hydropici. Regiones mutant ex mõtiũ uicinitatib. Si eñ mõs meridiano uento eſt oppoſitus,& ſeptentrionalis ad eos perueniat,aërẽ frigidũ habẽt & ſiccũ.Eorũ qualitates ſunt ſicut & ſeptẽtrionaliũ.Si ſeptẽtrioni eſt oppoſitus,omnia ecõtrario ſequunt.Natura regionis ex uicinitate maris talis erit.Si mare ſit ex parte ſeptẽtrionali, de mari fumus aſcẽdit,qui mixtus aëri in regionẽ illã defert,& ita eius natura frigida eſt & ſicca.Si ex meridie,terra calidę & humidę erit naturę. Septẽtrionalis ergo ſeptẽtrionali,meridianę meridiana cõpetit.Mutatio regionis ex natura pulueris.Si petroſa terra fuerit,regio frigida & ſicca erit.Qđ aqua teſtat ꝑfluens frigidior ex lapidibus q̃ ſi ex luto naſceret.Si terra ſolida eſt & aſpera,regio erit calida atqꝫ ſicca,inhabitãtiũ corpora ſicca & macida.Si argilloſa eſt regio,frigida & humida eſt.Intelligendũ quoqꝫ eſt quia ſunt quędã regiões ſemper in eodẽ ſtatu permanẽtes,& ęquales, habitatorũ natura æqualis eſt in moribus,in forma,cutibus,ſicut Turcorum, Sclauorũ, Æthiopũ, & horum ſimiliũ, ſub recta linea,quia eorum mores ſunt æquales,manſueti,humiles, legittime uiuẽtes.Quod ideo eſt quia ſpermatis eorũ natura ſemper una eſt propter ciborum tempeꝛamẽta. Si autem regio aliqua prędictis duabus qualitatibus ſiue pluribus participat, tempora erunt diuerſa. Formã cutis & mores & omnia inconuenientia. Verbi gratia. Si montana nimis fuerint alta & aquoſa, diuerſa faciunt tempora, corpora inhabitantium ſana, boni caloris, mores aſperi, patientes laboris, quia eorum terra eſt montuoſa, exercitia plurima, ideo fortes ſunt & audaces, forma diuerſa.

Si terra eſt ſolida, aſpera & ualloſa, in hyeme aqua pluuia infuſa in æſtate calore ſolis excocta, tēpora eius ſuccedūt diuerſa. Incolarū corpora, dura, ſubtilia, fortia, ad operandum uelocia, iracundi, odioſi, male formati. In ueredi uerſos & multos patiunt morbos, propter nimiā hyemalis pluuię abundātiam. In artificijs ſubtiliſſimi quod ex ſiccitate terrę fit. Si ſubtilis fuerit & inaquoſa, ſimiliter diuerſa erunt corpora. Incolę formæ erunt ruſticę, mores eis duri, cutes rufę, alię erunt nigrę, homines iracundiſſimi. Si regio partim plana, & ſolida, partim montuoſa, aërem habebit mutabilē, per ſingula anni tēpora. Quia uenti & niues in eorū mōtanis ſunt ſemper. Calore ſolis accedente niues diſſolutę influūt uallem. Vnde inęqualitas eſt tēporū atq; morum. Hac eadem ſimilitudine conſiderandę ſunt & regiones alię. Oportet ergo medicū diuerſitatibus cognitis regionū cum ciuitates intrauerit, qualitates & ſitus cōſiderare regionis, & naturas aquarum & cibariorū. Deinde perſpicere in ſanorū cuſtodienda ſanitate, & infirmorū curanda infirmitate. Si aliquo dubitet, incolas regionis interroget, qui morbi ſępius in illis naſcant partibus & in ſingulis tēporibus. Sunt enim infirmitates quibuſdam regionibus priuatę, & quaſi naturales. Quę & ſi alijs gentibus ſunt peſſimæ, iſtis tamen non adeò ſunt nociuæ, ſicut Hippocrates dixit: Morbi cuiuslibet loci priuati, minus moleſtant incolas, quam extraneos. Non ergo medicus interrogationibus uerecundetur.

De mutatione aëris propter fumos. Cap. X.

SI in exercitijs qualibet terram inhabitantium, paludes, herbę, ſiue arbores fœtentes ſunt, ſiue in foſſis, ſiue in ſimilibus ubi ſedent locis, natura aëris mutata hęc cito putrefacit. Vnde illis locis incolæ ſæpe ſolent ęgrotare, & ex illa putredine cum fumi diſſolutione febricitare. Quorum color fit citrinus, cibus non bene digeritur, Eorum enim aqua putida cibum retardat. Sunt ergo ſine uirtute.

De peſtilentia aëris. Cap. XI.

AEr à ſubſtantiæ ſuæ temperamento mutatus in putredinē, ſiue quālibet peſſimam qualitatem peſtilentialis uocatur. Vnde loca illa inhabitantibus uniuerſaliter & æqualiter morbi dominantur, quia in diuerſis ſuis corporibus multa peſſima accidentia unum & eundem morbū facientia coadunantur, ſicut aliæ nationes, dolores nimij ſudores. In extremitatibus corporū frigiditates, in pectoribus calores, in linguis ſiccitates, in oribus fœtores, nimiæ anxietates, tetanus ſub hypochondrijs, uomitus colerici, ſolutiones, uentoſitates, urinæ peſſimæ, & diuerſæ, in alijs colericæ, in alijs melancholicæ, in quibusdam ſubtilis, in quibuſdam ſquamoſa hypoſtaſis, in alijs nigra, & multa peſſima accidentia. Hic autem morbus uocatur, epidemoſus, quia multiplex & ſubitus uno eodemq; tempore multis ingruens hominibus. Huius morbi cauſa eſt uniuerſalis, mutatio

mutationis circundantis aëris. Qui duabus mutatur ex cauſis, ex ſitu regio nis, ex qualitate temporis. Mutatio aëris propter locum ex fumo fit, diſſolu tio herbarum, fructuũ, ſiue ſimilium putrefientium. Qui dum aſcendit mi ſcetur aëri. Similiter ex fumo lacuum, ſpecuum, foſſarum, coporum mortu orum locum illum uicinantium, ſiue intra locum poſitorum, uel ex fumo multorum immorientiũ bello, uel ex peſtilentia beſtiarum. Vnde mutatur aër, plures mortificat homines. Quod contingit Athenienſibus de mortu orum Æthiopum corruptionibus. Mutatio ſubſtantiæ aëris eſt ex tempo ribus anni cum naturam ſuam exierint, ut ſi hyems calida fiat & ſicca, & ſi ne pluuia, æſtas uero pluuioſa. Ver frigidum & ſiccum, Autumnus calidus & humidus. Vnde locis peſtilentia euenit, & ſquinantes, facierum uarieta tes, peracute febres cum accidentium peſſimitate. Cauſa hęc minor eſt pri ore, ſicut Hippocrates teſtatur contigiſſe in Cranon ciuitate, de pluuia & calore. Sic ergo debet intelligi, mutatio aëris, ex temporibus anni. Quę nõ tantum homines mortificat, ſed & beſtias. Quod ex corruptionibus fit hu morum atq; ſpirituum. Aliquando hęc peſtilentia cadit in terra ſeminaria. Vnde fructus arborum & colores perdunt & ſuccidunt. Quos aliqui come dentes, peſſimas incidunt infirmitates. Non tamen corruptio hęc aëris cau ſa tantum fuit mortalitatis, ſed in morientibus humorum putridorum ma teria ſupergreditur, unde peſtilentia aëris eis aſſimilatur, unde facile & citi us corrũpitur. Corpora malis humoribus mundificata, & in cuſtodienda ſanitate non neglecta, in hac tantum peſte permanẽt ſalubria. Similiter per manent ſani, quorum complexio contraria eſt complexioni mutati aëris. Neq; ſolum non curant mutatum aërem, ſed etiam meliorantur mutatione eadẽ. Quod ſi nõ eſſet ubicunq; corrumperetur aër, infirmarentur & more rentur omnes. Sed dixit Galenus in libro de febribus: Ex nulla patitur cor pus corruptione, niſi corporis materia pręparata, & quodãmodo ſubiecta ſit corruptibili cauſæ. Nam ſi hoc eſſet, cum quidam ęſtiuo ſole, ſiue quoli bet alio accidente, febricitaret, alij eiſdem de cauſis febricitarent ſimiliter. Sufficit dixiſſe de aëris mutatione. Quam cum uniuerſaliter multis ſit peſti fera, epidemiam generaliter uocauit Hippocrates. Hancq; differentialiter alibi ita poſtea diuiſit.

Omnis epidemia: { Peſtilentialis / Localis / In eodem mortificans loco. } aut { Salubris / Non localis / & mortificat & mo ri bificat. }

De diuerſitate exercitiorum. Cap. XII.

QVia de rebus non naturalibus aëris nos circundãtis prout tempus expetebat iam expleuimus, de ſecunda parte, id eſt motu & quiete dicemus

dicemus,& de motu in primis incipiemus. Motus ergo generaliter in duo diuiditur. Vel enim animę motus & eius accidentia dicēt,de quibus poſtea tractabimus,uel ſunt corporis motus quos exercitia uocamus. Motus corporis uel ſunt temperati,uel intemperati,temperatus motus, temperatum calefacit corpus. Qui ſi parum exeat temperamentum,facit motum intemperatum,corpori nimium præſtans calorem,& aliquando ſiccitatem,propter humectationis diſſolutionē. Qui ſi modū egredit corpus refrigerat. Calor eñ naturalis diſſolutus ab eo expellitur. Aliquando refrigerat & humectat ratione dicenda. Si in uena ſiue membro non principali multa quantitas coadunata ſit,phlegmatis, motus accedens nimis eam diſſoluit. Et in aliqua ueniens membra nobilia ea refrigerat & humectat,unde totum corpus refrigeratur. Motus autem neceſſitates uidentur eſſe tres. Calorē eñ naturalem ſuſcitat & augmentat,ut actionem ſuam ſecundum quod oportet expleat. Secunda ut poros aperiat ad ſuperfluitates è corpore expellendas. Tertia ut fricatione ſua aſſidua corporis induret & confortet membra,ut quod agere debent operentur,neq; facile & cito patiantur. Qui motus uero eſſe uidetur aut uniuerſalis,aut priuatus. Vniuerſalis,quem ſecundum diuerſa ſua ſtudia homines exequuntur in uita. Hi principaliter in hominibus eſt conſiderandus. Eſt enim actio in homine ſtudioſa,ut in ferrario ferratura,in agricola agricultura. Sed exercitium eſt accidentale ſtudium. Quod rurſus in duo diuiditur,aut enim exercitij motus grauis eſt,ut in eundo & ponderoſa ferendo,in uno loco ſtando & tamen operando, ſicut fodere & fabricare,& ſimilia his oneroſa & laborioſa,uel non adeo fortis, neq; tedioſus,ſicuti mercari,ire,redire,argumentari,contendere,& ſimilia artificialia,ut ſuere, ſcribere. In his enim corporibus totum corpus mouetur. Priuatus motus exercitiū eſt,quod infirmis à medicis iniungit. Qui in duo item diuiditur,aut quod per ſe homo exequitur,aut quod per alium homo exequitur,aut quod per alium circa eum efficitur. Quod homo per ſe facit totum mouet corpus,uel partem corporis. Totū corpus ſicut luctari,multum girari. Vnde Lucanus: Sequana gens frenis in girū eſt optima ductis, & equitare,uenari. Pars corporis mouetur, ut ſi manibus lapides iaciant, uel à terra leuentur, uel citharizentur. In pedibus,ut ſi immoto corpore pedes tantum moueantur. In dorſo ſiue pectore,ſicut inclinare,erigere. In inſtrumentis ſpiritus,ſicut garrire,cantare,& alia huiuſmodi, unde corpora exercentur. Quod alius circa hominem operatur,ſicut fricare,cum mappa uel manibus. Fricare cum mappa adiuuat,quia febres elaborare naſcentes leuigat,digeſtionem cōfortat,impetiginem & morpheā alleuiat. Item motus generalis,quatuor fit modis,in quantitate,in qualitate,in uelocitate,in tarditate. In qualitate fortiter,uel leuiter ſiue mediocriter. Fortiter ut motus ille qui naturaliter eſt fortis,ſicut fodiendi, arandi, luctandi, uel qui ad

uelle

uelle hominis efficitur,ut fricari de quo iam dixi,equitare. Ambulatio leuis ſiue mediocris preter aliorum quodlibet naturale. Quantitatē in his omnibus conſiderabis. Fortis ergo motus calefacit,indurat & exiccat corpus. Fricari duriter corpus confortat,indurat & ſubtiliat. Terminus cuiuslibet fortis motus ex ſpiſſitudine & grauitate conſideratur, anhelitus & etiam ex ſudore nimio perpenditur. Terminus fricandi cum corpus finetenus ſubtilietur,& cum prius durum fuerit,ſubtile emolliatur. Leuis motus cum corpus calefit,& deſiccatur. Leuiter fricandi motus,cum corpus aliquantulum rubeat & ingroſſetur. Mediocris motus cum corpus calefit induratur,& exiccatur,tamen ſuperioribus eſt mediocrius. Cuius terminus cum iam temperatum ſpiſſari incipit & anhelitus ſudorum iam per poros corporis egreditur. Mediocris fricationis motus cum corpus aliquantum infletur, rubeat,& emacreſcere incipiat. Hæ ſunt diuerſitates qualitatum motuū. Quantitatum diuerſitates,ſimiliter ſunt triplices. Aut enim multus & idem facit quod fortis in qualitate motus,aut debilis & mediocris idē facientes,quod duo qualitates ſuperiores. Iſtos etiam tres motus in uelocitate debebis conſiderare. Qualitatis & quantitatis motus,ſi ad ſe inuicem componātur,nouem reddentur. Si enim eſt fortis & multus, calefacit & exiccat ultra modū corpus,& ita uirtus diſſoluitur, & deficiente uirtute naturali refrigeratur. Si fortis & paucus moderātius calefit & exiccatur corpus,neq; enim uirtus diſſoluitur. Si debilis & multus,facit quod fortis operatur. Si debilis & paucus,facit quod per debilem fiebat ſuperius. Si mediocris & multus,facit qđ fortis. Si mediocris & paucus,facit quod debilis motuş. Diuerſitates motuum ſecundum uelocitatem & tarditatem. Si uero uelox ſit & ſpiſſus,idem quod fortis operabitur. Si rarus facit quod debilis. Si mediocris multus & uelox facit quod multum fortis,ut diſſoluatur uirtus & calor naturalis refrigeretur. Si fortis paucus & rarus,idem facit mediocri. Si fortis cum mediocri inter uelocitatem & raritatem & multitudinē & paucitatem,facit quod fortis. Si debilis cum pauco & raro,facit quod multum debilis. Si debilis inter temperatum cum multo & pauco,& inter temperatum inter uelocem & rarum facit quod mediocriter debilis. Si mediocris inter fortem & debilem cum ueloce & multo,facit quod multū fortis. Si mediocris inter fortē & debilem cū pauco & raro,facit quod motus ſubtēperato & ſuper debile. Si cōponant adiuuicem 3 mediocres, facient quod motus ſub tēperato & ſuper debile. Si tres temperati cōponant adinuicē,facient quod tēperatus. Similiter de motibus fricandi intellige. Motus enim iſte eſt triplex in quantitate,in uelocitate & tarditate,in qualitate. Durus enim erit ſicut debilis, & emollit durū corpus ſicut fortis; ſtringit & indurat molle ſubtiliatq; qđ ab eo depellit. Mollis fricandi emollit,ſicut debilis poros aperit,parum inflat. Fricandi motus inter durum & mollem tēperatus,facit quod inter for-

tem & debilem corpus indurans,confortans & augmentans. Multus deſie
cat & minuit. Paucus facit quod mollis. Motus inter multũ & paucũ,facit
qd' tẽperatus inter molle & durũ.Similiter inter uelocẽ & rarũ & multũ,fa
cit quod durus & mollis tẽperatus.Similiter ij cõponanť,uelox,rarus, mul
tus,paucus,ſicut & ſuperiores motus Quorũ actiones hæ eadem erunt ſu
perioribus.Diſcordanť & aliter ſecundum artificiorũ in corporibus quali-
tates,ſicut ferrarij,aurifices & fornarij.Quia hęc artificia calefaciunt & ſic
cant.Balneantiũ calefaciunt & humectãt. Piſcatorũ & nauigatorũ refrige-
rant & humectant. Venatorum & cãpionũ exercitia, refrigerant corpora.
Vnde oportet perſpicacẽ eſſe medicũ,in diſcretionibus horũ & ſuperiorũ.
Ego tamẽ ſatis demõſtraui quid unuſquiſq; debeat operari.Motus qui & ex
ercitia uocanť,ſic circa corpora operanť.Quies ſibi oppoſita eſt uniformis
corpus refrigerãs & humectãs,augmẽtans phlegma,& nõ diſſoluẽs ſuper-
flua.Aliqñ tamen aliter calefacit quies.Si em̃ aliquis cui humores dominẽ
tur calidi & non temperati moueantur temperato motu, diſſoluunť humo
res per poros exeuntes. Si quieſcit claudunť pori, humores coadunãť cali-
di,unde calefit corpus ueris febrib.maxime ſi aër nos circũdãs ſit frigidus.

De actionibus. Cap. XIII.

ET ſi balnea motui non ſuccedant ex prædicta diuiſione, cum exina-
nitioni ſint ſubiecta, oportet tamen ea poſt motum poni, exercitia,
cum actiones earum ueniãt poſt motum. Sani enim poſt exercitia
utũtur balneis, ut humores exercitijs nõ diſſoluti,diſſoluanť balneis, & ſic-
citas humectetur, quæ exercitio colligitur. Mundificentur putredines ex
fumo ſudati corporis, & puluere collecte exercitij. Balneum ergo in cuſto-
dienda ſanitate ſanis eſt utile, ſi ante cibum, & poſt exercitia ilico fuerint
ſubſecuta. Balneum enim exercitio non præcedenti ſuperfluitatem cibi
prioris indigeſtam egerit, coaugulatos humores diſſoluit, qui per poros
erant ad exeundum parati.Similiter balneari poſt cibum ilico nõ oportet,
quia humoribus caput replet, & cibi indigeſti exeuntes in uijs aliquas faci-
unt oppilationes, unde ſi frequenter fiat, generatur hydropiſin, quam
qui euaſerint, licet poſt exercitia, & poſt cibum ſe balneauerint, rari ſunt
corporis, pori largi, de eorum corporibus ſuperfluitas leuiter diſſoluitur.
Qua propter exercitia & balneum pati nequeunt, quia & corpora inde de-
ficiunt, & ſubtilientur ſi balneentur ante cibum. Vnde oportet ante balne-
um paruum accipi & temperatũ. Alijs balneum poſt cibum omnino eſt fu-
giendum. Quia uero ante cibum, & poſt exercitium ſanos iuuet balneum,
conſtat cum corpus reddat humidum, calorem confortet naturalem, &
bene faciat digeſtibilem. Auferat fatigationem, poros magnificet, & ſu-
perfluitates euacuet, dolores mitiget uentoſitates diſſoluat. Infirmos er-
go oportet balneari, ſecundum quod neceſſitas expetit, aut cauſa ſcilicet

euacuan

euacuandi,uel calefaciendi, uel refrigerandi, uel humectandi uel deſiccandi. Prodeſt etiam ſcabioſis ut humores diſſoluantur intercutanei. Neruos humectat, catharros maturat, urinam de frigiditate prouocat, ileos iuuat. Solutionem aufert de potione. Multa etiã ſunt alia eius iuuamenta, quę dicentur cum de morbis quibus neceſſe eſt balneari tractauimus. Dixit tamen Galenus euacuationes cum balneo & exercitijs ſubtilibus prodeſſe humoribus, iam cutem ad exeundum uicinantibus. Humores groſſi neq; cum balneo, neq; cum exercitijs ſunt euacuandi, ſed potius eis nocent, ſi nõ prius eos aliter ſubtilẽt. Balneũ tribus ex cauſis mutat qualitates corporis, ex ſuo aëre, uel ex ſua aqua, uel ex eius operatione diuerſa. Aër balnei eſt triplex: Eſt ẽm primę caſę aër qui tepidus non calefacit corpus. Aër ſecundę caſę eſt mediocris, qui nõ multũ calefaciẽs corpus, mediocriter diſſoluit humores. Tertię aër multũ calidus eſt & multũ calefacit diſſoluẽs & euacuans corporis ſuperfluitatẽ nimiam. Hic actiones ſuas duobus modis diuerſat naturaliter, uel accidentaliter. Naturaliter, quia ſi paruo tẽpore ibi nõ immorãs ſudet, humectať & calefit corpus, humectať quia aër balnei humectationẽ interiorẽ ad exteriora trahit. Sed qa parũ in balneo eſt moratus, humectatio in mẽbris remanens humectať. Calefit, cum calidũ balneũ ſit. Si multũ immorabitur in balneo & multa quãtitas ſudoris egrediť, corpus calefit & exiccať. Calefit, propter aërẽ balnei, deſiccať, quia humectatio cum ſudore euacuať. Si mora parum excedat modum refrigerať, & exiccať corpus, qa calor naturalis diſſoluiť, humectatio corporis euacuať. Vnde neceſſe eſt deficiat uirtus. Si quis multum & ultra modum immoreť, humectatio exiccatur, calor naturalis extinguitur. Vnde mors ſubſequitur. Actio balnei accidẽtaliter ſi in corpore colerici & calidi ſint humores, & ipſi bene digeſti corpus refrigeratur, ex aëre balnei ex humoribus euacuatis, ſicut in tertiana uera eſt uideri. Item accidentaliter balneum refrigerat, cum crudis humoribus corpora ſunt plena, qui dum calore diſſoluantur fluentes, uias oppilent, & aër balnei introire prohibetur. Aliquando humores colerici balneo diſſoluti, & per membra ad ſtomachum fluidi, defectionẽ faciunt ex ſubtilitate nimia. Aliquando in aliquibus membris humores ſunt peſſimi, qui cũ membratim diſcurrant cauſa balnei, humoribus admiſcenť bonis, illosq; in ſuam peruertunt naturam. Vnde uitãda ſunt balnea apoſtematicis febricitantibus & ophthalmiacis in initio ſui morbi. Sed cum iam materia ſe maturauerit, ſuccedat balneari. Quid aqua balnei faciat, dicendum eſt in præſentia. Omnis aqua balnei, aut dulcis eſt aut non dulcis. Dulcis aut calida aut frigida. Non multum calida calefacit & humectat, poros aperit. Aliquando accidentaliter refrigerat, cum calorem naturalem, & humores colericos euacuat. Multa eius ſunt iuuamenta, ſicut in aphoriſmis dixit Hippocrates. Diſſoluit enim & mitigat dolorem, expellit ſuperfluitatẽ mem-

bris ſuauem prꝑſtat humectationẽ. Humores indigeſtos egerit, cutem ſubtiliat atq; emollit, uentoſitatem crudam diſſoluit, ſomnũ dat, rigorem in febribus mitigat, ſpaſmum diſſoluit & tetanum. Incenſiones ex ſolis ardore refrigerat in capite. Oſſium iuuat fracturas, maxime ſi oſſa carnibus ſint nudata. Quę omnia in maſculis & iuuenibus imò omnibus conſideranda ſunt ætatibus. Hęc omnia ex autoritate Hippocratis, utilia ſunt in aqua balnei, aqua calida & dulcis, ante cibum & poſt digeſtionem cibi corpus humidum facit, humorum abundantiam diſſoluit. Quod de cibis indigeſtum remanet in ſtomacho uel inteſtinis diſſoluit, calorem confortat naturalem. Si quis poſt paucum cibum ſe balneat, corpus humectat & impinguat. Si multum calidum, calefacit multum, & humectat parum. Parum calidum humectat multum, & calefacit parum. Si quis cibo adhuc indigeſto balneat generantur in corpore groſſi humores atq; phlegma, pororũ oppilationes. Quia ſi cibus de ſtomacho ad epar uadit crudus, phlegma neceſſe eſt inde generetur. Phlegma enim nihil eſt aliud quam cibus mediocriter digeſtus. Item in aphoriſmo: Multum calidum carnes effœminat. Neruorũ facit incontinentiam, mentis ſtuporem, ſanguinis fluxus, defectionem ſpiritus, quibus mors ſubſequitur. Item Hippocrates in quodam loco dicit: Conſtipati non debent balneari, quoad feces emundentur in inteſtinis. Neque ſoluti uentre ſecundum criſin, quia balneum aufert ſolutionem. Neque uomentes & anguſtiantes ne forte patiantur defectiones. Neque in ore ſtomachi humoribus abundantes, neque quantum aut pluſquam ſufficit ſanguinem è naribus emittentes. Illi ergo tantum balneentur, quibus non quantum ſufficit emittitur. Item Hippocratęs, & illi balneentur, quibus neceſſe eſt ſanguinare è naribus neque tamen ſanguinantur. Si quis in aqua frigida & dulci balneetur, corpus refrigeratur, & humectatur. Aliquando tamen accidentaliter calefit ex pororum conſtipationibus & caloris in interiora concluſionibus. Vnde poſt cibum balneari digeſtiuæ conuenit uirtuti. Aquæ frigidæ balnea tres habent differentias. Ex figura, ex ætate, & ex tempore. Si enim balneans in aqua frigida ſit pinguis atque iuuenis, hocq; faciat in tempore æſtatis membra confortantur, calor naturalis augmentatur. Quod ut fiat, corpus fricari oportet ante balnea, ut fricatio poros aperiat. Si corpus ſit macidum aquæ frigus perforat interiora membrorum, principalia membra refrigerantur, quia calor naturalis congelatur. Vnde fiunt homines taliter patientes ſicut in hyeme ſerpentes. Qui cum præ carnis paruitate hyemali penetrẽntur frigore, calor eorum naturalis debilitatur, & quaſi exanimes refrigerantur, & licet ſæpe manibus ſint tacti, tangentes tamen permanent illæſi. Similiter macidis ex aqua frigida contigit. Nocet aqua etiam frigida ſenectæ, & maxime in hyeme.

Vnde

Vnde Hippocrates: Qui ſæpe in aqua frigida balneantur, ſpaſmum, tetanum, membrorum nigredines, & rigores in febribus. Item Hippocrates: Aqua frigida inquit, ſpaſmaticos ex plenitudine adiuuat. Iuuenes tamen & carnoſos in æſtatis medio, quia calor naturalis includitur corpori. Vnde plenitudo egeritur, ex qua fit ſpaſmus. Adiuuat item apoſtema calidum rubori finitimum, & ex calore dolorem arteticum. Fluxui etiam ſanguinis ſi non locum ſed ſibi uicina laueris ſubuenit. Quod bene Hippocrates præuidit: Si enim locus refrigeretur in circuitu, & pori conſtipantur, & ſanguis coaugulatur. Vnde neceſſe eſt fluxus conſtringatur. Poſt coitum uitandus eſt frigiditas aquæ, ſimiliter poſt labores, poſt uentris fluxus, niſi cum ſit ſuperfluus. Aliquando enim huiuſmodi aqua ſubuenit. Poſt uomitum, pharmaciam, & uigilias, uitanda eſt aqua frigida, quæ dari non debet frigida poſt pharmaciam. Aqua non dulcis balneum, corpus omnino reddit ſiccum. Si ſalſa ſit aqua, & calefacit & exiccat, adiuuat tamen contra humorem à capite in ſtomachum, uel pectus deſcendentem. Aqua ſulphurea calefacit, & exiccat dolorem neruorum, ex humiditate mitigat. Aqua aluminoſa, uentrem ſtringit, refrigerat & exiccat. Diuerſorum ergo balneorum, diuerſæ actiones ſunt, de quibus adhuc dicemus. In balneis fricatio cum unguento eſt, uel ſine ungnento. Sine unguento leuis fricatio, diſſoluit, emollit, aperit poros. Fortis calorem diſſoluit atq; finit. Carnem indurat & conſtipat. Temperata ſi ſit fricatio ab interioribus ad exteriora trahitur calor, & licet calefaciat, ipſa eadem tamen humectat. Si cum unguento frigido ſicut uiolato, roſato, humores diſſoluit, corpus emollit, poros aperit. Calido calefecit, & maxime diſſoluit. Vnde in febricitantibus humorem bene digerentibus per hoc ungere, chimorũ diſſolutio contrahitur. Si poſt balneum ſit unguentum calor naturalis in corpore conſtringitur. Si aqua dulcis fuerit & calida, calefacit corpus & humectat, quia calorem intus conſeruat. Si frigida & dulcis, refrigerans humefacit. Hæc uerba ſufficiunt ad hæc quæ balneo attinuerunt.

De cibis diſputatio uniuerſalis. Cap. XIIII.

OMnia cõmeſta uel ebibita, uel à corpore mutant̃, & ipſa poſtea in cõplexionẽ ſuam mutantia corpus, inde finita medicina uocant̃, ſicut pyrethrũ & alia ſimilia, eandẽ cum corporibus uirtutem habentia, uel corpora per ea mutant̃, neq; ipſa tamen à corporibus ſuperant̃, quę mortifera potio dicitur, quia eorum natura corpori eſt cõtraria, & fortior in qualitatibus & ſubſtantia ſua. De quibus dicemus planius, cum de ſingulari medicina diſputabimus, quædam mutant corpus, poſtq; in naturam corporis & ipſa mutantur, quæ medicinales cibi appellantur, ſicut lactucæ, ptiſanum, cepe, allia, & ſimilia. Quædam à corpore mutantur,

& in corporis ſimilitudinẽ uertunt, quæ ſolũ ſunt cibus. Hęc ẽm naturę cõuenientia corporis, & ſuę uirtuti ſunt habilia. De quibus duobus in præſentiarum dicimus, & neceſſitates, actionesq́; ſingulorum in corporibus. Quia enim animalium corpora rationalia, ſiue irrationalia interiori uel exteriori ſoluunt calore, ſolutiones autem iſtæ uiſuales ſunt, uel uiſui abſconſæ, ut eiſdem nutriẽdis cibi ſuccederẽt fuit neceſſe. Oporteret enim ex toto diſſoluerent, niſi horũ materia refocillarentur, ſuperueniens autẽ materia ſi ſolutionem corporis exuperat, corpus augmentat, & impinguat, ſicut in adoleſcẽtibus, & in his qui in augmẽto ſunt uidemus. Si uero materia cibi minor ſit diſſolutis, corpus minuitur, & deficit, ſicut uidemus in phthiſicis, ſed ſi extrinſecus accidẽtia diſſolutioni ſint æqualia, cõſeruãt in identitate corpora ſicut oleum uidetur facere in lucerna, non enim extinguit illa, ſi nec ſupra, nec infra oleum exiſtat. Quomodo enim corporum omniũ, ſiue quorundã diſſoluta in natura diuerſa ſunt, ſiue ſubſtantia neceſſe eſt itidem ſe habeant, & uicem eorũ replentia, iccirco cibi natura in qualitate diuerſa eſt ſine ſubſtantia. Oportet ergo medicum ſubſtantias & qualitates diuerſorũ noſcere ciborũ & potuum, & diuerſitate naturarũ & cõplexionum corporũ, ut horum noticiã regat, & cuſtodiat corpora. Sed diuerſitatẽ naturarũ & cõplexionum, tunc diximus, cum de cõplexionibus corporũ loqueremur. De ciborum ergo & potuũ diuerſitatibus reſtat tantũ dicamus. Ciborũ igit actiões in corporibus ſunt duplices, in qualitate aut ſubſtãtia, in qualitate, quia quędã cibaria ſunt calida, quædã frigida, alia ſicca, alia humida, alia moderata. Quorũ actiones ſi adeo ſunt magnę, ut corpus uix tolleret, in 4. gradu ſunt exiſtentes, ut alliorum & ceparũ calores. Si infra hanc ſubſiſtant in 3. medici gradu ponenda autumant. Si actiones paucæ ſunt & debiles, ut niſi magna ex inueſtigatione ad capiendũ ſint difficiles, in primo gradu erunt ſtabiles. Si actiones nec multũ fortes, nec multum debiles ſecundo gradu debent attribui. Idem in ſpeciebus & pigmẽtis debet cõſiderari. Ciborũ ſubſtantię diuerſitates, alij ſunt ſubtiles, alij groſſi, alij mediocres. Subtiles quorum licet multa ſit quantitas, corpori tamẽ paruũ ſubminiſtrant nutrimentũ. Groſſi qui cum ſint paruæ quantitatis, multã tamen nutricationẽ dãt corpori. Mediocres ſecundũ quantitatẽ ſuam corpus nutrientes. Singuli horũ corpus bene uel male nutriũt. Subtilis cibus bene nutriẽs corpus, ſicut pulli, perdices, phaſiani, aſcellę anſeris, gallorũ teſticuli. De herbis, lactucę. De piſcib. qui non adeo magnę ſunt quãtitatis, & ſquãmoſi, ſiue ſint aquæ dulcis, ſiue maris, & qui ſemper ſunt laborioſi. Aqua ubi capiunt, clara, terra petroſa. De uuis, clarã, aurei coloris & odoriferum, & ſimilia quæ dicenda ſunt poſtea Hæc aũt non laborantibus & ſe nõ exercitantibus cõgruunt, quia ſanitatẽ cuſtodiunt. Quorũ ſuperfluitas cito depellit cum ſit parua. Item diu infirmantibus hęc concordant. Sed nõ tamen his qui uires & corporũ uolunt

impingua

impinguationes. Cibus ſubtilis malum nutrimẽtum pręſtat corpori. Sunt naturalium, ſinapis, cepe, porri, eruca, omnis cibus ſalſus uel amarus, quia his calidi humores generantur. Si cibi colericos humores generant, licet corporis qualitates corrũpant, inde adiuuant illi qui phlegmatis ſunt uiſcoſi, cũ humectationẽ ſuã humectatione ſua diſſoluũt. Diuturnos itẽ morbos adiuuant, quia infirmitatis diſſoluũt materiã. Gal. in lib. ſubtilis regiminis: Cum huiuſmodi inquit & ſana cõſeruaui, & infirmitates diuturnas curaui ut non aliæ neceſſariæ eſſent medicinę. Item ſanaui multos nephreticos, arteticos, groſſitudines ſplenis, & epatis, & hos qui iã fere epileptici. Regimẽ tamen huiuſmodi ſubtilis eſt dieta cibi ſiue potus, quod bonum nutrimentum corpori cum multa quantitate ſuppeditat. Dieta mala & ſubtilis, ubi oportet, & quomodo conuenit & cum exercitijs. Groſſus cibus bene nutriturus corpus ęſt annalis agnus, porcus, uitulus, panis frumenti bene mundus, piſces magni, & durę carnis, pecudum epar, agninũ ſeu porcinum, recens caſeus, oua dura, uinum dulce atq; ſpiſſum. Hæc omnia laborantibus & exercitantibus ſunt conuenientia. Hiſq; ſimiliter qui uires & corporum uolunt impinguationes. Cibus groſſus & malos chimos ſubminiſtrat corporibus ſicut caro uaccina, & ultra annum ouina, camelina, caprina, caballina, oua dura, fungi, panis azymus. De membris, renes, cerebrum & ſimilia. Iſte cibus malus, & ſanguis quem generat eſt peſſimus, maxime tamen conueniens laborantibus. Qui & ſi in præſentiarum bene digerunt, in futuro tamen percuſſionem non euadunt. Mediocris cibus eſt ſicut agnus annalis, hœduli, gallinæ & ſimilia. Hæc cibaria omnibus ſunt conuenientia, & maxime complexioni temperatæ.

De granis. *Cap.* XV.

CVm de cibis uniuerſaliter ſit tractãdum, à granis nobis erit incipiendum. Cibus aut ex terra naſcitur, aut ex br utis eſt animalibus, Terrę natiuus, uel ex anni temporibus ſeminãdus, uel ex arboreis eſt fructibus. Ex temporibus anni naſcentia grana ſunt ut frumentum, hordeum, faba. Aut herbæ, ut lactuca, endiuia, aut herbarum fructus, ut cucurbita, mellones, aut radices, ut rapa, olera. Fructus arborei aut ſylueſtres ſunt, aut domeſtici. Cibus ex animalibus uel exambulabilibus uel natatilibus ſiue uolatilibus. Horum omnium quędam groſſa, quædam carnoſa, ut cerebrum, epar, ſplen, & ſimilia. Sunt & quædã ſuperflua, ut ſanguis, lac. Hinc incipiendum à grano, & in primis de frumento. Frumentũ omnibus granis eſt medius & tẽperamẽto propinquius. Sed tamẽ aliquantũ calori eſt uicinũ. Vnde humanis corporibus eſt acceptabilius. Imò om̃e granũ durũ, & põderoſum, groſſum quoq; & nõ albũ, magis eſt nutritiuũ. Albũ & nõ ponderoſum, eſt minus nutritiuũ. Frumentũ in aqua dulci coctũ, multo magis nutritiuũ, uirtutẽ augmẽtãs corporis, & maxime ſi coquat cũ carne.

Eſt bo

Eſt bonum habentibus exercitium & laborantibus. Sed tamen groſſi chimi
inde generantur. Qui uero comedunt, ipſum non coctum uentoſitatem pa-
tiunt. Lumbricos & aſcarides generat in inteſtinis. Panis inde factus natu-
ram eiuſdem frumenti comitatur. Quod ſi panis de frumẽto duro fiat & ſo-
lido, nutrit magis, quam ſi de leui ſit & raro. Panis qui de granorum fit me-
dullis & ſimila uulgo ſolet uocari, nutribilior eſt & indigeſtibilior. Vnde
conſtipationem facit iſteriorem. Panis ſecundus minus eſt nutritiuus, & ci-
tius digeritur. Quod fit quia multum eſt furfureus. Horum duorũ medio-
cris melioris eſt nutrimẽti. Panis coctus temperate, ut nec exteriora nimis
exuſta, nec interiora nimis mollia, bene fermẽtatus, & quantum ſufficit ſal-
ſus, nutriendis mediæ cõplexionis corporibus eſt oportunus, & his etiam
qui non multum exercentur. Azymus ſiue crudus, groſſitudinis eſt nutriti-
uus, & duriter digerendus, oppilationem epatis atq; ſplenis generatiuus:
Lapidum in renibus & omnium panum eſt peſſimus. Omnis panis de fru-
mento calidus eſt in gradu primo. Eſt tamen bonus laborantibus & ſe exer-
citantibus & calidiſſimum ſtomachum habentibus ita dico ſi bene digerit.
Quicũq; ergo cõmeſturus eſt azymos panes, uel alios ſuperius blaſphema-
tos comedat eum cum calidis atq; diureticis. Ametũ minus eſt nutritiuũ, q̃
quodlibet aliud de grano factum, & durius ad digerendũ. Qua propter cõ-
ſtipationes in epate facit & renibus. Sed conuenit tuſſientibus ex gutturis,
pulmonis, pectoris aſperitatibus, maxime ſi cũ ſaccharo & amygdalo pul-
tes conficiantur. Triticũ frigidum eſt & humidum, & ad digerẽdum durũ,
chimorũ groſſorum, & durorum generatiuũ. Quod ſi qui digerere poſſunt
nutrit eos multũ. Adiuuat tuſſientes, propter gutturis pulmonis, pectoris
aſperitates, ſi cum butyro ius inde fiat. Si autem cum portulaca, ſiue arno-
gloſſa ſit coctum, iuuat ſanguinis ſcreatum de pectore. Sed conſtipatis uiſce-
ribus inconuenibile eſt. Qui ergo in cibum, non ad medicinam tantũ eo uti
diſpoſuerunt, deſuper piper aſpergunt, & deinde ne noceat edunt calamen-
thum, uel origanum, ſeu zingiberum, & in poſtremis uetus uinũ bibũt. Fur-
fur calorem habet atq; lauat, diſſoluit & mundificat. Quapropter ſi cum ſac-
charo & amygdalis ius inde fiat, ex humiditate pulmonis tuſſientes ad-
iuuat. Quod ſi in pectore uel pulmone apoſtema fuerit, cõtra hoc ualere pu-
tandum eſt. Si cataplaſma locis inflatiuis ex uentoſitate apponatur, tumor
diſſoluitur. Hordeum frigidum eſt in primo gradu, ſiccum in ſecundo, mi-
nus nutriens frumento, ſed tamen uentoſitates generat. Confectiones de
hordeo factæ, & ptiſanum appellatæ, frigidæ & humidæ ſunt. Aqua eorũ
frigidior, ſed hoc ptiſanum calidam complexionem adiuuat, ſitiẽtibus pro-
deſt. Eſt enim utilius granis omnibus, cum ſit frigidum & humidum ſecun-
dum temperamentum. Acutis ualet ſebribus digerit materiam unde ge-
nerantur, Sitim extinguit, & naturaliter lauatorum eſt. Vnde fit, ut mẽbris
omnibus

omnibus cito diffundat, de ſtomacho & inteſtinis ſtatim effluit, ubi ſi incen/dentes inuenerit humores, facile expellit. Limoſa exteriora ſiue interiora mundificat. Quod cum ſit uiſcoſum loca incendio humoris combuſta re/parat. Eſtq; lubricum, ne guttur ſiue meri inuiſcet, ſeu ſtomacho, ſicut alia iura faciunt. Quæ cum hæc inuiſcent loca ſuperueniente febris ardo/re, exiccata anguſtiant patientes. Suauis eſt ſaporis, nullum rancorem ge nerans infirmis. Non inflat, neque uentoſitatem ullam apparat, ſicut alia ſolent grana. Fabæ enim pluſquam oportet coctæ non à ſua diſſoluan/tur uentoſitate. Has omnes habet ptiſanum utilitates, ſi ſic illud confici/es. Hordeum bonũ neq; uetus eſſe oportet, album, durũ, bene excoriatum atque piſtatum ut exterior pellis auferatur, neque tamen omnino tera/tur. Acceptæ menſuræ, quintamdecimam partem appone aquæ, & intra lebetem, ſiue ſtagnatũ uas quoq; cum temperato igne, id eſt, carbones tan tum ſuppone quoad tres menſuras illud totum religas, de hinc totum for/titer contere, & calore ſatage. Huius colamentum uocatur ptiſanum. Pa nis hordeaceus frigidus & ſiccus eſt minus quàm frumenti nutritorius uen toſitatis generatiuus, & cõſtipatiuus. Quem cõmeſturus cum unctuoſis eo utatur, ſicut caro craſſa eſt atque butyrum. Riza eſt calidum in gradu pri/mo, ſiccum in ſecundo. Vnde uentrem ſtringit, non multum tamen. Si mili um ſibi ſit admixtum, conſtringit nimium, maxime ſi ſit rubicundum. Sed ſi ſit album, lotum quoq; cum butyro & amygdaleon coctum non uentris eſt conſtipatiuum. Mitigat enim tantum dolorem & ardorem ſtomachi & in/teſtinorum. Cuius nutrimentum temperatum eſt, & digeſtiuum. Si cum lacte coquitur cõſtipationem facit, ſed humectat atq; nutrit. Panicium atq; milium frigida & ſicca in ſecũdo gradu ſunt, parum nutriunt, ſtiptica ſunt. Panis multo plus eſt conſtipatiuus. Vrinam prouocant, ad manducandum meliora, ſi cum butyro & lacte uel amygdaleon ſint cocta. Quibus admix/tis humectantur, & ſiccitas expellitur. Lentes frigidæ ſunt in gradu ſecun/do, ſiccæ in tertio. Vnde melancholicum generant ſanguinem. Quibus ſi ſæpe utitur, niger colericus efficitur, & melancholiam tandem patitur, ſi/cut cancer, elephantiam, maniam & ſimilia. Nocent item oculis, ſi ſiccæ ſunt complexionis. Humidis ſubueniunt, Et ſi cum exteriori corio coquun tur, ſolubiles. Sin aliter, ſtipticæ erunt. Meliores ad manducandum, ſi cum bliti excoctæ fuerint, uel cum ſpinachia, malua, uel atriplicibus. Peiores, ſi cum carne ſicca, quia plus melancholicæ ſunt. Ad digerendum duræ & uẽ/toſæ. Si cum medietate coquantur hordei, humectant atq; nutriunt. Fabæ ſi ſint uirides, frigidæ & humidæ, atque phlegmaticæ. Si ſiccæ, frigidæ ſunt & ſiccæ inflatiuæ, & uentoſæ, maxime ſi ſint ſine ſua corticæ ad dige/rendum duræ, ideoq; comedentes, ſtatim grauitatem capitis & uentoſita/tem & fatigationem ſentiunt. Quæ meliores ſunt ſi aquæ infundantur, &

poſtea igni aſſentur, uel excorientur, & bene coquantur, nullum uentoſitatem faciunt comedentibus, maxime ſi cyminum, piper, cinnamomum, alithimon eis admiſceantur. Si farina de eis fiat, & ſicut ius eas coquas cum amygdaleon, & ſaccharo, & calidas des bibere, adiuuant tuſſientes gutturis, pectoris, pulmonis aſperitates. Si cum tunica ſua in aceto coquantur, uentris iuuant fluxus, diſſenterias, uomitumq;. Facta inde farina, ſi faciem inde uel corpus lauas, cutem de lentigine, uel alijs maculis mundificat. Quarum nutrimentum eſt temperatum. Quas qui comederit, & uentoſitatem fugere uoluerit, cum calamentho coquat, uel origano, piper uel oleo. Virides comedens, zingiberum comedat, origanum, atq; ſalem. Cicer calidum eſt & ſiccum, quiddam tamen habēs humiditatis uentoſum & inflatiuum eſt. Vnde coitum mouet, ſperma augmentat & lac. Menſtrua & urinam prouocat. Aqua ubi coquitur cum cymino, cinnamomo, anetho, calefacit, & craſſos humores diſſoluit. Lapidem renum & ueſicæ frangit. Nigrum ad hoc fortis eſt quam album. Cicer etiam mundificat lentiginem, morpheam, & alias cutis maculas. Lupinum, in primo gradu eſt calidum, in ſecundo ſiccum, nimiam habens amaritudines, ſi non ſit coctum. Sed cum aqua & ſale coctum, dulcoratur, ad digerendum durum eſt ſi comedatur. Humores groſſos generat, multum nutricat. Vnde laborantibus conuenit, & ſe exercitantibus. Quod ſi digeſtibile uis facere, cum calamentho, origano, & ſale, oleo & opſomogaro comede. Si cum amaritudine ſua comedas, urinam & menſtruam prouocat. Fœtum mortuum expellit, lumbricos & aſcarides eijcit. Conſtipationes pororum, epatis, ſplenis, pulmonis aperit, aqua eius in qua coquitur. Huic rei plus prodeſſe uidetur. Fœnogræcum, calidum eſt in ſecundo gradu atq; ſiccum, ſolubile, ſi ante cibum comedas. Si in cibo, non adeo dolorem facit in capite, & abominationem. Aqua ubi coquitur colata, & cum melle mixta, ſolutionem facit uentris, menſtruum prouocat, parturientem mundificat. Fœnogræcum cum ficubus ſiccis, bene coctum, & poſtea colatum, ſi colato tantundem adijcias mellis, iterumq; coquas, quoad ſpiſſetur, ualet ad ueterem tuſſim. Pectus mundificat, & pulmonem de humoribus groſſis atq; uiſcoſis. Phaſelorum, alia ſunt alba, quæ & frigida ſunt & ſicca, alia ruffa, & ipſa calida, utraq; tamē inflatiua, ſed minus q̄ faba. Quę ſi coquant̃ cū oleo & opſomogaro ſinapi & cinnamomo, caruca, & origano, bene digerūt & nutriunt. Ruffum mēſtrua prouocat. Seſamū in primo gradu eſt calidū, in ſecundo humidum, plus olei habēs q̄ aliud granū. Vnde & emollit ſtomachū appetitiuā uirtutem deſtruit, abominationē facit, humores generat, uiſcoſos atq; groſſos. Quicunq; ardorem patitur in ſtomacho ex calore nimio, acuta potione uel forti uino, olei ſeſami, accipiat coeleariū unū, multū eñ

ſibi pro

ſibi prodeſt. Si quis comedere uult ſeſamum ut nõ noceat aſſatum cum melle comedat. Papauer album melius eſt ad comedendum quam nigrum, in tertio gradu frigidum & humidum, unde & pręſtat ſomnum. Nigrum facit conſtipationem mentis. Vtraq; tamen adiuuãt contra tuſſim. Album eſt ad hoc melius, ſi cum ſaccharo & melle comedatur.

De herbis. Cap. XVI.

LActucæ ſunt frigidę & humidæ in ſecundo gradu, omnibus herbis nutribiliores, ſanguinem meliorem alijs herbis generãtes, ſitim mitigant, ſomnum præſtant, ſiue coctæ ſiue crudæ. Libidinẽ auferunt maxime, ſi ſperma earum bibatur. Frigidi natura ſi cum menta & apio comedant. Scariola ſiue encliuia, lactucis eſt uicina, ſed minus frigida & humida, minus nutricat amara, epatis aperiẽs & ſplenis conſtipationẽ. Aqua eius ualet ictericis, iuuat ſuperpoſita calido apoſtemati. Naſcens in hyeme frigidior & humidior eſt ea quæ in æſtate. Malua mediocriter calida eſt & frigida, humida uentrem humectat, contra tuſſim adiuuat, aſperis, gutturi, pulmoni, pectori obuiat, ſi cum aqua & amygdalis cõmeſta, uẽtrem ſoluit. Blitis quæ & ſida, in primo gradu calida eſt & humida, uentrem humectat cõtra tuſſim adiuuat. Quam qui comederit, acetum & ſinapi admiſceri oportebit. Radix eius groſſa, phlegma generat, ſtomacho inconueniens eſt. Spinachia inter frigidũ & humidum eſt temperata, uentrẽ humectat. Contra aſperitatem gutturis pulmonis, atq; tuſſim adiuuat. Frigidus natura cũ cinnamomo & pipere comedat. Caulis diuerſæ eſt complexionis. Aqua frigida & humida uẽtrem emollit & mundificat. Volẽs uentris ſolutionem in aqua coquat, & aquam bibat. Conſtipationem cupiens, aquam proijciat caulem comedat, quia frigidus tenebras procreat ſiccis oculis. Humidis econtra facit. Bonus eſt cum carne craſſa, uel amygdaleõ. Melancholicis cõtrarius eſt. Blitis & atriplices frigidæ ſunt & humidæ. Sed atriplices humidiores, blites frigidiores. Vnde ſunt iuuatiuæ complexioni calidæ & ſiccæ & cauſon febriq; tertianæ. Sed tamen neq; conſtipatiuæ ſunt, neq; ſolutorię. Portulaca in ſecundo gradu eſt frigida, in tertio humida, calidam naturam adiuuat, frõdes congelatis dentibus proſunt, rami ſtiptici ſunt, ſcreatui ſanguinis ex pectore ꝓſunt, diſentericis & mulieribus in fluxu ſanguinis, de ſucco cataplaſma dolorem capitis, uel apoſtema de calore mitigat, frigidus natura cum menta, eruca, apio, comedat. Eruca calida eſt in tertio gradu, humida in primo, ſperma augmentat, cocta incitat, dolorem capitis generat. Oportet ergo cum lactucis miſceatur, ut calor temperet. Menta in ſecundo calida & ſicca, quiddam habens humiditatis unde ardor mouetur libidinis, epatis frigorem adiuuat, ſtomachi defectionem ex frigore confortat, abominationem uel ſingultum ex plenitudine adiuuat, digeſtiuam uirtutem confortat. Tarcha calida & ſicca eſt, confortans ſtomachum, nimis

tamen commeſtum moratur ad digerendum. Similiter menta. Naſturcium calidum eſt & ſiccum. Phlegma uiſcoſum, & groſſam uentoſitatẽ diſſoluit. Apium in tertio gradu calidum eſt & ſiccum, uentoſitatem diſſoluit, urinã & menſtrua prouocat, conſtipationem epatis & ſplenis aperit, dolorem gignit capitis. Coriandrum melius eſt inter potionem quàm inter herbas annumerandũ. Aliquando occidit. Aliquantula pars coriandri tantundem quantum lactucarum multa quantitas ad præſtandum ſomnum facit. Herba per ſe non eſt comedenda, ſed cum aliis coquendis, admiſcenda, odoratus boni cauſa. Maſticatum aufert allij & ceparum odorem fœtidum. Solatrum frigidum eſt & ſiccum in ſecundo gradu, urinã prouocat, conſtipationẽ epatis, ueſicę, renũ, relaxat. Apoſtemata adiuuat in his membris poſita.

De ramis. Cap. XVI.

HErbarum rami non gemmati, & adhuc uirides cõmeſti idem faciũt quod herbę quarũ fuerunt, ſed tamen plus nutriũt, & humidiores ſunt, ſicut aſparagi calidi ſũt & humidi, mediocriter nutriẽtes, ſperma generantes, coitum concitantes, urinam prouocantes, conſtipationem epatis & renum aperientes. Cocti in aqua cum oleo & obſomogaro comedantur. Domeſtici nutribiliores quàm ſylueſtres. Carabi frigidi ſunt & ſicci, caulibus ſimiles, minus tamen ſiccatiui, mali ſanguinis generatiui. Oportet autem comedentẽ prouidere, ut bene coquantur cum craſſa carne, aceto & obſomogaro.

De radicibus. Cap. XVII.

RApa calida ſunt & humida, groſſum cibum habentia, inflatiua, multum nutrientia, ſperma augmentantia, aliquantum diuretica. Radices in tertio gradu calidę ſunt & ſiccę, ſtomacho male cõturbantes, ibi inuenta, fœtidum reddentes ructatum, unde & uomituri comedunt. Malum faciunt nutrimentũ groſſum, & ad digerendum durum. Quãuis quidam ſolubiles eas eſſe dicant, quod falſum eſt. Cum enim in natura ſua ſunt indigeſtibiles, alios quomodo facient digerentes? Coitum mouent frondes melius quàm radices. Cepe in quarto gradu calidę & ſiccę parum quędam humidæ, coitum mouentes & inflantes, dolorem in capite facientes. Oportet ergo comedentes in aceto condere, uel lacte. Allia calidiora ceptis ſunt & ſicciora, maximum calorem capiti facientia acuta ſunt. Quæ ſi coquantur ardor ille amittitur, potioni quàm cibo ſimiliora ſunt, cocta magis nutriunt quàm cruda, ſanitatẽ cuſtodiunt, quia calorem naturalem confortant, digerere adiuuant. Conſtipationem uentris habentes caueant oportet, & capite dolentes. Porri minus his duobus calidi ſunt & ſicci, caput dolere non faciunt ſicut ſuperiora, coitum mouent, hæmorrhoides ad

iuuant

iuuant crudi ſiue cocti, uentoſitatem inteſtinorum expellunt.

De herbarum fructibus. Cap. XVIII.

Melongenia uetera & amara, calida ſunt & ſicca. Recentia, & non amara, frigida & ſicca. Cruda cõmeſta, ad digerendum dura, cocta faciliora cum aceto, appetitum adiuuãt, ſtomachum confortant, melancholiam generant, ad comedendum ſunt grata. Vnde quia non uitantur, ſubito nocent & citius. Cucurbita in ſecundo gradu, frigida & humida, parũ nutricat, unde conuenit febricitantibus & ſitientibus, & ex calore tuſſientibus. Quam ſi frigidi uelint comedere, apponant piper & alia ſimilia. Melones in ſecundo gradu frigidi & humidi, cito digeſtiui, quia colatiui. Vrinam prouocant, impetiginẽ & morpheam cutis inde lauatę mũdificant. Quod ſemen facit maxime, cito in humores ſtomachi mutantur. Galenus: Melones inquit in ſtomacho corrupti, uenenoſos humores generant. Sępe multum comedentes patiunt diarrhœam. Citrulli & cucumeres frigidi & humidi calorem & ſitim extinguunt, urinam prouocant. Sed citrulli frigidiores & aliquando ſtiptici. Si autem hos comedant, multam habentes coleram, ſitiunt quia conuertibiles ſunt. Melones palęſtini, qui & cucumeres dicuntur, ſarraceni frigidi ſunt & humidi. Sitientibus & febricitantibus acutas febres extingunt. Aqua eorum cum ſaccharo acutis febribus & ictericis ualet, cum ſpodio calori epatis, frigidi inde caueant ſibi. Canna mellis calida & humida in primo gradu, aſperitati ualens pulmonis, humores uiſcoſos de canalibus eius expellit, ſed inflat urinam prouocat. Muſa calida eſt in primo gradu & humida. Multum nutrit, dura eſt ad expellendum e ſtomacho, maxime ſi multa comedatur. Aſperitatem pulmonis adiuuat, & pectoris diuretica eſt. Valet uulneribus ueſicæ atq; renum libidinem augmentat. Fungi frigidi ſunt & humidi ad digerendum duri, multum commeſti generant anguſtiam in ore ſtomachi & grauitatem defectionis, melancholiam & phlegma generant. Quibuſdam ſunt mortiferi.

De arborum fructibus, & primum de ficubus. Cap. XIX.

Ficus in primo gradu ſunt calidæ. Virides in ſecundo humidæ. Siccæ, inter ſiccitatem & humiditatem temperatæ. Mediocriter nutriunt. Sanguinem alijs fructibus æſtiuis generat meliorem cito digeruntur, colatiuæ enim ſunt & ſolubiles, maxime ſi ſint maturæ. Tuſſientes adiuuãt, pectori, pulmoni, ueſicæ & renibus mundicias parant, maxime ſi aliud quid colatiuũ admiſceat. Sicut calamenthũ, origanũ, ameos, non maturę uentoſitatẽ faciunt maxime ad digerẽdũ duræ. Siccæ meliores ſunt. Sæpe & multum comedentes pediculis abundant maxime putridos

habentes humores. Qui comedet uirides, in fine oxiſaccharũ accipiat, ſiccas manducans nuces, uel amygdalas in fine habeat. Vuæ laudibus ficuum ſunt uicinæ multo meliores pellem exteriorem habentes tenuem, & multũ interius humorem. Sunt enim ſolubiles, contrariæ contrarium. In dulcedine perfecte calidæ ſunt & humidę. Acidæ & ponticæ frigidæ ſunt & ſiccæ. Acerbæ frigidiores & ſicciores. In hyeme durantes cęteris uuis ſunt nutribiliores. Vuæ cum cortice exteriori, & acinis cõmeſtæ, ad digerẽdum ſunt duræ. Sine his naturæ ſunt diſſolubilis, & digeſtibilis. Vuæ paſſæ naturaliter faciunt, quod illę unde fiunt, calidiores tamẽ & nutribiliores, parum pectus & pulmones adiuuant, ſi uiſcoſos habeant humores. Ma cidæ & nõ adeo carnoſę, ſtomachum cõfortant, minus calidę & ſtipticę. Volens eſſe ſolubiles, carnoſas comedat ſine acinis. Aquam ubi coctæ ſunt ebibens, multo melius erit ſolubilis. Mora frigida in primo gradu, humida ſunt in ſecundo. Bene matura ſunt ſolubilia. Immatura ſtiptica, frigida & ſicca, ſtomacho calido, & ſicco utilia. A ieiunis cõmeſta, digeſtibilia, et bonos humores generantia. Ecõtra cõtraria, maxime in ſtomacho humores inueniẽtia malos. Sunt enim conuertibilia. Coctana frigida ſunt & humida, & moris in actione ſimilia, tamen conuertibiliora, & peiores humores generantia. Perſica frigida ſunt & phlegma generant. Groſſior eſt cibus eorum quam coctanorum, ſed non facile cõuertibilia ſunt, facile ab oſſibus enodata, & ſeparata, tenera ſunt, & cito digeſtiua. Contrarię contraria. Mala granata frigida ſunt. Acida frigidiora, in humiditate & ſiccitate mediocria. Colerã extinguit rubeam, ſtomachum & epar confortant, abominationẽ remouẽt. Grana eorum ſicca, ſoluendo uentri ſunt contraria. Humores colericos cõtrahunt, ne diſcedant in ſtomachum. Dulcia inter calidum & humidũ, temperata ſunt & humida. Grana eorum tenera, tuſſientes ex calore adiuuant. Hippocrates in epidemia: Quędam inquit mulier cum pręcordijs doleret, & nulla res eam mitigaret, ubi ſuccus mali granati & farina hordei hęc tandem appoſuit. Præcordia os ſtomachi uocauit Hippocrates. Quod cum ex colericis doleat humoribus huiuſmodi cibis recreatur. Coctana frigida & ſicca, ſtomachi calorem confortantia. Non matura, ſtiptica & ad digerẽdum dura. Acida frigidiora, dulcia & odorifera inter calidum & frigidum mediocria. Stomatichos & cardiacos confortat, ſed tamen neruis inutilia. Pira matura & aquoſa ſunt temperata, aliquantulum frigida, magis quam coctana & mala nutritiua. Acida frigidiora, ante cibum cõmeſta, ſtiptica. Poſt cibum contraria. Confortant ſtomachum, fumum in caput aſcendentem contrahunt. Citrina mala in uirtute ſunt diuerſa. Cortex eius frigidus & ſiccus in tertio gradu. Stomachum & epar confortat ex frigore defecta parum cõmeſta. Si multũ, ad digerendum dura. Interior caro, frigida eſt & humida, ſtomachum grauat, phlegma generat. Bene digeſta multũ nutrit.

Acida

Acida pars frigida & ſicca in tertio gradu. Colera rubea inde extinguitur, appetitus excitatur. Cardiaca colerica mitigatur. Impetigo cutis inde lauata, mundatur. Congruunt febricitantibus. Diarrhœam & uomitum ex calore extingunt. Grana calida ſunt & ſicca, parum humida & unctuoſa, hæmorrhoides adiuuantia. Volens comedere nõ mundet, & bene maſticet, ante cibum cum melle manducet. Pruna & ceraſa, frigida ſunt in primo gradu, humida in ſecundo. Acida frigidiora & ſolubilia. Dulcia ſolubiliora. Acida calorem extinguunt. Sicca minus ſoluunt quam recentia. Sed tamen coctorum aqua, & cum ſaccharo ebibita, ſatis eſt ſolubilis. Dactyli bene maturi, ſed non paſſi, calidi ſunt & humidi, ſatis nutritiui, libidinem incitant. Paſſi ſolubiliores ſunt, & magis mouent coitum, dolorem generant in capite, non maturi ſed pontici ſunt ſtiptici, ſtomachi confortatiui. Hos ſæpe & multum comedẽtes, mali ſunt ſanguinis, & cito putreſcentes. Olearum duo ſunt genera, quia oleum emittit una, aquam altera. Olei emiſſiua, magis eſt nutritiua. Aquæ redditura ſtomachum confortat, præcipue cum aceto cõmeſta. Matura eſt calida, non matura frigida. Nuces calidæ ſunt & humidę in ſecundo gradu. Recentes minus ſunt calentes. Cortex interior ſubtilis eſt & parum conſtipatiuus. Nuces nutriunt mediocriter in capite faciunt dolores. Multum commeſtæ ſitis ſunt generatiuæ, & ueteres præcipue. Si quis cum ficubus ſiccis comedant, ueneno obuiant. Sanguis quẽ generãt non malus eſt. Auellanę calidę ſunt & ſiccę, ad digerẽdum durę, ſtomacho grauiſſimę multũ nutritiuæ. Quidã autem medici dicunt comedentes cum ruta ante cibum ſecuros eſſe contra uenenũ, & morſus reptilium. Manducatæ cum ficubus adiuuant cõtra ſcorpionũ morſus. Amygdalę inter calidum & frigidũ & humidum ſunt temperatę. Pectus adiuuant, pulmonẽ, cum ſint colatiuę mundificant, mediocriter nutriũt, cum ficubus ſiccis cõmeſtę ſolubiles ſunt. Amarę magis ſunt colatiuę pectoris mundificatę. Conſtipationem epatis & ſplenis aperiunt, urinã prouocant. Phiſtici inter calidum & humidũ ſunt temperati, ſtomachi & epatis cõfortatiui. Diuretici libidinis augmentatiui, cõtra morſum ualentes ſcorpionis.

De fructibus arborum ſyluestrium uel montanorum. Cap. XX.

XYlo carrata ſunt ſtiptica. Galen. recentia dixit non eſſe ſtiptica, ad digerendũ dura, mali ſanguinis generatiua. Cappari, calidi in tertio gradu ſicci. Cum aceto cõmeſti, conſtipationem aperiunt epatis atq; ſplenis, ſtomachum mundificant de phlegmate, ſolutionem uentris faciunt. Glandesq; & celſi, frigidę ſunt in primo, ſiccę in ſecundo. Stipticę, & ad digerendum durę, multũ nutritiuæ, menſtruorum oppilatiuę. Caſtaneæ minus ſunt ſiccæ, inter calidum & frigidum temperate inflatiuæ, coitum mouent, multum nutriunt, duræ ſunt ad digerendum. Lentiſci in tertio gradu ſunt calidi & ſicci, ſpleneticos adiuuant, urinã & menſtruam

prouocant

prouocant,phlegmaticis ualent,coitum mouent. Oleum eorum paralyticis eſt optimum. Apoſtematibus ſplenis ſubuenit. Meſpilæ frigidæ ſunt & humidæ in primo gradu. Acidę tamē ſunt ſiccę. Priores phlegma generāt ſequentes calorem extinguunt. Iuiubæ frigidæ ſunt & humidæ,digeſtioni duræ parum nutritiuæ. Aqua in qua ſunt coctæ calorem & dolorem uiſcerum mitigant. Galenus tamen eas iniuriat dicens: Sanitati cuſtodiendæ,& infirmitati medicinandæ,neſcio quomodo poſſint ſubuenire. Sed hoc tantum ſcio,quia duræ ſunt in digerendo.

De cibis animalium,& ab ambulantibus incipiendum. Cap. XXI.

Omnis caro calida eſt & humida,nutribilis & generatiua ſanguinis ſed tamen alia plus, alia minus. Caro quadrupedum porcina, inter calidum & humidum temperata eſt,nutribilior & ſanguini generando melior,quam alia caro. Naturæ uicina humanæ. Vnde Galenus: Quidam inquit homines carnem humanam pro porcina comederunt ignorantes. Vnde probatur quia humanę carni aſſimiletur. Porcellina phlegmaticior & humidior,agnina calidior & humidior. Fœminina malū ſanguinē generat bene nutritiua. Caprina fœminina ſimiliter. Hœdulina eſt temperata,bonum ſanguinem generat,caprina malum ſanguinē generat, & melancholiam. Bouina multum eſt nutritiua,craſſa ad digerendum dura, melancholiam generat. Vitulina temperata, bonum ſanguinem gignens. Omne enim animal naturaliter ſiccum. Fœtus habet humidos, bonumq́ ſanguinem facit. Vnde annales agni & hœduli ſunt temperati. Boues ſunt ſicci uituli humidi & temperati. Agni humidi, annales temperati. Caſtratorū caro cito digeritur,& nutrit melius. Craſſa uentrem mollit,humectat,ad digerendum dura,macra deſiccat, facile eſt digeſtiua. Laudabilior eſt omnis caro, quæ inter craſſum & macidum eſt temperatior. Iuuenibus,& ſe exercitantibus raroſq́ poros habentibus conuenientior eſt caro pecudum iam adultarum, & bonum nondum in ætate perfectorum & caprorū caſtratorum. Non exercentibus uitulina,hœdulina. Omnis caro ſylueſtris illaudabilis ſanguinis generatiua,groſſi & melancholici. Sed tamen caprina leporina eſt meliuſcula.

De extremitatibus & uiſceribus eorum. Cap. XXII.

Lacerti in animalibus ad comedendum laudabiliores eſſe uidentur. Capitum cibus groſſus eſt & multum nutritiuus, ad digerēdum durus. Phlegmaticus,ſpermatis augmentatiuus, cerebrum humidius & faſtidioſus. Similiter medullę. Linguæ ſunt temperatæ. Pedes auriculæ & labra,ad digerendum ſunt facilia Mammillæ & teſticuli faſtidioſi ſunt & phlegmatici. Sed tamen peiores ſunt teſticuli. Oculi quia neruoſi ſunt, boni,& aliquantum faſtidioſi. Epar bonum ſanguinem generat, bene nutrit, ſed durus eſt digeri. Splen malum ſanguinem generat, & phlegmaticum.

Pulmo

Pulmo cito digeritur,& eſt phlegmaticus. Cor durum eſt ad digerendum. Si poſſit digeri, multum nutrit. Renes ſimiliter. Stomachus difficulter, & frigidum ſanguinē generat. Craſſa ſunt phlegmatica, ſed cum carne cōmeſta ſunt meliora. Vnumquodq; horum ſecundum naturā animalis, cuius membrum fuit eſt conſiderandum.

De carnibus uolatilium. Cap. XXIII.

VOlatilium caro ad digerendum eſt facilior, & omnium quadrupedum carne laudabilior, quia digeſtibilior. Gallina omnia excedit uolatilia, pulli & ſtarni. Perdices duræ ſunt, paſſeres calidi, turdi moderati, palumbes parui, calidi, melancholici, ſanguinis generatiui. Omnium uolucrū conſiderandæ ſunt naturæ, ſecundum eorū uictum & locum Anates & anſeres calidi & humidi, malorum chimorū generatiui, ad putredinem parati. Turtures melancholicum ſanguinem faciunt. Grues duræ ſunt & indigeſtibiles, ſimiliter pauones.

Quas qualitates accipit caro cocta. Cap. XXIIII.

CAro cum grano cocta, & maxime uaccina & bouina multum eſt nutritiua, exercentes & laborantes adiuuant. Cum aceto cocta, colericis & calidis hominibus cōuenit. Cum lacte uero multo eſt nutribilior, & phlegma generat, atq; frigidis ualet. Si cum caulibus melancholicum facit ſanguinem & eſt ſolubilis. Cum rapis calida & humida eſt, ſperma generat. Omne frictum calidū eſt & ſiccum, & deſiccatiuū. Quod ſi cū aceto ualet ſtomacho frigido & phlegmatico & defecto, quia cōfortatiua eſt. Aſſa calida eſt & temperata, ualde nutritiua, ſed ad digerendum dura.

De piſcibus. Cap. XXV.

PIſces recentes frigidi & humidi ſunt, uniuerſaliter phlegma generātes. Sed tamen naſcentes in mari, uel in aquis ſalſis, minus ſunt calidi & humidi. In petroſis naſcentes, omnibus alijs ſunt laudabiliores, maxime in magno flumine, claro & bene currente, ſicut tigri & euphrate. Iſti enim tenerę ſunt carnis, non uiſcoſi, & ſatis digeſtiui, boni ſanguinis generatiui, calidis & iuuenibus conuenientes, & phthiſicis, in calidis locis, & in ęſtiuis, & ægritudinē exeuntibus atq; defectis. Piſces mali ſunt phlegmaticis, & ſtomacho frigidis, teſticulis calidis adminiſtratiui ſpermatis. In lacubus naſcentes lutoſis ū e aquis, fœtidis & turbidis piſces ſunt peſſimi. Mali & illi qui in quietis naſcunt aquis. Hi em̄ uiſcoſi cōuertibiles & peſſimos humores in ſtomacho generantes. Piſces ſicci, ſalſi, calidi ſunt & ſicci, nimiam facientes ſitim, melancholicis, & colericis, phlegmaticis parum comedentibus non adeò mali. Cancri & teſtoſi atq; beſtini malorum ſunt humorum, melancholicis & phlegmaticis. Sed tamen cancri de aqua clara & dulci, fortiter q; currenti in aqua cocti ualent, phthiſicis & empyicis.

De ſuperfluis animalium, ſicut de lacte. Cap. XXVI.

OMnia animalium ſuperflua, uel ambulabilium ſunt, ſicut lac, uolatilium, ſicut oua, apum, ſicut mel. Lac autem uniuerſaliter frigidũ & humidum eſt. Acidum frigidius. Coagulatum ſiccius. Quod ex tribus componitur ſubſtantijs, terreſtri, aëria, aquoſa. Terreſtri caſeus, Aëria butyrum, aquoſa ſerum. Serum humores calefacit, uentrem ſoluit, colatiuum eſt. Caſeus cõſtipat, humores groſſos generat. Butyrum temperatum eſt inter calidum & humidum. Lacti ineſt horum trium una uel duæ qualitates: Quod uel ex natura contingit animalis, uel ex tempore, ex longinquitate, ſiue propinquitate generandi. Ex natura animalis, ſicut uaccæ generant lacte caſeum & butyrum. Vnde alio lacte eſt nutribilius, & à ſtomacho ad deſcendendum durius. Lac camelinum eſt aquaticum. Vnde minus nutribile, & cito digeſtibile. Iuuat ergo hydropicos. Caprinum inter hoc duo eſt mediocre, quia hæc tria in eo ſunt æqualia. Ouinum eſt medium inter uaccinum & caprinum, Lac aſininum, uel caballinum, inter camelinũ & caprinum eſt medium. Sed tamen aſininũ phthiſicis eſt optimũ, ſi recenter illud bibunt, cum ubera exeat primum. Quibus etiã lac mulierum eſt optimum, quę ſanorum ſunt corporũ. Omne enim lac ex infirmo animali eſt peſſimũ. Aliquando recens lac contra uenenum calidum ualet. Diuerſitas lactis ex tempore anni, quia in uere iam appropinquent ad generare, ſubtilius & aquoſius quam in alio tempore. Groſſeſcit, donec ad æſtatem peruenerit. In æſtate temperate eſt naturæ. Poſt exit à temperamento item tendens ingroſſari donec animal fœtum habuerit. Diuerſitas ex uictu animalis. Quia cum animal calida comedat. Lac calorem ſeruat, comedẽs ſtiptica, ſtipticum habet lac. Similiter in alijs. Sed ſi temperatam comederit herbam, lac temperatum erit. Lac aquoſum malũ eſt, qui epatis & ſplenis generat conſtipationes in renibus & ueſicis lapides. Lac conuenit pulmoni pectori atq; phthiſicis, ſi ſint ſine febribus acutis. Febricitantibus malum eſt & caput dolẽtibus, phreneticis, epaticis, ſtomatichis, colericis. Aliquãdo tamen ſi cum calida petra, uel cum ferro excoctũ ſit, iuuat ſtomatichos, diarrhœicos, diſſentericos. Caſeus recens laudabilior eſt, quia cito digeritur ſiccus uel ſalſus eſt peſſimus, ſitim faciens & capitis dolorem, epatis conſtipationem, in renibus lapidem. Quanto ueterior, tanto peior, recentior, melior. Butyrum eſt temperatum, ualens ad pectus & pulmonẽ purgandum. Si in his apoſtema fuerit, butyro & melle matureſcit. Oua gallinæ laudabiliora ſunt, de hinc perdicum, & ſturnorum, ſi recentia ſunt. Vetera uel in calido loco facta mala. Anſerina uel anathina, uel ſtruthionũ dura et indigeſtibilia ſunt, in renibus generatiua lapidum. Meliora in aqua mediocriter cocta, dura ſunt & indigeſtibilia. Fricta uel alia confectione mixta, ad digerendum dura, humoremq; malum generãtia, ſicut colericam paſſionem in

renibus

renibus lapidem, epatis & ſplenis conſtipationem. Oũa non bene cocta, & cum calore ebibita, aſperitatem gutturis iuuant & pectoris. Si in aceto cocta, diſſentericos iuuant.

De melle & ſaccharo. Cap. XXVII.

Mel in ſecundo gradu, calidum eſt & ſiccum, frigidæ cõplexioni cõgruum, phlegmaticis ſenibus bonum ſanguinẽ generat, calorẽ naturalem confortat. Colerici & iuuenes caueant, quia coleram generat rubeam, calidos morbos & acutos, in æſtate maxime. In his enim corporibus prius in coleram rubeam, quam in ſanguine mutatur. Colatiuum eſt & inde laxatiuum. Acutum eſt unde ſitim cito facit. Multum comedentes faſtidientes facit & uomentes. Saccharũ eſt temperatum, ſed tamen aliquantũ calidum. Actio eius melli uicinatur. Mel uel ſaccharum cum farina cocta, ſunt indigeſtiua. Si cũ oleo amygdaleõ nutritiuũ eſt, ſed epatis facit cõſtipationẽ, & in renibus lapides. Si cum nucibus conficiat mel calidiſſimum, & coleram generat, & in capite dolorem, maxime & iuuenibus. Hęc tamen omnia cum melle peiora, cum ſaccharo meliora.

De potibus. Cap. XXVIII.

Cum de potibus ſit dicendũ, ab aqua quæ uniuerſalior eſt incipiendũ. Quandoquidẽ ergo de cibis & eorũ diuerſitatibus diximus ſecundũ Galen. & experimẽtũ noſtrũ, oportet ut de potibus & eorũ actiõibus, & ad quid neceſſe ſint diſputemus. Ergo potus ex duabus cauſis eſt neceſſarius. Aut eñ humectat corpus, & quod humidũ de corpore diſſoluit reſtaurat, aut cibi groſſitudines diſſolutas ad loca portat remotiora. Potuũ genera, conſtat eſſe diuerſa. Eſt eñ aqua cuius actio ſuperius eſt dicta ſed corporis non eſt nutritiua. Quod ſi faciat, non ſua eſt natura, ſed rei cui eſt commixta. Eſt & uinum quod per omnes partes corporis portat cibum nutriens & calefaciens ſpiritum, ſanguinem augmentans, calorem naturalem confortans, & per totum corpus eum deportans. Sed cum in ſanitate cuſtodienda & infirmitate curanda aqua ſit magis neceſſaria oportet ne medicus aquarum naturas negligat, ut laudandas tribuat, non laudabiles caueat. Quædam enim eſt ſapida, quædam non ſapida. Sapida eſt clara, & non clara. Clara ad bibendum bona, ſi de fontibus ſit orientalibus. Lucida & clara leuis & nullius odoris, cito caleſcens & cito frigeſcens. Aqua huiuſmodi eſt acceptabilis, & cito non grauans ſtomachum, extra, eum refrigerans & humectans. Claritas enim eius ſignificat, quia aliud nihil ei admiſceatur. Leuitas & cito mutabilitas ſubtilem ſubſtantiam ſuam eſſe demonſtrat. Huius eſt ſecunda quæ inter æſtiuum & orientale, & æſtiuum occidentale eſt poſita, id eſt, ſeptentrionalis fontana. Aqua rurſus de lutoſis fluens montibus fortiter currens, & ſuper petram, uel clariſſimam arenam, ſicut alicuius magni fluminis, ſecundum tenet gradum ſanitatis, quia hæ

in hyeme ſunt calidæ, in æſtate frigidæ. Aqua non pura aliquantum eſt redolens & ſapida, uel turbida, uel quæ ex grandine & niue conficitur. Huiuſmodi aquę conſtipationem faciunt in epate, & lapides in renibus durę digeruntur, ſtomachum difficulter egrediuntur. Aqua putrida ſicut quorundã lacuum & paludum, ſeu lutoſa, ſiue in quam dormientes influunt ciuitatum putredines, calida & ſpiſſa, ſplenem magnificat, epar & ſtomachum corrumpit, cutem horridam facit, diuerſas febres gignit. Aqua pluuiæ cæteris aquis melior eſt & ſaporoſior atq; leuior. Leuior & mundior, ſicut Hippocrates dicit: Pluuia eſt fumus aquarum à ſole tractarum. Natura autem ſolis non niſi quod ſubtiliſſimum eſt trahit. Vnde aqua pluuia putredini eſt propinquiſſima. Quod ex ſubtilitate ſui contingit. Melior eſt tamen cæteris aquis & digeſtibilior. Sed cum putreſcat raucitatem generat & febres. Quod ſi non fiat, meliorem alijs eſſe conſtat. Ex putredine non eſt uituperãda, ſed potius ex ſubtilitate ſua laudanda. Omnis enim aqua cito putreſcẽs & cito corruptioni propinquans eſt ſubtilis. Aqua pluuia rurſus quæ ex tenuiſſima aqua conficitur, melior eſſe uidetur. Subtilitatem enim fumi unde oritur ſignificat. Poſt hanc eſt quæ cum tonitruo cadit. Tonitruũ enim motu ſuo in nebulam fumum ſubtiliat. Vnde aqua pluuia multum melioratur inter alias. Hæc bibitur frigida uel calida. Quæ cum niue frigeſcit naturaliter frigida eſt, ſicut de fontanis ſtomachum refrigerans & epar. Ieiunus nõ bibat, quia ſtomachum percutit, rigorem & contractionem facit. Mala eſt pectori, quia tuſſim gignit, dentibus non congruit, neq; neruis, nõ oſſibus, non cerebro, quia hæc membra ſunt frigida. Catharrum facit. Pectoribus ſanguinem ſcreantibus etiam ſi ceſſauerit morbus idem reducitur. Aquam frigidã non bibat ſimiliter qui ſtomachũ frigidũ & epar habet naturaliter, uel qui infirmans ex frigiditate eã infirmitatẽ eſt egreſſus. Neq; poſt coitũ eſt bibenda, uel nimia exercitia, quia calorẽ diſſipat naturalẽ. Vniuerſaliter dico, quicunq; aquã frequenter biberit frigidã, percuſſionẽ uel in ſenectute nõ euadit frigidã. Neq; in nocte poſt ſomnũ bibat ſitibũdus, quia calor naturalis extinguitur, niſi propter ardorem febrium, uel cibum calidum & ſalſum. Aquam frigidam cum niue ſiquis poſt cibum biberit, bonum appetitum facit, ſtomachum confortat, ut bene digerat. Sed tamen ſubita non eſt bibenda, uerum paulatim ſorbitanda. Nix & glacies ſi de bona ſit aqua, laudabilis eſt. Sed illa melior quę ſuper petram & mundam cadit in terrã. Cadens enim ſuper metallinos montes, uel terras ſapidas & fœtentes omnibus modis cauenda eſt. Aqua calida ieiunũ ſtomachũ lauat, & de ciborum fœtibus purgat phlegma, & omnẽ putredinẽ mũdificat, uẽtrẽ ſoluit. Sed ſi quis eam ſæpe biberit, ſtomachum emollit, digeſtiuam uirtutem turbat, totum corpus mitigat, ſanguis è naribus propter eam emanat. Aqua neq; frigida neq; tepida uentrem inflat, cum non tamen ſitim auferat. Sufficiant iſta de

aqua ſapida. Aqua nõ ſapida eſt ſalſa,& ſulphurea,picea,aluminoſa,uitrea, metallina. Salſa uentrem emollit,ſępe bibita,uentrẽ conſtipat,corpus deſic cat,pruriginem & ſcabiem generat. Sed tamẽ hydropicos & frigidos mor bos adiuuat ſi balneant uel bibant morbidi in ea. Aqua picea & ſulphurea ad infirmitates ualet frigidas,neruos calefacit,epar incendit. Aluminoſa re frigerat & ſiccat, ſanguinis fluxum & hęmorrhoiden ſtringit. Nitrea uen/ trem ſoluit econtra. De metallo ferri aqua uentrem conſtipat,membra cõ/ fortat,ualet ad dolorem ſplenis & apoſtemata. De metallo æris humiditati ſtomachi ſubuenit, ſtranguriã gignit. De metallo argenti aqua, refrigerat & deſiccat. Hæc omnia potui ſunt aduerſa, niſi ſecundum diuerſas medici/ nas, ſiue bibant, ſiue cum ipſis ſe balneent. Oportet autem ſi quis ex neceſſi tate cogatur ut in regionum uel locorum mutationibus ſecum portet, pul/ uerẽ aquæ unde ſolitus eſt bibere,& aquæ metallinę cõmiſceat,uel alij ma/ læ aquæ quã inueniat,& poſtea colatam eam bibat. Si autẽ calidę ſit naturę cum oxiſaccharo conſueſcat bibere. Si aqua ſit turbida,micatam de pane fa ctam, pannũ unde colaturus eſt ſuper inducat,& pannũ exiccari permittat. Si aluminoſa cum dulci potu miſceat. Si ſalſa, cũ hordei farina,& bis uel ter eam colet. Si corrupta, cum odorifero potu eſt admiſcenda. Si enim mala/ rum eſt aqua qualitatum,diuerſos gignit morbos corporum. Caueri ergo oportet,quod ſi non poſſit fieri, ciceris in aqua cocti aqua alteri corruptæ cõmiſceatur. Et ſimiliter marathrum & daucum.

De uino & mero. Cap. XXVIII.

Vinum quoddam eſt merum,quoddã de paſſis factum,uel melitum uel dactylicum,hordeiceũ uel frumentinum. Merũ uniuerſaliter calidum eſt & ſiccum. Nouiter autẽ ẽ torculari tractum in primũ tranſit gradum,neq; uetus ſecundum. Augmentať uel minuitur ſua natura ex longinquitate ſiue propinquitate prelorum. Quod multum eſt utile in cuſtodienda ſanitate, ſi in aqua ſit mediocre. Calorem naturalem cõfortat, eundẽ augmẽtat,& per om̃ia corporis diſpergit mẽbra. Animã refocillat, gaudiũ & audaciã pręſtat,uirtutẽ corporis augmẽtat. Colerã rubeã expel/ lit cum ſudore & urina. Colerã nigrã tẽperat,quia calefacit & humectat. So lida & dura mẽbra atq; ſicca ex labore & fatigatione nimia humectat. Defe ctionem ęgrotis tollit,uires reducit,corpora pingueſcit,quia appetitiuam uirtutẽ confortat,digeſtiuã adiuuat. Membra nimiũ ſicca ex ęgritudine diu turna humectatione aquę atq; cibi cito recreat. Diſſoluit inflationẽ & uen/ toſitatem, ſi quis temperatũ & nõ ad ebrietatẽ biberit. Frequẽter em̃ inde inebriati multas & diuerſas infirmitates paſſuri, turbationẽ mẽtis, ſtultiti am uirtutũ,defectionẽ animatorũ,qa uenis & cerebri uẽtriculis repletis,ca lor extinguiť naturalis & infrigidať. Vnde apoplexia generať, epilepſia co mitať,paralyſis ſeqť,tremor ſuccedit et ſpaſmus,actiões meri,diuerſitates

mutantur cōplexionum corporis & organi. Cuius meri natura 5. modis eſt diuerſa, in colore, in liquore, in odore, in ſapore, in tempore. In colore qa quædam ruffa, quæ calidiora ſunt & ſicca, cito digeſtiua, calidum ſanguinem generantia. Quędam ſubruffa ſimiliter calida, & boni ſanguinis generatiua. Alia citrina, cęteris calidiora, & omnia corporis membra perforatiua, ſanguinē colericum & capitis dolorem facientia. Alia nigra prędictis nutribiliora, citrinis minus calida, ad perforandū duriora. Alia alba, & minus adhuc calida. In liquore diuerſa, qa quędā groſſa, cęteris duriora, & nutribiliora. Alia ſubtilia parū nutriētia, ſtomachū cito exeuntia, dolorē colericum de capite auferentia, urinā prouocātia. Alia in liquore mediocria, in actionibus ſuis tēperata. In odore, quia quędā ſunt aromatica, quia odorifera, bene nutrientia, & ſanguinē bonum facientia. Alia odore horribilia, malum ſanguinē & capitis dolorem ex malo ſuo fumo caput aſcendente generantia. Sapore quędā dulcia alijs nutribiliora, groſſum ſanguinē faciētia, uētrem humectantia, ad digerendū dura, & ſitim gignentia. Alia pontica, ſtomachū confortantia, uentrē cōſtipantia, pectori & ſuę pertinentię nociua, inteſtinis cōgrua, ad digerendū dura. Alia acerba, quę & diuretica, groſſos humores diſſoluentia. Alia amara, minus calida. In tēpore, uetera ſunt calidiora, quę ſecundum longinquitatē uel proximitatē à torcularibus erūt calida. Quia ergo ſimplicia taliter ſunt conſideranda, horū qualitatibus ad ſe inuicē cōuenientibus ex ſuis cōpoſitionibus iudicabunt. Breuiter tamen dicenda, quę nō debeāt negligi cōpoſita. Ruffa uina alijs ſunt laudabiliora, ad tēperamentū generandū ſanguinem, & calorē confortandū naturalē, ſi ſint odorifera, liquore & tē perie mediocria. Subruffa groſſa & odorifera. His ſunt ſecunda cū & multum nutriant, & bonū ſanguinē faciant. Ruffa groſſa & pōtica in utilitate ſunt minora. Nigra groſſa & pontica ad digerendū dura, groſſum ſanguinē generātia. Nigra, groſſa & dulcia, his ſunt peiora. Alba groſſa parū nutriūt. Nutribiliora alba & ſubtilia, & diuretica calidæ naturę cōgrua, dolorē capitis qui ex humoribus eſt in ſtomacho collectis mitigantia, neruoſis mēbris amicabilia. Citrina ſubtilia, parū nutrientia, ſed tamen calidiora. Citrina groſſa calidiſſima ſunt & acutiſſima, ad aſcendendū caput uelociſſima, moleſtiſſimā ebrietatē faciētia, maxime ſi ſint uetera. Hę ſunt uinorū diuerſitates propter qualitatū ſuarū cōplexiones. Secundū cōplexiones autē ſingulorū corporū ſic naturę uini cōſiderādę ſunt. Calidis & colericis uina ruffa uel citrina uetera ſūt nociua, utpote diuerſos morbos generantia. Febres, capitis dolores, ebrietates duras, & diſſolubiles. Quæ ſi ex neceſſitate bibāt, multū aquę admiſceat, uel mūdus panis apponat 6. uel 4 horis anteq̄ bibat. Alba & ſubtilia noua ſunt iuuantia. Aquā em̄ mēbratim portant & refrigerant. Frigidis & phlegmaticis, citrina ruffa, & uetera ſunt habilia, bonū ſanguinē generantia. Alba groſſa atq; noua, & nō pura inconuenie̅tia

uenientia, quia humectãt & refrigerãt corpora, inflãt inteſtina, ſtomachus defecit eorũ cauſa. Cõplexionis tẽperatę uina ruffa & ſubruffa, inter nouũ & uetus mediocria, odorifera ęqualiter mixta, ſunt ſatis cõgrua, quippe bonũ ſanguinẽ gignentia, tẽperatim ebibita. Omnia alia uina eis ſunt nocitiua & laudibus priorũ cõtraria. Corporibus intẽperatis & in ſtomacho uel inteſtinis, colericis & capite dolentibus uel epate calentibus, ruffa citrina, uetera ſunt mala, alba & ſubtilia iuuatiua. In his aũt cõſiderationibus regionũ calor & ęſtiuũ tempus conſideranda ſunt anguſtiantibus. Groſſa & dulcia atq; noua ſunt inutilia habentibus phlegma, uel uẽtoſitatẽ in ſtomacho, uel in inteſtinis et frigidis uel cõſtipatis in epate uel uiſceribus. Ruffa citrina, dulcia, ſubtilia ſunt eis habilia. Defectis neruis uina nocent omnia. Vini em̃ proprium eſt ut neruos & cerebrũ infeſtet, hoc teſtat̃ Hippoc. Vinum, inquit, nocitiuum eſt capitis. Iterum: Vinum aquoſum & multum cõmixtum, humectat ſtomachũ ut deficiat, inflationẽ generat. Purũ graue eſt capiti. Sitim & coſtarũ titillationẽ facit. Ex his dictis prudens medicus & perſpicax cõſiderare debet dicenda. Vina de paſſis facta ſuperioribus ſunt uicina. Mellita calidiora & ſicciora coleram generantia frigidis & phlegmaticis ualentia, maxime ſi ſint aromatica. Dactylica cęteris uinis groſſiora & nutribiliora, melancholiam pariunt, minus calefaciũt. Omnis ceruiſia de quolibet uino facta groſſior eſt quam uina dactylica, & ad digerendum eſt duriſſima, conſtipans uiſcera maxime noua. Inflationem & uentoſitatem generat. Sed digerentes multum nutricat.

De potibus medicinalibus ſicut ſuccis. Cap. XXIX.

POtus medicinalis eſt oximel, oxiſaccharum, & his ſimilia. Oximel inter calidum & frigidum eſt temperatum. Si cum herbarum radicibus conficiat̃, calori uicinatur. Phlegma uiſcoſum diſſoluit, uentoſitatem deſtruit. Si cum ſaccharo om̃i ętati & regioni cõuenit, poros aperit, phlegma uiſcoſum diſſoluit, ſputa ſcreanda à pectore & pulmone expellit, acumen colere mitigat, omni infirmitati de colera & phlegmate commixtis ſicut hemitriteo proficit. Si cum aqua cõficiat̃ coctariorũ cõfortat ſtomachũ, & de putredinibus phlegmatis & aliorũ humorũ mũdificat eum. Virtutem appetitiuam excitat ægritudinem exeuntes confortat. Si cum ſcilla hydropicos adiuuat & epaticos, ſpleneticos frigidæ naturæ, aſthmaticos, & ex uiſcoſo phlegmate conſtipatos. Iulep temperatum & frigiditati & humiditati pertinet, ſtomachi refrigerat ardores in acutis febribus ualet. Mellicrate calori attinet, frigida membra refouet, colaturum eſt & diureticũ, aliquãtulũ nutritiuum. Syrupus roſatus refrigeratiuus, acutis ualens febribus, defectio appetitiua in ęgrotantibus confortat̃. Syrupus uiolatus, acutas febres extinguit, uentrem humectat, aſperitatem gutturis, & pecto-

& pectoris mitigat. Sirupus myrtinus, ſtomachum confortat, uentrem cõſtipat, diſſenteriã & duriciam aufert. Similiter de coctanis ſuccus operatur.

De naturis florum ſiue frondium. Cap. XXX.

RES odorifera & tangibilis aliquantulum mutatiua eſt corporis, ſed non adeo ſicut aër, cibus & potus. Odorifera tantum plus mutat cerebrum. Tangibilis exteriora membra ſicut cutem & ſibi uicina mutat. Quod cum fiat rei mutanti corpus oportet odoratus connectat & tactus, quæ rebus non naturalibus adiunguntur, ne promiſſiones noſtræ minuantur. Ab odoriferis ergo incipiamus, & ſuis in cerebro actionibus. Quid autẽ circa exteriora operẽt dicemus, cum de ſimplici practica medicina in ſubſequentibus diſputauerimus. Odorifera flores ſunt uel aromata nos autem à floribus incipiamus. Myrtus diuerſas habet uirtutes, quia põtica & frigida eſt, ſicca quoq; & aliquantulum amara, & ideo parum calet, & diſſolutiua eſt, unde iuuat cerebrum calidum & humidum. Roſa ſimiliter diuerſas habet qualitates, ſed frigiditati tantum attinentes, cerebrum refrigerat & exiccat. Sampſuchum calidum eſt & ſiccum, diſſoluens cerebri uentoſitatem & eiuſdem humiditatem ipſiusq; aperiens conſtipationem. Baſilicon calidum & ſiccum phlegmatis & groſſorum humorum diſſolutiuum. Dolorem capitis ex frigiditate diſſoluit. Succus adiuuat ſingultum ſtomachi ex frigiditate & plenitudine. Sambucum calidum eſt & ſiccum, atq; diſſolutiuum, in paralyſi & epilepſia, hemicranea phlegmatica, imò in omnibus morbis phlegmatici cereri ualet. Irion diuerſas habet naturas, tamen calori uicinas. Vnde diſſoluit omnes cerebri infirmitates phlegmaticas. Viola frigida eſt & humida, calorem & ſiccitatem cerebri iuuat, ſomnum præſtat. Citrinus flos frigiditatem iuuat cerebri & confortat.

De naturis aromatum. Cp. XXXI.

MVſcus maior eſt in aromatibus calidus & ſiccus in tertio gradu, deficientis ex frigiditate cordis confortatiuus. Membra deficientia confortat. Sternutationes de muſco & croco paralyſim adiuuant, cerebrum confortant. Ambra calida eſt & ſicca. Actiones ſuæ parũ diſſimilant muſco. Gariophylum in ſecundo gradu calidum eſt & ſiccum, frigidum iuuat cerebrum & defectum atq; melancholicũ, animæ & cordis eſt confortatiuum. Sandali in tertio gradu ſunt frigidi, dolorem iuuant frigidi capitis, calores cerebri ſunt refrigeratiui. Camphora in tertio gradu frigidi & ſicca calorem & ſiccitatem cerebri refrigerat, defectionẽ cordis & animæ ex calore confortat. Lignum aloë diuerſæ eſt naturæ, ſed tamen uniuerſaliter calidum eſt & ſiccum, adiuuans uniuerſaliter cerebri & ſtomachi humectationes, & eorum defectiones, animam, cor & omnia interiora mẽbra cõfortat. Macer inter calorem & frigiditatẽ medius eſt, ſtomachũ fouet, lienteriam ex defectione uirtutis contentiuæ adiuuat. Spica calida & ſicca

ſicca,ſtomachi & epatis frigiditates iuuat,diuretica eſt & menſtruam pro-uocat.Coſtum calidum eſt & ſiccum,defectionem confortans neruorũ,ua-lens contra uenenum.Omnia autẽ aromata calida & ſicca,cor,ſtomachũ, cerebrum ſunt confortatiua,ſed tamen fumo ipſum cerebrum replentia.

De naturis ueſtium. Cap. XXXII.

OMne ueſtimentum corpori appoſitum,neceſſe eſt ſit calefactoriũ, & aëris frigidi repulſiuum.Sed tamen & ipſa ueſtis calefit à calore exeunte poros corporis.Sunt autem ueſtes diuerſę quędam plus, quędam minus calefactoriæ ſicut lineę. Omne enim lineũ cum induitur re-frigerat corpus,& maxime ſi lixetur.Sin autẽ calefacit multũ, & humectat membra.Bombicinũ plus reddit calidum,& maxime ſi ſit ſubtile & tenerũ membra facit tenera.Quodcunq; ueſtimentũ eſt piloſum plus calefacit, & tenera membra reddit. Lene atq; rarum minus calefacit, & æſtati eſt opti-mum.Lanea calefaciunt & exiccant & indurant membra. Gaſtia calefacit & tenerat,frigiditati renum eſt optima. Sericum quanto ſubtilius & pilo-ſius tanto plus calefacit & tenerat corpus.Cõtraria contrarię operant̃. Pel licez ueſtes ſecundũ animaliũ unde ſunt conſiderãtur diuerſitates. Quanto autẽ cutis eſt ſolidior,& pilus mollior, tanto magis eſt calidior. Quod per-ſpiciat medicus ex regionum ſitu,& ex hominum conſuetudinibus.

De ſomno & uigilijs. Cap. XXXIII.

CVm de ciborum & potuum diuerſitatibus ſatis & abunde tractaue rimus,de ſomno & uigilijs hæc comitantibus neceſſarius ſequitur tractatus.Somnus ergo aut naturalis,aut non naturalis. Naturalis huic noſtro attinet tractatui. Non naturalis intra illa quæ extra naturã ſunt ponendus erit.Somnus igitur naturalis ex temperata humiditate fit cere-bri,ex & fumo humido,atq; claro,à toto corpore ad cerebrũ aſcendẽte.Vn de cum cibamur,& ciborum fumus cerebrum ingreditur, facile dormita-mus. Fit autem ſomnus naturalis propter duas res. Primo ut cerebrum cũ ſenſibus à ſuorum motuum quieſceret fatigationibus.Vnde animalis uirtu tis actiones in ſomno ſunt quieſcentes: Viſus, auditus,guſtus,odoratus, & motus uoluntarius. Actiones autẽ ſpirituales & naturales in ſuo curſu ſunt permanentes. Dormientes enim ſiue dormitantes non anhelitu priuantur neq; digeſtiua uirtus amittitur. Quod ex arteriarum motu atq; flatu cõpro batur, & quia cõmeſta à dormientibus melius digerunt̃. Secundo ſomnus eſt neceſſarius,ut cibus digeratur,humores excoquant̃. Calor enim natu-ralis interiora petit corporis. Vnde quia in hyeme magis dormitur,ex no-ctium prolixitate melius digeritur quam in alio tempore. Naturalis autem uirtus intus operari comprobatur,quia cum dormiamus magis operimur & extremitates corporis tunc refrigerantur. Actiones ſomni diuerſæ ſunt duobus modis, ſecundum quantitatem temporis, ſecundum magnitudinẽ materiæ,quam inuenit in corpore.Secundum quantitatem temporis,quia

S ſi mul

ſi multus ſit ſomnus animata deficit uirtus, corpus humectatur & refrigeratur. Phlegma maioratur, calor naturalis minuitur. Si moderatus cibus digeritur, corpus impinguatur, labor diſſoluitur, animus confortatur, calor naturalis augmentatur, humores temperantur, mens clarificatur. Si minor quam oporteat animus & uirtutes naturales & digeſtiua deficiunt, corpus deſiccatur. Actiones ſomni ex quantitate materiæ quam inuenit, quia ſi cibus uel humores ſint indigeſtibiles quorum ſint quantitates plus quam uirtus naturalis expoſtulet, cum calor intret naturalis, materiarum magnitudines uincit, & extinguit, ſicut uidemus in initio ephemerinos periodos. Vnde oportet ut multum comedentes non antea dormiant, quam ciborum ſtomachi digeſtionem aliquantulam ſentiant. Similiter febricitantes in horis acceſſionum dormire non oportet. Si corpus cibis exinanitum ſit, calorq́; naturalis in interiora corporis redierit, ſubſtantialem humectationem exiccat, cum nihil aliud exiccandum inueniat. Vnde calor naturalis minuitur, & corpus refrigeratur. Si ſomnus cibos & humores temperatos, calor naturalis interiora intrans corporis cibos digerit, humores temperatos reddit, corpus humectat, calefacit & impinguat. Hę ſunt actiones ſomni, in corporibus cuiuslibet animalis. Vigiliæ ſimiliter quędam naturales, quędam ſunt non naturales. De non naturalibus tunc diſputabimus, cũ de cauſis dicemus accidentibus. Vigilijs naturalibus uirtus naturalis atque corpus fatigantur. Sed uirtus animata confortatur, quia calor naturalis corpus egreditur. Senſus & motus corporum confortantur. Vigilię igitur refrigerant, corpus intrinſecus calefaciũt, & exiccant extrinſecus. Quæ ſi modum exceſſerint, calorem augmentant, corpus exiccant.

De coitu. Cap. XXV.

DE ſomno & uigilijs diſputatione finita, de coitu ſequitur noſtra ſententia, & ſi naturali exinanitioni attineat. Hunc natura fecit in animalibus ut generarent, & ſpecies eiuſdem generis ſeruarentur. Deſtructa enim in generatione reparantur. Vnde nimiam delectationem natura fecit in coitu, ut quodlibet animal ad hoc alliciat, & animet. Omnes em̃ ferè homines tantũ in coitu appetunt ſui delectationes. Pauci gignendo rũ ſpe filiorũ. Irrationalia tantũ delectatione ſunt contenta. Fecit aũt natura gignẽdorũ ſperma, quod corporis quędã eſt ſuperfluitas, ſed nõ tamẽ alijs ſuperfluitatibus aſſimilãda, emũctionibus, ſputis, ſudori, urinę, & ſimilibus quę ad nullã neceſſitatẽ emittũt. Sperma em̃ iſtud de meliori ſubſtãtia totius corporis generat. Vnde Gal. dixit in lib. d̨ cuſtodia ſanitatis. Natura, inqt, ſpermatis aërie & igneę naturę eſt. Cuius cõplexio calida & humida eſt neceſſario, qa de puro & clarificato ſanguine generat, unde fundamẽta principaliũ mẽbrorũ nutriunt. Ideo cũ quidã in coitu plus q̃ oporteat exerceant, uirtus minuit, corpus exiccatur. Cum em̃ multo maior ſanguinis quantitas minuatur

minuatur phlebotomia, nunquam tamen aliquis inde delaſſatur, ſicut tripliplicato uel quadruplicato coitu, & ſi multo minus ſanguinis emittatur. Cuius defectionis cauſa talis, quia cum natura illud ſpermatis emiſerit, quod in teſticulis & uaſis ſuis inuenerit, & homo ad idem operandũ ſecundo animetur, neq; tamen in uaſis natura inueniat, quod paratum emittat, colligit per alia mẽbra quod ſanguinis paratum ad opus ſpermatis fuerat. Quod ſi multotiens homo in coitu fatiget, ſanguis principalia mẽbra principaliter nutriturus tandẽ emittit. Vnde fit ut multum id operantibus ſanguis pro ſpermate per uirgã emittat, quia natura ad excoquendũ, non habuit tẽpus congruũ. Vnde eſt neceſſe corpus deficere. Hippoc. & Galen. dixerũt coitum ſanitatis cuſtodiendę fomitẽ unum eſſe. Alij ecõtra. Nos Hippocratis & Galeni cõſentientes autoritati, dicimus coitũ de corpus mutantibus eſſe unum. Qui cum excedat modum, neceſſe eſt generet morbum. Sicut enim humores quibus corpus regit ſi minuant uel augmentent morbus neceſſe eſt inde generet: itidem in utrolibet contigit coitu. Vnde cum in uaſis ſibi cõpetentibus ſperma augmentet, oportet ut à natura ſicut quælibet expellatur ſuperfluitas, quod ſine coitu ſæpe fit in pollutionibus. Pollutiones nihil ſunt aliud q̃ quod humores calefuerint & augmentant. Vnde cum uaſa ſpermatis impleant, neceſſitas expetit educantur. Cum aũt neq; coitu neq; pollutionibus exeant, tetanum in inguinibus generant, grauitatẽ ſub hypochondria imò totum corpus grauãt. Aliquãdo in uaſis calefiunt & febres faciunt. Aliquando fumus eorũ aſcendit cerebrũ, & peſſima generat circa ipſum accidentia. Vnde ſi coitus quando & ſecundum quam oportet exerceatur, corpus leuigat, ſanitas corroborat, cogitationes malæ remouent, ira extinguitur, melancholia iuuatur, multi morbi phlegmatici propulſantur, appetitus excitatur. Sin autem econtra modum exeat cauſa, quia corpus refrigerat & exiccat, & aliquando calefit ex motu nimio. Coitus autem eſt triplex, aut propter rem naturalem, uel nõ naturalem, uel extra naturã. Naturalem ſi puer uel iuuenis non exercent, quorum complexiones calidę ſunt & humidæ, & ſimiliter teſticuli, ipſi uero pingues & rubicũdi, uirtuoſi & ſani, in inguinibus dolorem patient, pigritiam corporis totius grauitatẽ & faſtidium. Aliquãdo cum calefiat, febres ſiue melancholiã generat & ſcotomiam ſiue cardiacam. Naturaliter frigidi & ſicci, & ſimiliter teſticuli macilenti, colerici albi, liuidi, & ſpermatis parui, hoc ſępe operati corpus infrigidant. Calor naturalis eis minuitur, pori rarificant, nerui deficiunt, tremor & animæ defectiones, cardiaca, faſtidium, arteticus dolor, pectoris & pulmonis mala accidentia, ſubeunt. Quod ſi propter hęc non deſiſtat, & corpus corrũpat, & in ſpaſmũ oportet decidat. Vnde eſt neceſſe ut hoc caueat. Frigidi & humidi uel calidi & ſicci mediocriter dicũt exercere. Sin aliter morbi fiant neceſſe eſt. Frigidi & humidi hoc operantes calore naturali

priuantur,nerui emolliuntur. Calidi & ſicci deſiccationes patiuntur totius corporis,oculorum concauitates,& alias ſiccas infirmitates.Naturalem ſi exercuerint cibo & potu corporibus plenis defectiones ſequuntur corporum,emollitiones neruorum,dolores artetici,conſtipationes in ueſicis,humores augmentantur uiſcoſi.Quod ſi non deſiſtant hydropiſin,anhelitum, uel paralyſin incident.Si ſitiens fecerit uel famelicus,poſt uomitũ & uentris ſolutionem,ſeu phlebotomiam,uel balneum,uel poſt quemlibet laborem, uigilias,triſticiam,deficit corpus & exiccatur calor naturalis diſſoluitꝰ,uiſus obſcuratur,oculi concauantur. Aliquando ſpaſmus & defectio ſequuntur. Similiter ſi poſt gaudiũ ſubito fiat,maxime in æſtate uel autumno,quia hęc duo tempora coitui ſunt incõuenientia. Si operetur quis coitum cũ corpus nec adeo plenum,nec ſit adeo exinanitum,habens multum ſperma, cum lętus ſit & ſollicitus iuuatur corpus,calor naturalis confortatur, pręcipue in puericia & in iuuentute,& uernali tempore hoc operari & utile. Quicunque faciunt propter rem extra naturam,ſi cõturbationẽ mentis patiantur, propter melancholiam,uel cogitationẽ habẽt falſam,uel ſunt hernioſi, uel phlegmate pleni,uel laborantes de inplenitudine corporis,uel cerebrũ habentes plenũ humoribus,uel ſi in capita eorũ acuti fumi ingrediantꝰ, ſanus eis eſt coitus.Maniam eñ aufert,amorem tẽperat,ſuſpitionem falſam mitigat,laborem alleuiat,conſtipationẽ pororum aperit,abundantiam humorum cerebri à ſuperioribus in inferiora deponit.Et maxime prodeſt,ſi complexio cuiuslibet calida & humida eſt.Si qui rurſum coëant qui pectoris uel pulmonis infirmitatem habeant,uel artetici,& in uiſceribus groſſis,frigidi quoq; & phlegmatici,& in ilibus dolentes, diarrhœa etiam uel dolorẽ ſtomachi,& defectionem habentes,catarrici & coryzaici in his infirmitatibus augmentantur,uel ſi non habeant eis accelerantꝰ.Magis tamen coitus cerebro & neruis nocere uidetur,propter diſſolutionẽ animati ſpiritus.Pectori & pulmoni propter nimiam motionẽ & uitalis ſpiritus diſſolutionẽ.Oportet ergo ſic infirmitatibus ut in peſtilẽtiæ temporibus,& corruptione aëris coitus uitetꝰ. Quidã coëuntes uirtutum patiuntꝰ defectiones,ſtomachi abominationes in ore ſiccitates,oculorum concauitates. Si autem abſtineant, ſpermatę in uaſis ſuis abundante,grauitatem capitis tolerant abominationem quoq; & anguſtiam.Quos oportet medicari ut ſperma poſſit exiccari, libido extingui.Quod in practica noſtra ſumus dicturi.Quidã alij cum hoc operentur,rigorem ex tremore corporum patiuntur.Hoc autem corruptionem ſignificat humorum quos calor diſſoluit in coitu. Alij in hoc eodem opere nimio fatigantur putore. Vnde cognoſcitur, quia tunc temporis putredines humorum diſſoluantur.

De exina-

De exinanitione naturali. Cap. XXXVI.

QVoniamquidē de coitu particulari ſcilicet exinanitione ad noſtrū poſſe diximus, de naturali exinanitione uniuerſaliter dicendū eſſe uidetur, ſicut digeſtione, urina, menſtruis & ſimilibus. Hęc ſi coërceantur ne exeāt, aut ſi plus quam oporteat exeant, morbos ſecundum naturam generāt. Vnde neceſſe eſt non teneri, cum curſus expoſtulet naturalis. Quæ ſi non prout oportet emittantur, medici in expellendis ſatagant, ſi intemperatus & multus ſit exitus, in retinendis laboretur. Si quis enim egerenda, uel uentoſitatem teneat colica paſſio neceſſe eſt ſuccedat, tenaſmos etiā anguſtias patiuntur retinentes, defectionē appetitiuā, uomitum, uentoſitatem ſtomachi uel inteſtinorū. Si nimis exeant, diſſoluūtur uirtutes, corpora deficiūt. Si emittant colerica in inteſtinis faciunt uulnera. Vrina tenta, ſtranguriā, ardorē, dolorem ueſicæ, atq; renū generat, uel eadem uulnerat. Exiens plus quam oportet, ſitim facit, uirtutes diſſoluit, corpora deſiccat. Menſtrua non exeuntia in initio infirmitates faciunt acutas. Tardantia infrigidant epar, calorem naturalem extinguunt, ſæpe in hydropiſin cadunt. Item eorum fumus aſcendēs caput ſubtilitatem & anguſtiam generat. Si ad cerebrum ſaliat, diuturna gignitur hemicranea, cephalea, defectio uiſus & ſimilia. Itidem ſanguis de hęmorrhoidæ facit ſi ſtringatur, poſtq̄ ex conſuetudine uenerit. Sanguis per gulam atq; buccam egrediens, ſi teneatur quibus contigit ſecundum conſuetudinē morbos generat in capite, ſicut grauitatem, uertiginem, & ſimilia. Si autē exeat plusq̄ oporteat, ſiccitatem faciei, & oculorum generat. Vnde oportet nō negligi naturales exinanitiones, ut ordinentur ſecundum earum curſus naturales.

De actionibus animæ. Cap. XXXVIII.

PVrgatione expleta naturali & eius actionibus circa corpora expoſitis, ſubſequitur ut de accidentibus animæ dicamus, & quid circa corpora operent. Omnia ergo corpora immutantur ex animæ accidentibus ſicut ex ſupradictis patiunt, ex conſeruatis conſeruant, ita & accidentia ſanitatis conſeruatiōis uel corruptionis ſunt cauſa. Iraſcentes enim quibuslibet ex cauſis, anguſtiantes, triſtantes atq; timentes, ſuſpicantes & amantes ſępiſſime peſſimas incidūt infirmitates & citiſſimas mortes. Ab ira ſe coërcentes, & rationabiliter animū cōpeſcentes, quicquid mali inſperati uū uenerit modeſte ſuſtinentes, has euadent infirmitates. Et ſi quandoq; huiuſmodi aliqua uenerint accidētia, rationabiliter eos moleſtātia, ſi infirmēt difficulter ſanant. Hęc aūt accidętia, ſanitatis ſunt cauſa. Ira eñ ſi frigidę cōplexioni uel timidę interuenerit, multū eis ſubuenit lęticia, ſollicitos, triſtes & anguſtiantes iuuat. Multos inq̄t Gal. homines noui qui ex lōgo tēpore anguſtiā, ſiue triſtitiā ſūt perpeſſi, ſed cū ad diuitias, ſiue gaudiū peruenerint ad ſanitatē redierūt priſtinā. Alij ex infirmitate habita ſanantur, cum quæ

amauerint uideãt. Similiter cõplexionẽ cerebri calidum & ſiccũ, & ſemper habentes gaudium & lęticiam, triſticia & anguſtia ſuperuenientes adiuuãt, quia calor in interiora rediens, nullam patitur diſperſionem exteriorem. Cum ergo ex accidentibus corpora mutentur, oportet eorum diuerſitates dicantur, & circa corpora eorum actiones. Accidentia animæ, ira, lęticia, triſtitia, anguſtia, timor & uerecũdia. Ira eſt ebullitio ſanguinis in corde exiſtentis, & motus caloris naturalis ſubito extra corpus ad uindicandũ exeũtis. Huius actio corporis eſt calefactio & exiccatio, colerę rubeæ confortatio, & febres ephemeras generat aliquando. Humores autẽ corporis ad putredinem parati, febres gignunt ex putredinibus ſuis. Ira uero augmentante, calor diſſoluitur, naturalis uirtus deficit, tremor fit maxime, his qui non adeo ſunt uirtuoſi. Sed tamen hęc ira non mortificat. Frigidæ naturę ſi non ſuperflua, aliquando eſt congrua, calor enim naturalis exteriora mouet corporis, & cum ipſa uis exit ſanguinis. Vnde mali cutiũ dolores ad bonos redeunt, & carnes creſcunt. Sanguis enim exiens, arterias carne implet & nutricat. Manifeſtat calorem exire rubor uiſus in facie, & quod uenæ implent ſanguine. Gaudium ſiue letitia eſt exitus caloris naturalis paulatim in exteriora. Vnde anima confortata calorem naturalem per totum corpus temperat, ſanguinem actione ſua augmentat, corpus impinguat. Iccirco omnibus & maxime ſanis contingit corporibus. Sed tamen gaudium aliquando interficit ſi ſit ſubitum propter caloris naturalis extra corpus egreſſionem, & in exteriora diſperſionem. Quod quidam dixit quandoq; fuiſſe ex nimio & ſubito gaudio ſuperueniente. Anguſtia eſt cum paulatim calor naturalis in interiora ſubintret, unde febres naſcunt ephemeres. Quæ anguſtia ſi diu moretur calor augmentatur. Solida membra calefiunt, & in hecticas febres cadunt. Si autem in frigidis fiunt, calor extinguitur naturalis. Eſt ergo anguſtia omnibus corporibus maxime ſiccis & frigidis nocitiua. Triſtitia eſt cũ calor naturalis aliquãdo exeat, aliquando intret. Intrat cum quę ſperauerit deſperat. Exit cum ſperat quę deſperauerit. Oportet ergo hominem cum intollerabilem habuerit exultationem, ad quandoq; forſitan futuram recurrere calamitatem, ne calor naturalis exiens refrigeret interiora, ſpargens ſe per exteriora. Timor eſt cum calor naturalis ſubito ad interiora corporis ut anima fugiat, quod ſibi nocet horret, & expauet. Verecundia eſt cum calor naturalis, & interiora intret & exteriora in uno momento uiſitet. Calor enim naturalis ad interiora ſicut & in timore, refugit in uerecundia, & poſt memoriter recurrit ad exteriora, ut dęfendat cæteris non ſibi incerta. Vnde fit ut rubeat cutis in uerecundia. Horum duorum accidentium actiones corpori cuilibet ſunt inconuenientes.

Conſtantini

CONSTANTINI AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber VI.

CAPITA LIBRI.

De re extra naturam 1
De morbis & eorum generibus & incipiendum à ſimilibus 2
De inſtrumentorum morbis 3
De morbis ſeparantibus iuncturas 4
De cauſis morborum omnium 5
De cauſis ſimilium morborum 6
De cauſis inſtrumentalium 7
De cauſis ſeiungentium iuncturas 8
De accidentibus eorum 9
De accidentium generibus 10
De accidentibus ſenſuum & à uiſu incipientium 11
De accidentibus auditus 12
De accidentibus guſtus 13
De accidentibus odoratus 14
De accidentibus tactus 15
De delitijs & doloribus 16
De accidentibus appetitus 17
De accidentibus cerebri & cordis propter os ſtomachi 18
De accidentibus ſenſus ſenſuum id eſt cerebri 19
De accidētibus uoluntarij motus 20
De malis motibus 21
De accidētibus morbū generātib. 22
De accidentibus actionum morbi & naturæ 23
De accidentibus ſpiritualium actionum & cauſis eorum 24
De accidētibus naturaliū actionum & à digeſtiua incipiendum 25
De accidentibus appetitiuę, contentiuę, & expulſiuæ 26
De accidētibus ſecundę digeſtiue 27
De accidentibus tertię digeſtiuę 28
De accidētibus modorū corporū 29
De accidentibus in apparentibus exeuntium corpus 30
De accidētibus in urina apparētib. 31
De accidentibus in digeſtione apparentibus 32
De accidētib. in ſudore apparētib. 33
De accidentibus in menſtruis apparentibus 34
De exinanitione nō naturali 35

De re extra naturam. Cap. I.

IN ſuperioribus tres partes theoricę eſſe diximus, de duab. aūt promiſſa iam expleuimus, id eſt, naturali, & nō naturali partibus reſtat tertia, quæ extra naturā eſt dicēda. Sunt aūt morbi & cauſæ morbos facientes, & accidentia eos ſequētia. Quia autem regimenta ſanorum corporum ex temperamentis ſunt rerum naturalium, hęcq; temperamenta in cōplexione ſimilium membrorum, & cōpoſitione officialium ſunt temperata, temperamenta uero ſimilium, ex tēperantia ſunt humorū, & temperamenta officialium ex moderatione materię & formatione uirtutis in quolibet fœtu, ſicut & tēperantia officialium temperamenta facit actionum, tēperamenta quoq; rerum naturaliū in mēbris & humoribus erunt, quolibet ergo horū modum excedens extra naturam faciet rem. Si em̄ humores tēperamentum exeant, morborum faciunt cauſam. Quod ſi mēbra ſint intemperata, morbos erūt generantia. Actiones ſi modum exierint, accidentia facient. Tria ergo ſunt extra naturam: Morbus, morbi cauſa, & accidentia morbū ſequentia. Morbus eſt quod principaliter corporis actioni nocet, nullo mediatore, qui eū adiuuet ſuccedente. Calor enim in febribus ſine remediantibus nocet actionibus. Aqua in oculo, uel nullo mediante obeſt uiſui. Apoſtema in gutture

obuiat

obuiat anhelitui,& tranſglutiendis nullo adiuuãte. Cauſa morbi per alium non poſſe nocet actioni, ſicut putredines in febribus cauſa febriũ eſſe cõprobant, & nocent actionibus. Accidentia ſunt ipſa actio corrupta, q̃ morbus generat, ſicut uiſus ablationẽ ꝓpter aquã. Aqua enim in oculis eſt morbus accidẽtia ablatio uiſus, morbus ergo nocet actiõi ſine mediatore. Cauſa per aliud nocet ſibi. Accidẽtia ſunt ipſe actiones corruptę, à morbo generatæ.

De morbis & eorum generibus & incipiendũ à ſimilibus. Cap. II.

SIcut Hippocrates & Galenus teſtanť, morbus eſt cum mẽbra actiõis ſuæ naturalis temperamenta egrediantur. Compoſitio autẽ mẽbrorum triplex eſt. Eſt enim ſimiliũ membrorũ ex humoribus quæ cum temperamenta egrediť, ex membris quibus ineſt morbus nomen ſibi ſortitur, ut ſimilis uocetur. Eſt & compoſitio officialium membrorum ex ſimilibus quæ cum exeat ſiue compoſitionis temperamenta, officialem morbũ generat. Eſt & tertia compoſitio omnium mẽbrorum in toto corpore colligatio. Quæ cum diſſoluatur, morbus ille ſeparatio iuncturæ nuncupatur. Hic uniuerſa, uel morbus dicitur, quia ſupradictis duobus ſociatur. Tria ergo ſunt genera morborum, ſimilis, officialis, uniuerſalis. Similis duobus cõſiderabitur modis. Eſt enim ſimplex, eſt & compoſitus. Simplex in 4. diuiditur, quia eſt calidus uel frigidus, humidus uel ſiccus. Cõpoſitus ſimiliter eſt quadripartitus: Calidus enim eſt & humidus, frigidus & humidus, calidus & ſiccus, frigidus & ſiccus. Simplex uel ex ſimplici eſt qualitate, uel ex humoris alterius cõmixtione. Ex qualitate ſola caloris hectica eſt febris & ephemeris, ex calore ſolis ſiue laboris. Ex alterius humoris admixtione ſunt apoſtemata, phlegmones dicta, & febres ex putredinibus & ſimilia. Ex frigoris qualitate ſola congelatione uel ſpaſmus, quæ ex frigiditate nimia fuerit aëris ſiue niuis. Quę cum aliquo humore accidit eſt paralyſis, apoplexia, epilepſia, & ſimilia ex phlegmaticis chimis genita. De qualitate ſola morbus ſiccus conſumptione ſolidorũ membrorũ exinanitionibus ſicut phthiſis uel ſpaſmus. Siccus cũ alterius humoris cõmixtione, cancer, elephantia, & alij ex ſicca materia. Humidus de qualitate ſola totius corporis eſt humiditas, ſiue tabiditas. Cum alterius humoris admixtione. Hydropiſis ex humidis chimis. Compoſitos autem morbos ſine alterius humoris admixtione impoſſibile eſt eſſe. Calidus enim & humidus ex ſanguine naſcitur, ſicut apoſtema, quod phlegmonem uocamus. Calidus & ſiccus ex colera rubea eſt apoſtema, quod dicitur eryſipela. Frigidus & humidus ex phlegmate eſt apoſtema, & hoc uocatur idunia. Frigidus & ſiccus ex colera eſt nigra, ſicut eſt apoſtema ſcliros uocatum.

De officialibus morbis. Cap. III.

OFficialium morborum quatuor modi ſunt in forma, in quantitate, in numero, in cõpoſitione. In forma ſunt 5. modi. Eſt enim mẽbrorũ incõuenientia, ut capitis longitudo fœda, & crurũ tortitudo.

Conca

Concauitas eorum, ut ſi manuum & pedum concauitas carne repleatur. Membrorum perforatio quoniam largitatem partitur & ſtrictionem. Largitatem ut eſt uenarum apertio quæ ſunt in ano. Qui morbus hæmorrhois dicitur. Strictio eſt uenarum coartatio, ſicut ex quolibet ligamento. Hæc ſtrictio fit in eo mēbro & aliquando cuiuslibet uniuerſalis toti corpori eſt actio, aliquando uero non. Quod contingit ex apoſtemate, uel uiſcoſo phlegmate. Si ex apoſtemate ſtringatur membrum, duos patietur morbos. Apoſtema unum, oppilationem alterum. Si enim uena concaua eſt, apoſtema eſt oppilata, duas patitur infirmitates, duas amittēs actiones. Qua propter apoſtema ſanguinem non generat, propter oppilationem corpori non mādat. Si uiſcoſum phlegma impediat, actio admittitur una, quod ſanguinem non mandat, unde una tantum eſt infirmitas. Quartus in aſperitate morbus eſt, cum membra naturaliter aſpera, incipiūt eſſe leuia, ut ſtomachus & uulua, quæ naturaliter ſunt aſpera. Quintus eſt in lenitate, cum naturaliter lenia, incipiant eſſe aſpera, ut gutturis & pulmonis canales naturaliter lenes. In quantitate duo ſunt modi, cum uel membra ſint magna uel parua. In numero ſimiliter ſunt duo in multitudine naturali, uel non naturali, & in paucitate uniuerſali uel particulari. In compoſitione ſimiliter ſunt duo modi, ex membri de ſuo loco motione, uel ex uicini membri diſſipatione, ut ſunt digiti, labia, quæ conglutinatione uel adhærent, & non ſeparantur, & non cōglutinantur.

De morbis ſeparantibus iuncturas. Cap. IIII.

Separatio iuncturę eſt morbus uniuerſaliter in conſimilibus uel officialibus membris. Aliquando enim in carne, aliquando in oſſe, aliquando in tota manu uel pede, & tunc uniuerſaliter in conſimilibus & officialibus eſt. Separatio iſta ex membris in quibus eſt diuerſa ſortitē nomina. Si enim oſſibus accidat, dicitur fractura. Si nouiter carni, plaga. Si ueтuſta, plaga uocatur, ſed putrida. Si neruis, fiſſura uocanda erit. Si arterijs, oriſema. Si in uenis, contuſio. Si medijs lacertis, contritio, ſicuti excoriatio. Si officialibus, perpetua ſit ſeparatio, dicitur inciſio, ut in manibus uel pedibus. Hij morbi tres id eſt ſeparationes, ſimiles & officiales aliquando ſunt ſoli, aliquando cōnexi ſibimetipſis. Connexi fiunt ſex modis, uel etiam ſimiles cōſimilibus, ut callidus cum humido, calidus cum ſicco, uel ſimiles cum officialibus, ut apoſtema in membrorum uia ad alia membra quam claudit apoſtema, unde illa membra dupliciter ſunt infirma, apoſtemate in quantitate & oppilatione. Vterq; autē morbus officialis dicitur. Quartus eſt morbus ſimilium cum iuncturę ſeparatione, ut abſciſio digiti unius. Sextus cum tres iſti ſe cōmiſceant ut in oculo ophthalmia, quæ & uulneratur, & exit humor uueus & foramen uiſus mutat, & facta eſt ibi cataracta, & nata eſt ibidem ungula. Quod cum uenerit oculus ſex modis patitur ophthalmiam,

hoc eſt calidum apoſtema. Apoſtema autem eſt officialis morbus ad quantitatem pertinens, & calorem qui de morbis eſt ſimilibus. Secundum eſt uulnus quod iuncturæ ſeparationi attinere uidetur. Tertium quia exit uuea, quod eſt officiale in quãtitate. Quartum mutari foramen de loco ſuo, & eſt officiale in compoſitione. Quintum eſt cataracta id eſt aquæ fluentia, & eſt officiale attinens opitulationi. Sextum eſt ungula, & eſt officiale in numero. Hij ſex morbi in uno membro ſunt coniuncti.

De cauſis omnium morborum. Cap. V.

CAuſa morbi uel cum mediatore morbo nocet actioni, uel cum mediatione alterius membri, unde membrum patiens iuuamentum recipit cum morbo mediante. Sunt putredines febres facientes. Putredines enim non per ſe nocent actioni, ſed mediatione febris. Altero quolibet membro mediante ſicut ſcirbum cuius actione calefit ſtomachus & epar. Si ergo patiatur conſtat quia utriuſq; officiatur cum refrigerentur, pręcipue ſi maior ſcirbi quantitas incidatur. Cum mediãte morbo ſicut cornea. Quæ ſi patiatur, uulnera uiſus exiens criſtaloidon, contrahitur ne oppoſitũ ferire poſſit corpus. Cauſa ergo morbi, generaliter triplex eſt: Aut enim primitiua, quia corpus patitur extrinſecus, ut inciſionem ex ferro, per cuſſionem ex lapide, morſionem ex reptilibus, cõmeſtionem ex leonibus, calorem à ſe, frigiditatem à niue & ſimilibus. Aut enim antecedens quæ ab interioribus corporis motum accipit, & cum alio mediatore actionem ſui nocumenti uidentur explere, ſicut humores ſunt cauſa febrium mediante putredine. Non enim febres eſſe poſſunt, niſi humores prius putreſcant. Putredines ergo ſunt mediatrices inter humores & febres. Eſt & coniuncta & permanens ſine mediatore actionem ſuam explens, ſicut putredines febres facientes. Permanentes hæ dicuntur, quia putredinibus præſentibus infirmitas adeſt, his abeuntibus infirmitas recedit. Singulæ harum cauſarum, uel propter morbos ſimiles ſunt, uel propter officiales, uel propter iuncturarum ſeparationes.

De cauſis ſimilium morborum. Cap. VI.

COmplexio mala, quæ ſimilium morborũ eſt cauſa, eſt quadripartita, de calido, de frigido, de humido, de ſicco. Cauſa calidi morbi eſt ſenaria, nimius motus animæ ſicut ira, uel corporis, ſicut labor maxime non conſuetus. Vel occurſio actualis caloris, ſicut æſtiui ſolis, uel mora in balneis. Vel conſtipatio membrorum, quæ calorem non patitur diſſolui corporũ, ſicut per niuem ambulantibus uel in aluminoſis aquis balneantibus, uel ex putredine. Omne enim quod putreſcit neceſſe eſt calefieri. Vel ex paucitate cibi ſicut ieiunantibus contingit. Vbi cum calor nutrimentum non inuenit ad humores corporis calefaciendos, & exiccãdos reddit. Vel cibus poteſtatiuę calidus, ſicut allia, piper, cepe & ſimilia. Cauſæ frigido-

frigidorum morborum 8. ſunt: Occurſio frigiditatis naturalis ſicut niuis, aëris frigidi, adeo longa frigiditas, ut calor naturalis congeleſcat. Vel res frigida & tamen poteſtatiua, ſicut aqua frigida, lactuca, papauer, atq; ſimilia. Vel nimia cibi & potus abundantia, quæ calorem naturalem ſuffocat, ſicut ſi lucernæ nimium apponitur oleum, ſubito extinguitur. Vel ex multa cibi paruitate, ſicut contingit in igni ligna non habenti. Vel ex nimia conſtipatione pororum, qua impediente humores diſſoluendi non poſſunt diſſolui, hisq; augmentatis calor confunditur naturalis. Vel ex nimia pororum largitate, quæ calori diſſoluendo foramina amplificat, ſicut morantibus in balneis ſæpe contingit. Vel ex nimio motu, quo calor naturalis diſſoluitur, unde neceſſe eſt corpus refrigeretur. Vel ex quiete nimia humores augmentante quibus extinguitur calor ipſe. Hæ ſunt morborum frigidorum cauſæ. Sed neq; pręcedente calore, neq; in modo dicta frigiditate abſolute oportet intelligi conſtipationē pororū calefieri uel refrigerari. Actiones enim conſtipationis utriuſq; in unoquoq; corpore tripliciter ſunt diuiſæ, in conſtipationis qualitate, in humorū quantitate, in naturis humorum à corpore diſſolutorū. Qualitas conſtipationū multa uel nimia in corpore facit infirmitates frigidas, quia calorem naturalem intus effugat, neq; aërē refrigerantem & tēperantem intrare permittit, unde calorem neceſſe eſt extingui. Conſtipatio parua corpus calefacit, quia prę paruitate ſuę diſſolutionis calor augmentat naturalis. Humorū quantitas & oppilatio multæ & nimię corpus infrigidant. Quia ex humorū augmentatione calor naturalis intus extinguit. Humores parui & boni & conſtipatio non multa, calorem naturalem confortant & augmentant. Humores ſi augmententᷓ colerici fumus diſſoluendus malę qualitatis, & corpus oppilatum, humores generant calidos et malos. Humores frigidi uiſcoſi & phlegmatici in oppilato corpore frigidos & phlegmaticos generant morbos. Aliquando humores melācholici, & ſumus diſſoluēdus frigidus & ſiccus in opilato corpore frigidos & melācholicos generāt morbos. Humidorū morborū cauſę ſunt 5. Occurſio actualis humiditatis, ſicut in dulcis aquæ balneis, uel humiditate aëris, uel nimius cibus & potus uel res poteſtatiuę humidę ſicut lactuca, cucurbita, atriplices uinū mixtum cum multa aqua & ſimilia, uel quies nimia quia humores augmentant, & corpus humectatur, uel conſtipatio pororū corpus humectans, ſi humores ſint humidi. Siccorum morborum ſunt quinq; ſimiliter. Occurſio ſiccitatis actualis, ſicut ambulanti in uenenoſa loca contingit, his qui infodiuntur arenę uel pulueri cauſa exiccandi nimij humoris uel balneantibus in aquis malis aluminoſis ſiue ſulphureis. Secunda paruitas cibi qua humiditas exiccatur corporis. Tertia res poteſtatiua ſicut lenticuli, ſal, acetum. Quarta nimius labor & exercitia quibus corporis diſſoluit humiditas. Quinta nimia pororum quantitas qua corporis diſſoluitur hu-

miditas. Hæ ſunt ſimilium morborũ cauſæ, quæ dicuntur complexiones malæ, ſimplices ſine materia. In compoſitis enim cauſæ ſunt compoſitę, & ex numero cõpoſitionis numerus cauſarum erit. Secundũ modos cauſarũ, modi erunt morborum. Si quis enim poteſtatiue calidam accipiat potionẽ, & motu nimio moueatur, calidaq; aqua balneetur, calido laborabit morbo quæ mala & calida dicitur cõplexio. Si cauſę ſint multæ actiones diuerſę, ut aliæ calefacient, aliæ infrigident, aliæ humectẽt, uel exiccent, uel unũ quod uix horum expleat, ut ſi calidus fuerit morbus, calorem neceſſe eſt tantum operetur, & iſte morbus mala cõplexio ſimplex uocat, uel ſibi iuuicem cõpoſitę ſunt duæ, quarum unaquaq; operatur ſecũdum ſe, & cõpoſitus morbus nominatur. Si autem omnes in ſimul aggregentur, & unaquęq; ſuam actionem operetur, morbus inde finitus generat. Hæ ſunt cauſę ſimiliũ morborum, quando ſine materia ſunt humorum. Morborũ malę complexionis cum aliquo humore ad infirma membra effluẽtium ſex cauſę ſunt. Vel em̃ uirtus membri à ſe expellentis ſuperfluitatis ſui nutrimenti, uel ab alijs ſibi uenientes membris, quod ex fortitudine ſua principalia faciũt mẽbra, ſicut cerebrum, cor, epar, arteriæ, & uenæ, uel membri defectio, ſuſtinentis ea, ſcilicet recipientis quæ à fortibus ſibi mãdantur mẽbris, cum niſi expellere præ ſui poſſit imbecillitate. Defectio autem iſta aut naturalis eſt ſicut cutis, quę ad hoc fuit facta, ut ab interioribus membris recipiat expulſa, & caro glandoſa, maxillis & unguinibus & poſt auriculas. Hęc em̃ naturaliter ſunt defecta, ut recipiant à principalibus membris expulſa uel extra naturam eadem eſt defectio, quę uel à principio defecta eſſe incipit uel poſt aliquantulũ temporis. Qualecunq; ergo membrum infirmatur, defectum eſſe intelligitur, uel multa humorum quantitas, qui humores in corpore ex mala & inordinata dieta ſolent increſcere. Sicut in comedentibus multa & mala cibaria, neq; curantibus balnea uel exercitia. In quorum corporibus inde malus ſanguis cumulat, cui mundando ſua organa ſicut fel & ſplen, non ſunt ſufficientia. Vnde mala materia in corpore adunata, de membro in membrum neceſſe eſt decurrat. Vel defectio uirtutis nutritiuę, quę recipientis membri naturæ, cibum nequit adaptare, neq; in eis ſimilitudinem trãsformare. Vel pororum largitas, qua humores à fortibus membris cito currũt ad defecta expulſorum receptiua, circa corporis ſunt inferiora. Hæ ſunt cauſæ ſimilium morborum cum materia.

De cauſis inſtrumentalium. Cap. VII.

CAuſæ officialium morborũ 4. ſunt, in forma morborum, in quantitate, in numero, in cõpoſitione. In forma 5. ſunt modi, uel ex diſfiguratione membri, uel in concauitate, uel in perforatione, uel ex aſperitate, uel lenitate. In diſfiguratione, uel in uulua, uel in natiuitatis tempore, uęl in faſciatione, uel ex aliqua infirmitate in prędictis tẽporibus, uel

poſtea adueniente. In uulua ex nimia materia, ut ſi ſpermatis ſit multa quantitatis quam natura formatiua ad unũquodlibet inueniens membrũ, & magnum formãdũ trãsferat, uel ſi ſit parua, ex qua natura ſecundũ quod oportet explere mẽbra non ualeat. Vel ſi ſpermatis qualitatiua materia adeo ſit dura, ut naturæ ſecundum quod neceſſe eſt nõ obediat, uel adeò aquoſa & liquida, ut uirtutem formatiuã fugiat. In natiuitate cum nõ ſicut oportet exeat, ſupinus ſcilicet uel ſuper genua, unde fit ut corrumpat, & ex teneritudine ſua membrũ illud debilitetur. Cum autẽ faſciatur laxa uel nimia coartatione debilitat. Ex infirmitate in ſupradictis tẽporibus uel poſtea adueniente, octo ſunt modi: Vel ſi nutrix anteq̃ debeat infantẽ ambulare cogat, unde contigit aliquod mẽbrum torqueri cauſa teneritatis. Vel fractura, ut ſi concatenatio uertebri rupta, ad hoc quod fuit redire non ualeat. Vel ex medici occaſione, cum membra fracta neſciat ſolidare. Vel ex infirmi ſtultitia cum antequam membrum ſolidetur, mouere ſatagat. Vel ex membri proprietate, ut ſi quis naſo percutiatur, & fiat pathoſus. Vel ex malis humoribus ſicut leproſis. Vel ex paruitate humoris accidẽte phthiſicis, in carne finienda, & conſumenda, quæ eſt circa oſſa, & in humoribus qui ſunt in iũcturis deficientibus. Vel ex accidentibus neruis uel lacertis ut inciſiones neruorum, quæ ſolidas membrorum laxant concatenationes, uel ex ſpaſmo, uel ex conſtrictione, uel ex laxatione, quæ mẽbra ſolent torquere, & in aliam partem uertere, ſicut inuenit in paralyſi faciem torquere hominis, uel propter uulnus & apoſtema, quę corrũpere poſſunt figuras. Hę ſunt cauſę morborum, ex diſſigurationibus mẽbrorum. Cauſa morborum, ex perforatione, uel cõſtringit uel laxat. Conſtringit cum ſtricta ligat plusq̃ oporteat ex conſtipatione, uel oppilatione. Conſtrictio fit uel ex nimietate uirtutis retinentis, uel ex debilitate expellentis, uel ex abundantia frigoris coadunati, & concauitatem conſtringentis, uel ex abũdantia ſiccitatis itidem faciẽtis, uel ex nimia conſtrictione aliquẽ locum ſingularem coartãte, uel ex innato apoſtemate, concauitatẽ coartante, uel ex ſoliditate cum uulnera naſcent in perforatione, & ſanitatis uulneribus extremitates excreſcunt. Oppitulatio fit propter groſſos & uiſcoſos chimos, & propter lapidem uel coagulatum ſanguinem, uel uerrucas & ſimilia. Largitas ex uirtute expulſiua, uel ex defectione contentiua, uel ex nimio calore rarificante, uel ex nimia humiditate molleſcente, uel medicina poros aperiente, ut eſt nitrum. Aſperitatis cauſa eſt bifaria. Vel enim interius ſicut humores acuti à capite deſcendentes in meri uel in guttur, uel in canales pulmonis, & hæc loca exaſperantes, aut exterius ut acuti cibi, uel puluis, fumus, unde meri, gutturi, canalibus pulmonis aſperitas ſæpe contingit. Lenitas uel interius ſicuti cum uiſcoſi humores à capite, uel alijs locis in uuluam deſcendunt, uel exterius ſicut humidi cibi, uel pultes, uel butyrum, & ſimilia, eadem loca leniunt.

In quantitate membrorum, uel in magnitudine uel paruitate. Magnitudo uel ex nimia materia, uel ex nimia uirtute formatiua, uel ex utroq;. Hæc autem magnitudo naturalis eſt, uel non naturalis. Paruitas, uel ex paruitate materiæ, uel ex defectione uirtutis formatiuę, uel inciſione, uel putredine, uel nimio frigore ſicut niuis. In numero uel ex multiplicatione, uel ex minutione. Multiplicatio uel naturalis eſt quæ ex abundantia eſt ſpermatis & formatiua, neque minus fortis, neque minus debilis. Si enim eſſet fortis, ordinem ſuum non exiret. Si debilis ſuperfluitatem non faceret. At non naturalis, quæ ex materia non bona fit, & uirtute mediocri. Quæ ſi eſſet debilis ſuperfluitates in exteriora non expelleret. Si fortis, non inordinate emitteret. Hæc non naturalis eſt ſicut uerrucæ, glandes, ungulæ in oculis. Minutionis cauſa itidem eſt bipartita. Aut enim exterius ſicut inciſiones, putredines, ignis incenſiones. Aut interius ut ex ſpermatis paruitate, & defectione uirtutis formatiuæ. De membrorum compoſitione duobus modis eſt perpendere, uel quia exiuit locum ſuum, uel ex ſocietate aliorum. Locum exit cauſis exterius uel interius uenientibus. Exterius ſicut nimio in ſaliendo motu, unde uia ſiphac ad teſticulos crepetur, & inteſtinum & ſcirbum illuc deſcendat quod uocatur chila. Aliquando ſiphac ſuper uentrem crepat, ut inteſtinum & ſcirbum exeat. Aliquando ex nimio ſaltu fruſtulum uertebri reſilit, & conſtringitur. Interius propter humorum humiditatem, qui cum locum exeant, membra humectant & laxant. Hij humores ſiphac & ſcirbum in teſticulos deſcendere faciunt, concatenationem membrorum diſſoluunt & molliunt. Ex ſocietate aliorum duo modi conſiderandi ſunt, cum uel membra naturaliter iuncta ſeparantur, uel ſeparata iungantur.

De cauſis ſeiungentium iuncturas. Cap. VIII.

SEparandæ iuncturæ cauſa, uel exterior eſt uel interior. Exterior ut eſt ſpatæ inciſio, petræ caſus, ignis combuſtio. Interior acutorum chimorum incenſio, uentoſitas groſſa, putredo.

De accidentibus eorum. Cap. IX.

IN ſuperioribus duabus ſpecies extra naturam diximus, id eſt, morbos & eorum cauſas. Oportet prout ſtatuimus accidentia & eorum cauſas dicamus. Morbos eſſe diximus, nocumentum actionis ſine mediatore. Accidentia ſunt nocumenta, actionum quę ſequuntur morbum. Morbus igitur accidentium cauſa eſſe infertur. Sunt autem accidentia ſignificationes quas morbus oſtentat. Verbi gratia: Si ſtomachus complexiones malas habeat, digeſtio oportet ſequaẗ mala. Ex digeſtione uero mala eſſe intelligiẗ ſtomachi complexio, quæ male digeſtionis eſt cauſa. Mala digeſtio

quia

quia malam complexionem ſequitur, malę complexionis accidens eſſe dicitur. Quia uero per eam mala ſtomachi oſtenditur complexio erit dicenda eſſe ſignificatio. Nulla ergo differentia inter ſignificationem & accidentia niſi in effectibus ſuis forſan ſit aliquantula. Cum uero in morbo conſiderando accidentia cognoſcimus. Quæ morbũ ſequuntur, morbum cauſam eſſe dicimus accidentium. Accidentia morbos conſequentia morborum ſignificationes putamus eſſe dicenda. Oportet igitur ut in hoc noſtro tractatu dicamus, & accidentia & morbos, eorumq́; cauſas. Hunc autem tractatum de cauſis eſſe dicimus accidentium. Sequens particula & morbos continebit, & ſignificationes eorum. Quam titulabimus de ſcientia ſignificationũ, ut cum quis librum noſtrum legat, & morbos intelligat, & accidentia morbos denuntiantia.

De generibus accidentium. Cap. X.

ACcidentia uniuerſaliter ſunt triplicia. Prima, quæ in nocumentis actionum ſunt eminentia. Secunda in modis corporum apparentia. Tertia in exeuntibus corpus ſe oſtendentia. Prima ſecundi, & tertij ſunt cauſa. Actionum nocumenta ex morbo ſunt qui accidẽtium eſt cauſa. Qualitates enim corporum, & eorum quæ à corporibus exeunt, qualitates ſequuntur actionum, & qualitates actionum ſequuntur membra eas facientia. Si enim membra patiuntur ſuis nocẽt actionibus. Actionum nocumẽta effectibus ab eis prodeuntibus ſunt obuiantia. Quorũ eſt quantitas ſecundũ quod actionum ſunt nocumenta. Si enim uirtus appetitiua in felle deficiat, in trahenda colera, & ſanguine mundificatione, colorẽ corporum in citrinum mutat. Hic morbus dicitur ictericus. Vrina mutata fit citrina quæ colamentum eſt ſanguinis. Item digeſtio inalbeſcit, propter paruitatem colerę à felle ad inteſtinum effluentis. Hac de cauſa in citrinitatẽ mutantur corpora. Mutatio uero digeſtionis & urinæ fuit ex defectione uirtutis appetitiuæ quæ eſſe debuit in felle. Nos autẽ de accidentibus dicemus ex quibus actiones patiuntur. Omne ergo membrum patiens ſuam implicat actionẽ. Paſſio membri, uel ex corruptione eſt complexionis naturalis, ſi in calidum ſiue frigidum, humidum ſeu ſiccum ſe mutauerit, aut ex corruptione compositionis ſicut apoſtematis, & diſſolutę concatenationis, & ex minoritate numeri, & ſimilium, officialibus membris attinentium. Aut ex corruptione ſeparationis iuncturę, ſicut fracturę inciſionis, & ſimiliũ. Actiones ſunt tres, ſicut in alio diximus libro, animata, ſpiritualis, & naturalis. Quarum ſingulæ tribus modis ſunt paſſiuæ, uel enim aufertur totum. Sicut ſi oculis cæcitas, auribus contingat ſurditas. Quod fit cum paſſio maxima modum excedat, uel totum minuitur, ſicut ſi uiſus obſcuretur, auditus grauetur. Quod contingit cum paſſio membri patientis non multum maior ſit. Aut qualitas actionis mutatur, ſicut cum cinifices muſcæ oculis ſe obijciãt, & tamen

men realiter ea non uideāt. Hoc fit, cum actio uiſualis parua eſt & debilis.

De accidentibus ſenſuum, & à uiſu incipientium. Cap. XI.

ACtio regitiua ſiue ordinatiua eſt phantaſia, ratio & memoria. Quæ omnia mens ſunt uocata. Paſſio mentis eſt triplex: Aut enim tota aufertur, & hoc ex frigida complexione ſubſtantiæ cerebri patitur quæ ſi paulatim cerebro accedat, homines reddit quaſi dormitantes & ſtupidos. Et ſi frigiditas cum nimijs humoribus phlegmaticis ſubrepat, & uentriculos cerebri ſubito impleat, & oppilari faciat, apoplexiam generat. Quod ſi ſubito & partim cerebri impleat uentriculos, partim uero nō, epilepſia fit. Aut mens minuitur. Quod ex frigiditate fit complexionis cerebri non forti quæ turbationem mentis uel ſomnum facit. Si autem ex calida complexione contigit, alienationem gignit mentis. Si cum humorum materia complexio ſit mala & materia phlegmatica, & in puppi cerebri lethargia fit. Si materia calida eſt & ſanguinea, quę in cerebro uel ſuis pelliculis poſita, apoſtema faciat, phreneſim generat cum febre & mentis alienatione. Si ſine apoſtemate ſit, alienationem facit mentis ſine febre. Si materia ex phlegmate & colera rubea ſit compoſita, quaſi ſuſcitationem generat. Si ex colera nigra ſine apoſtemate, maniam uel melancholiam certum eſt eam facere. Si materia melancholica in puppi ſit cerebri, cōſtipationem facit mentis. Aut mens ſuum curſum exit. Hæc autem ex calida complexione, & fumo calido ſit cerebrum aſcendentibus, & alienationē gignentibus, ſicut uidetur in febribus. Si ex complexione ſit frigida & parua, naſcitur timiditas. Si ex fumo frigido & ſicco fiat, hypocondriaca generatur melancholia. Si phlegmatica uel colerici humores uenas impleant cerebrum aſcēdentes, uertiginem generat & ſcotomiam. Hęc ſunt accidētia quę mens patitur uniuerſalia. Sed quia mens tripliciter eſt diuiſa, in phantaſiam, rationē & memoriam, quarum unaquęq; principalem ſuum locum in cerebro uidetur obtinere, neceſſe eſt ut ſi patiatur una tantum pars, illa actionem ſuam amittat. Cæterę uero actionibus ſuis non priuētur. Si enim patitur cerebri prora, impeditur à ſuo curſu phātaſia, ut aut tota mutetur uidens quæ realiter non uidentur. Sicut quidam uidebat medicus, de quo teſtatur Galenus, quia in domo ſua cantores & citharizantes uideret, qui ex ratione ſanitatis cum hoc ſibi contingeret, omnes ſuos compellebat exire, & ex memoriæ incolumitate uiſitantes ſe uidebatur cognoſcere. Aut minuatur quæ res nō ſecundum quod ſunt imaginatur. Si media pars cerebri patiatur, aut tota ratio aufertur, non diſcernens diſcernenda a non diſcernendis, ſicut quidam de quo Galenus dicit, qui ex rationis defectione quęcunq; in domo habuit uiſus eſt proieciſſe. Quod fecit, quia phantaſiam, & memoriā bene ſanam retinuit. Vnde proiecta quid eſſent cognouit. Aut minuitur, & mala ratio gignitur. Quod deſipere uocat. Aut extra curſum naturalem exit, quod alie-

natio

natio nominatur mentis. Si puppis patiatur cerebri, memoriæ nocumentũ fit. Aut enim aufertur tota, ut obliuiſcatur omniũ quę facere debeat. Sicut de quibuſdam Galenus teſtatur ſe uidiſſe. Cum quidam peſtem euaſiſſent nomina ſua, & ſeipſos obliuioni tradiderunt, & amicorum ſuorum non recordati ſunt. Aut minuitur dum non niſi uicina temporũ recordatur. Aut extra ſuum curſum ambulat, & tunc uocatur mala memoria. Hęc autẽ triã ſicut & mens principalis uel ex mala cõplexione, uel ex humorum patientur frigiditate. Quod teſtificatur quia opium & mandragora quæ ſunt frigida ſi bibantur mens alienatur.

De accidentibus uiſus. Cap. XII.

Alibi nos dixiſſe meminimus, cum de actionibus diſputaremus. Senſuũ actiones eſſe quinq;, id eſt, uiſum, auditũ, guſtum, odoratũ & tactum. Eſt autem incipiendum à uiſu, qui ſubtilior, & ideo dignior eſſe uidetur. Omne nocumentum uiſus triplex eſt. Aut enim aufertur totus, & hoc uitium excæcatio dicitur, aut minuitur, & obſcuratio nominat, aut eſt inordinatus, ſicut cum quę realiter non ſunt uidentur. Hęc tribus cõtingũt ex rebus uel propter paſſionem criſtaloidos; uel quia ſpiritus non uadit ad oculos. Vel quia quodlibet patiatur membrorũ ad adiuuandam criſtaloidon locatorum. Criſtaloidos autem patitur, uel ſi ex mala complexione infrigidetur, calefiat, humectetur, deſiccetur, uel ex morbo officiali, ſicut ſi ex ſuo moueatur loco, ante, retro, dextrorſum & ſiniſtrorſum, ſuperius, inferius. Si in antea glaucitatem oculorũ generat. Si retro, oculorum gignitur nigredo. Hæc duo non ſunt oculis nocumento. Superius uel inferius ſi moueatur, una & ſimplex res duplex uidebitur. Quia lumen quod ab uno oculo tendit ſuperius, & ab altero ſecedit inferius, duo rei uiſę tangens extrema medium intercedente aëre nõ penetrat. Vnde quaſi duo uidet corpora. Si dextrorſum moueatur ſiue ſiniſtrorſum, non patitur, ut duo corpora uideantur, ſic aliquãdo proſpicit ſicut ſtrabo. Non patitur illud, quia per rectam lineam uiſibilis exit ſpiritus. Paſſio uiſibilis ſpiritus cum curſum ſuum egrediatur tribus modis conſiderabitur, uel quia cerebri proræ patiuntur uentriculi per quos ſpiritus procedit, uel ex paſſione concaui nerui, uel quia ipſe ſpiritus naturam ſuam egreditur. Vẽtriculi proræ cerebri ex cauſa patiuntur malę complexionis, calidæ uel frigidæ, humidæ uel ſiccæ. Vel ex officiali morbo ſicut apoſtemate, uel ex iuncturę ſeparatione concauus neruus infirmatur, quia aliquando oppilatur ex uiſcoſis humoribus uel ex contractionibus. Spiritus naturam ſuam egreditur in qualitate, in quantitate, uel in utroq;. In qualitate, quia groſſus paucitatem facit uiſus. Subtilis claritatem. In quantitate, quia ex maximo uiſus confortatur, ex minimo deficit. Si & qualitas & quantitas miſceant, quatuor compoſita reddunt. Si eñ uiſus ſubtilis eſt & multus, longinqua & propinqua perfecte uidentur. Mul

tus enim uidet remota, ſubtilis bene diſcernit uidenda. Multus & groſſus re-
mota uidet, quia multus. Non perfecte quia groſſus. Paucus & ſubtilis ui-
det prope & perfecte. Non enim longe ex uiſus paucitate. Perfecte ex ſubti-
litate. Paucus & groſſus non uidet longe præ ſui paucitate, neq; perfecte ex
ſui groſſitudine. Paſſio quam patit̃ ex membris in adiutorium criſtaloidos
locatis ex perforatiõe eſt uiſus, uel ex euagaoide, id eſt uueo humore, uel ex
cornea, uel propter palpebras. Perforatio uiſus, uel quia dilatatur, uel ſtrin
gitur, mouetur uel ſcinditur. Dilatatio naturalis eſt uel non naturalis. Quæ
utraq; mala, quia lumen diſpergitur, neq; ut debet ad rectam lineam acuit̃.
Quod fit ex uuę ſiccitate ſe ſtringente, & à loco ſuo non trahente, quod ſa-
nari eſt difficile. Vel ex euagaoidos plenitudine uueam implente, & ideo di
latante, magnificante, & ipſam aperiẽte. Strictio ſimiliter naturalis, uel nõ
naturalis eſt. Naturalis eſt laudabilis, quia ſpiritus uiſibilis adunatur, nõ di-
ſpergitur. Non naturalis eſt mala & non laudabilis. Eſt enim contraria ei
cauſæ quæ dicta eſt dilatare. Cum enim illa ex ſiccitate ſe contraxerit. Hæc
ex humiditate corneæ quamuis ſupponitur ſtrictioni emollita ſe extendit.
Solet etiam cõtingere ex euagaoidos inanitione, quod maximũ nocet uiſui
cum exiccetur criſtalois ex aëris percuſſione exterioris. Motus eſt cũ uuea
finditur, unde fit ut lumen ex ſui foramine non egredit̃. Sed tamen non offi
cit quia recta linea nõ ſe diuertit. Si tamẽ ſciſſura adeo ſit aperta ut euagaoi
dis fluida corneam tangat, duo ſunt nocumenta. Vel quia uuea tangit cri-
ſtoloidon non habentem qui eam operiat uel humectet, uel qui ſpiritus uiſi
bilis ſe dilatat cum nõ uno foramine exeat. Euagaoidos paſſio in qualitate
eſt uel quantitate. In quantitate ſi maior ſit quam oporteat, & lumini obui-
et interiori ne exterius pertingat. Vel ſi minor ſit ut prę paruitate ſui ſine ea
mediatrice lumen exterius tangat criſtalois. In qualitate, in liquore, uel co-
lore. In liquore, ſi craſſa ſit. Craſſitudo eius parua eſt uel magna. Parua con
trahit uiſum, ut quodlibet uideat remotũ, & perfecte propinquum. Si mul-
ta, & in euagaoide tota uiſus contrahitur, & hic morbus cataracta uocat̃.
Si craſſitudo ſit non in tota, iuncta erit uel diuiſa. Iuncta in medio, uel in me
dium circundando. In medio ſi fuerit, omne corpus quod uidebit, perfora-
tum ſiue concauum ſibi apparebit. Quæ medium circuit multa in uno mo-
mento corpora, & ſingulariter facit uideri ſingula, & hoc fit ex paruitate
uiſus pinei. Sed ſi craſſitudo illa per ſingula loca fuerit diuiſa, cinifices &
muſcæ, atq; pili ſe oſtentant uiſui. De colore, quia omne quod uidet quaſi
nigrum & obſcurum, eſt ſicut in fumo uel nebula, uel rubeum uidetur ſicut
his qui in oculis fruſtulam patiuntur. Hi enim omnia uiſualia uidentur
quaſi rubea. Tertio quia quæ uidentur in citrinum colorem uertuntur,
ſicut ictericis uidetur. Pars corneæ quæ uiſus foramini opponitur
de ſeipſa uel de alia patitur. Si de ſe ipſa uel ex mala complexione, uel ex

morbo

morbo officiali,uel ex iuncturæ ſeparatione. Ex mala complexione humi- da,omnia uiſa quaſi in fumo ſunt uel nebula. Sicca & ſpaſmata uiſus neceſſe eſt deficiat,ſenioribus maxime in fine uitæ ſuæ,aliquando cornea ſpaſmat ex paruitate euagaoidos,& facit diuerſa duo mala,quia & uiſum obſcurat, & foramina minorat. Ex morbo officiali, ſicut apoſtemate cornea incraſſa tur & ſpiſſatur. Vnde & uiſus obtenebratur ſecundum magnitudinem uel paruitatem apoſtematis.Iuncturę ſeparatio ſicut uulnera eſt bipartita. Aut enim perforata aut non perforata. Non perforata uel ex putredine nocet, ibi ſe coadunante,ne lumen interius exteriori aëri iungatur,uel quia criſta- lois exteriori propinquat lumini.Perforata nocet,quia euagaoidon reddũt fluentem. Cornea patiens ex alio uel eſt propter coniunctam, uel propter palpebras.Propter cõiunctam ſi in ea ungula naſcatur,unde cornea operiã tur,uel ſi ophthalmia ſuccedat quæ chimoſis uocatur,id eſt,apoſtema in al bedine,& oculi nigredine. Propter palpebras apoſtemata ſunt corneã ope rientia, uel ſcabies incraſſans eas, & uiſum operiens, uel grandines, id eſt, apoſtemata in palpebris longa.

De accidentibus auditus. Cap. XIII.

Auditus accidentia ſunt tria: Vel enim totus aufertur & ſurdus uo- catur, uel minoratur, & grauitas auditus nominatur, uel curſum ſuum egreditur,& malus auditus nuncupatur. Paſſio auditus uel in ipſo eſt auditu,uel in inſtrumento primo ipſius. In ipſo uel propter cerebrũ quod mandat auditum,uel propter neruum qui eſt auditus uia. Neruus pa- titur ſicut diximus ex mala complexione,morbo officiali,iuncturę ſeparati one. Primum inſtrumentum auditus,latus eſt neruus operiens petroſi oſſis foramen. Quod fit uel ex ſeipſo, uel ex alio ipſius adminiſtratiuo. Ex ſeipſo ex mala complexione,morbo officiali,iuncturę ſeparatione. Ex alio ſi fora- men corrumpatur extrinſecus,uel neruus unde currit auditus, quæ oppilã tur ex apoſtemate uerrucis ſuperfluitate carnis, putredinum adunatione, ex lapidibus,uel alijs corporibus aurem incidentibus.

De accidentibus guſtus. Cap. XIIII.

Guſtus uel totus aufertur, uel minoratur,ut parum ſentiat, uel non ſecundum ſuum curſum conſentiat non ſaporanda, uel non cum ſuo ſapore ſaporanda. Quod fit cum linguæ dominetur humor ſin gularis. Si enim colera ſit rubea, ſentit amara. Si ſalſum phlegma, ſentit ſal ſum. Si acre,ſentit & acre. Qui humores cum abundent ſentit lingua non actualiter. Cum rareſcant appoſitam ſibi tantum ſentit materiam. Mate- ria enim cibi linguam ſuo admouet ſapori. Guſtus uel propter ſe corrum- pitur, uel propter ſuum primum inſtrumentum. Propter ſe uel propter ce- rebrum quod neruum ſibi mandat facientem guſtum, uel propter neruum

ipſum portantem & facientem guſtum. Propter primum inſtrumentum, id eſt, linguæ carnem, uel pelliculam linguam operientem.

De accidentibus odoratus. Cap. XV.

ODoratus uel propter ſeipſum, uel propter ſuum inſtrumentum patitur. Propter ſe ipſum cum uentriculi malam complexionem patiũtur in prora cerebri, ſicut ſi caput humidis repleatur humoribus, uel ex calore ſolis, uel ex frigiditate aëris. Propter primum inſtrumẽtum, cum ambo ubera fruſtulis aſſimilantia ex ſe patiuntur, uel ex alijs ſibi adminiſtrantibus. Ex ſe propter complexionẽ malam, frigidã uel calidam, humidam uel ſiccam. Propter inſtrumentum propter uiam narium, uel os perforatum colatorio aſſimilandum, uel propter ſuas pelliculas. Via nariũ patitur ex morbo officiali, ſicut apoſtemate, carne ibidem creſcente, & nares oppilante, odoratumq́ ad nares aſcendentem contrahente. Vel ex iunctura ſeparatione ſicut fractura nares dilatante, uel ſtringente, & inciſione idem faciente.

De accidentibus tactus. Cap. XVI.

TActus omnium membrorum corporis eſt uniuerſalis. Omne eñ membrum neruum habet unum, unde & ſenſum, & uoluntarium habet motum, uel duos ex uno, & ſenſus ex altero uoluntarius habetur motus, ſicut in anatomia de neruis diximus. Iſte autem ſenſus ſicut & ſuperiores patitur, non tamen unaquęq; paſſio proprium habet nomen. Quædam habent nomen uniuerſale alijs, ſicut titillationem, emollitionem. Has enim duas ſingula patiuntur membra uel omnia. Singula ſicut manus, pedes cum emolliuntur, manuum uel pedum emollitio uocabitur. Omnia etiam membra corporis dolent ſiue delectantur, ſed tamen proprio nomine priuantur. Patitur autem tactus cum uel auferatur totus, unde ſenſus & uoluntarius motus amittuntur. Hocq́ contingit ſæpius manibus ſiue pedibus. Vel minoratur, & paruitas tactus dicitur, ut ſi membrum in tactu obdormiſcat. Vel curſum aſſuetũ egredit, & dolor uocatur. Emollitionis ſiue obdormitionis una eſt cauſa. Sed tamen emollitio infirmitas eſt maior quam obdormitio, cum primis totum ſenſum & uoluntarium auferat motum. Obdormitio utrunq; grauat, cum non tamen auferat. Obdormit autem aliquando membrum unum. Aliquando corpus totum. Aliquando in degrauatur motus uoluntarius ſicut in congelatis dentibus cum acrumina maſticantur. Obdormitionis cauſa nulla eſt alia, quam quod uirtus ſenſibilis quæ à cerebro per neruos procedit, ad obdormita membra non tranſit. Quod extrinſecus ex nimio frigore uel niue conficitur, neruum coagulantibus & conſtringentibus, nec uirtutem tranſire permittentibus. Vel intrinſecus ex frigida complexione uel oppilatione. Oppilatio ex uiſcoſis eſt humoribus, apoſtematibus, uel aliquibus conſtrictionibus. Hæ ſunt cauſæ ob dormiti

dormitionis uel emollitionis. Si paſſio ſit à cerebro, totum corpus, ſenſum, & uoluntarium perdit motum. Si ſit à nucha permulta amittūtur membra. Si in uno neruo tantū membrū patitur, cui ille adminiſtrabat neruus. Quod quoquomodo fiat, declarant ſequentia. Si cerebrum patitur, ſenſus & uolūtarius motus amittuntur, & mors ilico conſequitur. Si nucha & in ſpondyli prima, tā diu uiuit paſſus, quandiu fune ſuffocatus, quia puppim cerebri paſſio iſta tangit. Idem cōtingit ſub ſecunda uel tertia patienti ſpondyli. Hi nō propter infirmitatem cerebri moriuntur, ſed amiſſione anhelitus, quia nerui uenietes ad lacertos pectoris, ab his procedūt locis. Si aūt nucha ſubtus quartā ſpondylem doleat, colli mouētur ſuperiora. Si poſt quintam omnia membra pectoris ſine diaphragmate priuātur motione, & parum doletur in lacertis pectoris ſuperioribus, & ſpatularum oſſibus, & in brachiorum armis ſiue lacertis. Si poſt ſextā motu pectoris ſuperiora perdūt. In ſpatulis ſenſus remanet, & motus, in brachijs motus & non ſenſus. Si poſt ſeptimā diaphragma, & multi lacerti pectoris mouent̄, & manus ſentit & mouetur ſpatulę ſentiunt ſed mouent̄. Si poſt 8. uel 9. patiat̄, totum pectus atq; manus ſenſum habent atq; motū. Horum rationibus cęteræ ſpondyles intelliguntur. Nerui unicuiq; membro ſingulariter cōtingentes ſi patiant̄, nocent membro cui famulantur. Quod ex anatomia noſtra facile quiuis intelligat. Tu tamen conſidera, quia mēbrum cui neruus ſenſum & uoluntariū adminiſtrat motum, ſi patitur utroq; illud priuat̄, ſi inquam paſſione nimia grauat̄. Si non ſit nimia motum perdit cum ſenſus remaneat. Motus enim fortior eſt quam ſenſus. Si duorū neruorum alter ſenſualiter uoluntariū adminiſtrat motum qui horū patiet̄, membrū ſuo tantum priuabit effectu.

De delectatione & doloribus. Cap. XVII.

DElectatio ſiue dolor habentur in omnibus ſenſibus. Horū utrunq; ſenſum mutat in naturā rei ſenſæ. Sed delectatio rei extra naturā in naturalem eſt mutatio, ſicut infirmitatis in ſanitatē. Hæc ſi ſint pauca, neq; dolores faciunt, neq; delitias. Et ſi paulatim ueniant, neq; dilitias neq; dolores generāt. Si enim mali humores paulatim in humano corpore aggregent̄, nulli dolores inde naſcūtur, & exinaniti paulatim humores nullas ſimiliter gignunt delectationes. Sed ſi mutatio ſubita ſit & magna, utraq; generat grauia. Si enim in aliquod membrum humores frigidi ſeu calidi diſcurrūt, dolores graues faciūt. Et ſi mali humores ab aliqua coadunatione ſiue ſubito apoſtemate purgent̄, delectationes inde naſcunt̄. Delectatiōes ſiue dolores in tactu naſcunt̄ grauiores, quia tactus grauior eſt omnibus, neque in naturam rei ſenſæ ſubito mutatur, neq; ab ipſa re ſentienda cito percutitur. Si ergo quoquo modo à ſe inuicem ſeparata tactus & res ſenſa, unde cum paulatim tactui accedat, neceſſe eſt grauius eum lædat. Alij ſenſus non tantum dolent ſiue delectantur. Viſus enim cito in rem ſentiendam

tiendam mutat,ſicut ad colores,unde parũ patitur dolores ſiue delectatio nes. Viſus itaque & tactus, in aliorum poſiti ſunt extremitatibus. Alij enim inter multum & parum ſunt medij. Sed tamen dolor ſiue delectatio in guſtu quam in tactu uidetur eſſe maior. Eſt enim ſubtilior. In auditu for tior eſt quam in uiſu. Eſt enim craſſior auditus. Odoratus inter auditum & guſtum mediocris eſt habendus. Quia nihil aliud eſt dolor quam iuncturæ ſeparatio. Quæ eſt in tactu de re incidente, conterente, ex nimia extenſione, ex calore uel frigore. Hæc non faciunt dolorem, niſi cum iuncturam membrorum ſeparent. Nimius enim calor actione ſua rarificat & ideo ſeparat, frigus econtra coadunat & ſpiſſat, quo ad coadunata ſeparet, & ſeiungat, ſicut in luto uidetur quod dum exiccatur coadunatum funditur. Oportet ergo intelligi malam complexionem non facere dolorem niſi cum diuerſa ſit. Si æqualis eſt per omne corpus non dolor gignitur, quia quaſi naturalis efficitur, nullum autem membrum naturaliter uidetur, ſicut in hectica febri, & hydropiſi uidemus, quia mala complexio toti corpori dominatur. Non ergo dolorem ſentiunt, quia nullum membrum ab infirmitate eſt liberum, quod infirmitati condoleat patientium. Vnde in periodibus febribus magnus dolor in prima periodi ſentitur. Quia alienum eſt, neque prius ſentit corpus, ſed poſtquam per totum corpus diſpergitur, non dolor tantus ſentitur. Quando mala complexio diuerſatur, neque per omne æquale eſt corpus. Quia in aliquibus membris, in aliquibus uero non, in quibuſdam plus, in quibuſdam minus, tunc tandem dolor ſentitur, quia pars diuerſa partem de parte ſuſcipit, & pars in parte uidetur pati. Dolor in uiſu de albo eſt colore quo ſeparatur uiſus, & diſpergitur ſicut calidum, uel de colore nigro qui adunatus tandem ſeparatur, ſicut frigidum. In guſtu ex nimia aciditate doletur, uel amaritudine quæ partes ſeparant linguæ, ſicut calida fecere, uel ex pontico coadunante & conſtringente ſicut frigidum. In auditu ex maxima uoce ſiue acuta dolor naſcitur, quæ auditus ſeparant ſenſum, ſicut albedo nimia uiſum. Vnuſquiſq; ſenſuum exterius dolet & delectatur, ſicut uiſus, auditus, odoratus, quæ dolent uel delectantur audiendis, uidendis, ſiue odorandis, uel interius, & exterius ſicut guſtus & tactus. Guſtus exterius ſentit, quia cibum recipit. Interius, quia ex ſapore ſanguinis ſiue phlegmatis dulcoratur. Nocent colera uel ſalſum phlegma, uel acidum. Tactus dolet exterius cum inciſione fractura ſeparatur. Interius, ex mala complexione caloris & frigoris humoris craſſi uel acuti. Delectatur exterius cum tenera inter calidum & frigidum temperata tanguntur. Interius cum mali humores à corpore diſſoluuntur, ſicut in balneis uidemus, uel cum res nocitiua expellitur, ſicut in coitu cum ſperma emittitur. Sperma enim cum in ſuis abundet uaſis, nocet &

grauat

grauat naturam. Vnde cum expellitur, adiuuatur natura & delectatur. Maior in expellendo ſpermate eſt delectatio, quam dolor in coadunãdo. Quia cum expellitur, in ſimul & ſubito emittić. Cum coadunatur, adeo paulatim coaceruatur ut uix dolor ſentiatur. Delectatio in coitu maior eſt in mulieribus. Quia maſculi delectantur tantum in expulſione ſuperfluitatis. Mulieres dupliciter delectantur, & in ſuo ſpermate expellendo, & in maſculi recipiendo, ex uuluæ ardentis deſiderio.

De accidentibus appetitus. Cap. XVIII.

QVia cum os ſtomachi neruum habeat deſcendentem à cerebro, unde ſenſus datur ſtomachi deſiderio, neceſſe eſt ut accidẽtia quę patitur attineant tactus accidentibus. Paſſio oris ſtomachi, uel ipſius ſoli nocet actioni, uel alijs membris cauſæ ſuæ ſocietatis, ſicut & cerebrum patitur ex oris ſtomachi paſſionibus. Diuerſa enim facit nocumenta, ſicut epilepſiam, alienationem, maniam. Vel nocet membris uicinis ſicut cordi, uel uicinis & ſocijs ſicut defectioni, & anhelitus duriciei. Accidentia quæ ſtomachus in cibi deſiderio propter ſe patitur ſunt tria: Vel enim totum aufertur deſiderium, uel minoratur, uel curſum ſuum egreditur. Aufertur, uel quia corpus non exinanitur, ut ex neceſſitate exinanita reſtaurentur, uel quia os ſtomachi non ſentiat, ut ſeſe inaniat. Quod fit, uel propter ſe cum mala muteć complexione, ſicut in febribus ſæpe uidemus, cum cõplexio ſit calida, uel ex cerebri paſſione ſicut in mania, uel ex paſſione nerui à cerebro ad os ſtomachi uenientis. Vel propter ipſius nerui ſtrictionem, uel propter inciſionem. Minorać deſiderium cum non adeo grauia ſunt ut ex toto auferatur. Peioratur autẽ propter cibum uel potum. Ad cibum in quantitate, uel qualitate. In quantitate cum multum appetat, quod cilia uocatur. Quod fit ex humoribus acidis in ore ſtomachi. Ciliam ſequitur multa digeſtio & humida, uel ex nimia inanitione, ex nimia facta ſolutione. Solutio contingit ex calore qui exiccat & diſſoluit, uel ex defectione contentiuę uirtutis. In qualitate cum ſalſa, acida, & aliquando carbones appetãtur, ſiue lutoſa. Quod fit ex humoribus putridis in ore ſtomachi. Hoc maxime patiuntur prægnantes in primo, ſecundo, uel tertio menſe, cum fœtus paruus nõ multo menſtruo ſanguine utatur, ſed meliore nutriać. Peior adunatur, & putreſit in ore ſtomachi, unde malum appetitũ gignitur. In quarto menſe creſcens fœtus, non parua eiuſdem ſanguinis quantitate eſt contentus. Superfluitas quæ prius fuerat, uomitu, uel faſtidio mulierum exinanitur. Aliquando hoc fit uiris, & non prægnantibus fœminis. Eſt autem ex humoribus in ore ſtomachi: Si humores ſunt acuti, deſiderium minuitur cibi, & potus creſcit. Si acidi, cibus augmentatur, & potus minuitur. Acidi enim humores in ore ſtomachi, deſiderium augent cibi. Si humores dulcorentur, cibus & potus minuuntur. Dulces enim humores implent

plent & humectant. Potus malum deſiderium in quantitate eſt uel qualitate. In quantitate, cum nimiam appetat aquam. Hoc eſt ex nimio calore in ſtomachi ore, uel ex ſalſo phlegmate, uel ex colericis humoribus. In qualitate cum humores ſint putridi, ſiue phlegmatici, uel colerici qui appetunt contraria ſuę qualitati.

De accidentibus cordis propter os ſtomachi. Cap. XIX.

ACcidentia cerebri & cordis actionum ex ore ſtomachi patientium. Hæ ſunt in cerebro alienationes ex calido apoſtemate in ſtomachi ore. Mentis conſtipationes ex frigiditate oris ſtomachi cõtingentes. Hæc frigiditas uel ſine materia uel cũ phlegmaticis humoribus, uel ex frigida accepta eſt medicina, ſicut oppio, ceruſſa, uel frigido cibo ſicut fungis, lacte acido uel quia à uulua mulieris fumus frigidus aſcendit os ſtomachi, cum mulier non menſtruauerit neq; ſperma emiſerit. De ore ſtomachi cerebrũ aſcendit ex conſocietate ſui. Epilepſia quoq; ex humoribus naſcitur phlegmaticis quę in ore ſunt ſtomachi. Mania ſimiliter propter oris ſtomachi melancholicos humores eſt. Quorum fumus cum cerebrũ petat, maniam hãc generat. Hæc cerebrum patitur ex ore ſtomachi ſi paſſio ſit fortis, & cerebrum defecerit naturaliter ſiue accidentaliter. Os ſtomachi cum fortem habet ſenſum. Accidentia cordis & arteriarũ ex ore ſtomachi, ſincopis, uiſus obſcuritas, boliſmos. Sincopis ex nimio eſt dolore eius, & fortiſſimo ſuo ſenſu, & cordis arteriarumq; defectionibus naturalibus ſiue accidẽtalibus. Buliſmus eſt ex mala complexione frigiditatis in ore ſtomachi, ex paruitate cibi & defectione uirtutis. Acide quæ cor & cerebrum ex ore ſtomachi patiuntur, malus eſt anhelitus & conſtrictio ipſius. Quod fit ex apoſtemate in ſtomachi ore diaphragma prꝭmente. Hæc accidentia ſufficiunt quæ attinere tactui ſuperius dicta ſunt.

De accidentibus cerebri. Cap. XX.

ACcidentia cerebri omnium ſenſuum fundamẽti, nimius eſt ſomnus ex frigida complexione ſui, & conſtipatione mentis, ex nimia humiditate ipſius, uel de frigidis cibis, ſicut papauere & opio. Vigilię ſomnum facientibus ſunt cõtrarię, id eſt, ſiccitati nimię, complexioni calidę & ſiccę, & cibis his ſimilibus.

De accidentibus uoluntarij motus. Cap. XXI.

ACcidentia uoluntarij motus, modi fiunt tribus. Vel enim totus aufertur, ſicut cum emollitur, uel minoratur ſicut cum congelatur. Vel curſum ſuum egreditur, quod diuerſis modis cõficitur. Ex actione eñ naturæ ſicut rigore, tuſſi, ſternutatione, oſcitare, ſpandidare, ſingultare, ructare. Vel ex morbi actione, ſicut ſpaſmo, titillatione. Vel actionibus naturę & morbi, ſicut tremore, & motu, congelationem & emollitionem ſequentibus. In natura dicta uirtus intelligit̃ regitiua uel animata. Emollitio unde

totus

totus aufertur uoluntarius motus,ex neruo eſt patiente membrũ cuius erat mouẽte.Quod fit uel ex frigida cõplexione,uel ex apoſtemate,uel ex uiſcoſis & craſſis humoribus,uel ex conſtrictione. Quæ incipiente nucha contigerint,totum corpus emollitur,& minor apoplexia uocatur. Hæc ſi in aliquo ſit neruo laxat membrum cui neruus portabat motũ. Si in lacertis gutturis, uocem patiens amittit. Si in lacertis pectoris,anhelitum amittit. Si in lacertis ueſicæ,urinam non poteſt continere quin exeat ſine patientis uolũtate. Si in natibus,digeſtio ab inuitis egreditur. Quod ſi digeſtio & urina naturaliter fiant,cum expulſiua uirtute,exitus tamen cum uolũtate,ab animata procedit actione. Vrinæ enim egreſſio,ueſicæ eſt egreſſio,uirtutis expulſio,lacertorum circa ueſicæ dilatatio, uel emollitio. Quæ omnia ex actione uirtutis exeunt animatæ. Idem intelligendum eſt de digeſtione. Eſt enim digeſtio inteſtini conſtrictio, & lacertorum rectum inteſtinum circundantiũ emollitio. Vnde cum ueſica emollitur,ſtranguria ſubſequitur,qui naturalis accidens eſt uirtuti. Cum lacerti emolliuntur,quibus os eius conſtringitur, extra uoluntatem patientis urina egreditur. Quod accidit animatę uirtuti. Similiter cum digeſtio conſtringitur,uirtuti naturali accidit exitus cum uoluntate uirtutis animatę. Hæ ſunt res uoluntarium motum auferentes. Motus idem minoratur ex obdormitione. Cuius eadem eſt cauſa,& ſi nõ adeo magna. Edormitio hæc ex natura & morbo eſt. Neq; enim ſenſus amittitur ſiue motus,ſed non ſunt perfecti ex nocumento morbi.

De malis motibus. Cap. XXII.

MOtus uoluntarius cum curſum ſuum egreditur,rigor, tremor, tuſſis,& quæ prædiximus generantur. Nos incipimus de rigore & tremore. Hæc accidentia de acutis ſunt humoribus,ſiue pungentibus in membra ſenſibilia effluentibus,ſicut ſunt lacerti & nerui. His enim nocetur cum ab iſtius purgantur humoribus,unde & ex uirtute ſui ſenſus mouentur, & ad hos expellendos humores expulſiua uirtute adiuuantur. Aliquando hæc duo ſequuntur, cum ſubito frigida aqua infundit corpori,uel ſocus incidat corporibus. Mouetur enim natura ad res expellendas nocitiuas. Eſt autem cauſa rigoris triplex,calor,frigus,defectio caloris naturalis,& abundantia humoris. Calor eſt interior ſicut colerę rubeæ ardor,quem febris ſequitur ex neceſſitate,uel exterior, ſicut cum uulneribus acuta medicina imponitur. Vnde uulneratus tremorem & rigorem patit. Similiter inuenitur in hominibus plenis acutis humoribus cũ balnea ingrediantur. Tremunt,quia calores balneorum humores ad exteriora trahunt. Frigus eſt exterior ex aqua uel aëre. Interior qui de colera nigra naſcit,quę in febris ſequitur,quia ille humor nullum rigorem generat,niſi prius putreſcat,& cum putriunt,rigorem cum calore facit. Si non rigores ſunt ſine febribus. Si pars putreat,pars non generatur febribus,epileos,id eſt,habens

rigorem & tremorem. Defectio caloris naturalis, & abundantia humoris rigorem ſiue tremorem mors ſuccedit. Humorum enim abundantia, cum calorem naturalem defectum inueniat, uincit & extinguit. Rigor ex frigore & tremore eſt compoſitus. Tremorem ex motu uirtutis expulſiuę qui in lacertis eſt ad expellendos nocitiuos humores. Vnde rigor ex calido fortior eſt tremor, quia calor in motu frigore eſt fortior. Rigorē ex frigido ſubſequitē tremor ecōtrario. Vnde tremor in ephemerinos minor eſt q̄ in hemitriteos, cauſa frigoris, quia calor interiora fugit naturalis, propter dolorem exteriorem ex humoribus nocitiuis. Tuſſis ex actione eſt naturæ corporis regitiuæ. Eſtq́ motus fortis expulſiuæ uirtutis, ut res nocitiuas ab inſtrumentis anhelitus expellat, & fit cum conſtrictione pectoris pulmonem conſtringentis. Aër exit fortiter & uelociter, portans quæ habet pulmo atque pectus ex nocitiuis humoribus. Vnde neceſſe eſt naturę ut in tuſſi fortis ſit in uirtute, quatenus humores poſſit expellere, quorum materia non craſſa debet eſſe uel uiſcoſa, ne difficilis ſit ad expellendum, neq; ſubtilis multum ut diſperſa refugiat ad locum ſuum. Oportet ergo medicum cum materia erit craſſa etiā ſubtilitare cum hyſſopo, & ameo & ſimilibus. Si nimis liquida fuerit oportet incraſſari eam cum uirtutibus plurimis. Si uiſcoſa eam diuidat cum oximelle. Tuſſis cauſa complexio eſt mala, uel frigida in lacertis pectoris, uel canalibus pulmonis, uel in gutture. Aut materia interiore uel exteriore. Exteriore, ſicut cibo, potu, puluere, fumo in gutture, uel pulmonis canalibus. Interiore, ſicut humoribus à capite deſcendētibus in canales pulmonis, uel guttur ſiue pectus, ſicut in catarro uidemus, uel chimis ab epatis gibbo aſcendentibus, uel quibuslibet alijs clauſis in diuiſionibus canalium pulmonis, uel ſicut quę in pleureticis ſiue peripneumonicis colligunt, uel ſicut uulnera pectoris & pulmonis.

De accidentibus morbum generantibus. Cap. XXIII.

STernutatio eſt ſicut tuſſis ex natura regitiuæ uirtutis, in motu expulſiuę uirtutis, ad expellendas res nocitiuas de uētriculis cerebri, quę naribus à cerebro expelluntur. Tuſſis tamen à pectore & pulmone efficitur. Sternutatio à naribus & cerebro pectoris adiutorio. Cum enim cerebrum in expellendis fumoſis humoribus moueatur, duo narium & cerebri media foramina aperiuntur, ut humor exeat facilius. Pectus lacertis conſtringitur, unde aëre egrediente mali humores pectoris, & pulmonis egrediuntur. Sternutatio igitur maiori ui quam tuſſis efficitur. Oportuit enim naturam allaborare, ut humores de tortuoſis locis ualeat expellere. Vnde Hippocrates: Sternutatio eſt, inquit, cum cerebrum calefit, & humectant loca uacua capitis. Vnde auditur aëris exeuntis ſonus, quem ſtricti loci facit exitus. Aliquando etiam ſternutatio ex acutis fit humoribus, uentriculos cerebri pungentibus. Singultus, ructatio, ſpandidatio, oſcitatio, fati

gatio, ex motibus regitiuæ uirtutis efficiuntur, ut res nocitiuæ à membris per eam expellãtur. Singultus enim & ructatio, ex multorum humorũ abũdantia eſt in ſtomacho. Aliquando tamen ſingultus ex nimia ſtomachi eſt exinanitione cum ſpaſmatur, quem animata gignit uirtus. Ructatum expulſiua facit uirtus, unde uentoſi humores à ſtomacho expelluntur. Horum humorum uentoſitas uel à cibo generatur, uel à defectione digeſtiui caloris in ſtomacho, uel à nimio ſtomachi calore, cibum incendente. Hoc autem ructare fumoſum eſt. Oſcitatio eſt ex fumoſis humoribus in lacertis maſticãtibus infuſis. Spandidatio ſimiliter de fumoſis eſt humoribus, in totis corporis membris uel pluribus incluſis. Atq; utraq; natura mouetur expellere. Fatigatio cum dolore eſt de rerum nocitiuarum naturæ expulſione. Hæc duplex eſt, aut enim ex nimio laborandi exercitio exterius uel etiam interius. Exterior diuiditur in quatuor. Prima eſt uulneroſa quę de liquidis & calidis eſt humoribus, ex nimio motu in corpore naſcentibus, uel ex diſſolutione craſſorum humorũ, uel ex diſſolutione pinguedinis, uel carnium. Secunda eſt tetanoſa, quæ ex nimio motu & forti, lacertos & neruos extendit. Vnde patiens pigritiem incurrit & grauitatem. Tertia eſt apoſtemoſa ex nimio calore lacertorum propter motũ nata. Vnde infirmus apoſtemoſos ſentit omnes pulſus. Quod contingit ſubitum ſubeuntibus laborem, & non aſſuetis. Quarta ſcliros eſt uocata, ex lacertorũ ſiccitate naſcens nimia. Vnde & lacerti motu carent. Fatigatio interior triplex eſt. Eſt enim uulneroſa contingens ex humoribus colericis, & acutis interiora mouentibus corporibus, cum motus præcedat aliquis. Vnde patiens omnia ſua membra ſentit quaſi uulneroſa. Secunda quæ tetanoſa ex nimium craſſis eſt humoribus membra grauantibus. Hæc facit ſæpe, & multum ſpandidare. Tertia apoſtemoſa ex humoribus naſcitur calidis & ſanguinolentis, habens dolorem & pulſum ſicut apoſtema.

De accidentibus ſolius morbi. Cap. XXIIII.

Accidentia ſolius morbi, ſpaſmus & iectigatio. Spaſmus in lacertis & neruis quod motus uoluntarius facit. Lacertos cõſtringens contra ſuas extremitates. Naſcitur ſpaſmus ex plenitudine, uel exinanitione. Plenitudine, cum nerui uel lacerti implentur humore, latitudinem extendente & longitudinem coartante. Ex inanitione cum humiditas lacertorum euacuatur uel neruorum. Qui dum exiccentur contra ſuam extremitatem extenduntur, ſicut in cordis organorum uidemus, ſi calori cuilibet apponantur, extenduntur atq; rumpunt. Spaſmus ergo ex ſolo eſt morbo. Qui ſi per totum corpus ſpargitur epilepſia uocatur. Si in lacertis palpebrarum facit ſtraboſitatẽ. Si ſtomacho ſingultum facit. Si in lacertis maxillarum frigiditatem, & ſtridorem facit dentium. Iectigatio ex fumo eſt uẽ

toſo & craſſo membris incluſo membra conſtringens & dilatans, ſicut in pulſu uidemus. Sed tamen differtur. Quia cum pulſus ſit continuus, iectigatio rara uidetur. Iectigationem omnia membra patiuntur corporis quæ dilatantur ſicut cutis lacerti, cor, uenæ, arteriæ, ſtomachus, inteſtina, & omnia membra in duritie & mollitie media. Oſſa & cartilago, quia ſunt dura & ſolida, non ſunt uentum includentia. Et ſimiliter cerebrum ex mollitie ſua. Iectigatio ergo quia naſcitur ex uento, neceſſe eſt ex ſolo fiat morbo.

De accidentibus actionum, morbi & naturæ. Cap. XXV.

ACcidentia morbi & naturæ, ſunt tremor & motus edormientium membrorum. Tremor eſt motus membrorum ſurſum atque deorſum. Virtus enim mouet membra ſurſum. Infirmitas uero rapit deorſum. Quod defectio facit uirtutis, quæ non adeo membra poteſt ſurrigere, quin morbus ualentior ſit deponere. Tremor iſte de accidentibus eſt animæ, uel ex maiori paſſione uirtutem diſſoluente. Animata accidentia, timor, ira & ſimilia. Per hæc enim deficit uirtus motus uoluntarij. Morbi accidentia uirtutem diſſoluentia, de ſimili ſunt morbo, ſicut de mala complexione frigida ſemper ſenibus contingente, uel nimiam aquam bibentibus, & in ea balneantibus, uel à quibus nimium uinum bibitur, unde calor naturalis ſuffocatur. Vel ex officiali morbo ſicut neruorum oppilatione, de craſſis & uiſcoſis eſt humoribus, quibus uirtus motiua contrahitur, ne ad neruos per eam mouendos ſit tranſitus. Qui tamen ſi neruos impleuerint, non tremunt nerui tantum, ſed omnino motum perdunt. Verum cum partem uiſcoſi humores tranſeant, partem uero impleant, & in parte uacua uirtus, in plena humor regnet uiſcoſus, neceſſe eſt tremor quidam efficiatur, cum uirtus partem ſuam erigat. Humor uero deprimat. Hæc ſunt accidentia, de morbo & natura orientia.

De accidentibus ſpiritualium actionum. Cap. XXVI.

SVfficit nobis dixiſſe de accidentibus actionis uirtutis patientis animatæ. Oportet item dicamus, quæ ſpiritualis actio accidentia patiatur. Actione ergo ſpirituali prout diximus cor & arteriæ dilatantur, & conſtringuntur, & hæc actio pulſus uocatur. Pulſus uel auffertur totus, quod auferri mors ilico comittatur, uel minoratur, & defectio pulſus uocatur, uel curſum naturalem egreditur. Defectio uel ex dolore eſt nimio, cum in interiora corporis calor fugiat naturalis, uel ex defectione uirtutis ſpiritualis, cum arterias dilatare in omnes ſuas extremitates nō poſſit ſicut uidemus, egreſſionis curſus ſui diuiſione multiformis, ſecundum

dum multitudines & diuerſitates morborum multos & diuerſos pulſus fa-cientium, de quibus dicturi ſumus in futurum.

De accidentibus naturalium actionum, & à digeſtiua incipiendum. Cap. XXVII.

ACcidentia actionis naturalis, patientis & cauſæ, priores duas comitantur ex ordine. Actio uirtutis naturalis nutrimentum eſt in homine. Quod aſſimilat cibum membris ſuſcipientibus receptum. Hoc explet cum actionibus deſiderij & digeſtionis. De deſiderio iam diximus, cum accidentia animatæ uirtutis patientis diceremus. Accidentia digeſtionis ſola reſtant dicenda. Digeſtio eſt triplex: In ſtomacho cum cibus factus eſt chiloſus, quod prima digeſtio uocatur. Secunda in epate, cum cibi ſuccus mutatur in ſanguine, & ſecunda digeſtio uocatur. Tertia in membris eſt totius corporis, cum mutatur ſanguis in naturam uniuſcuiuſq; membri, & tertia digeſtio nuncupatur. Vnaquæq; harum ſuum exequitur effectum cum ſuplementis quatuor uirtutum, ſicut in uirtute naturali iam dictum, id eſt, appetitiua, contentiua, digeſtiua & expulſiua. Patitur prima digeſtibilis in ſtomacho, patitur tribus modis. Vel enim aufertur tota ſicut uidemus in faſtidio, uel minoratur, ſicut in fumoſa uel acida ructatione conſideramus, uel curſum ſuum egreditur, ſicut cum in uentoſitatem traducitur intrinſecus uel extrinſecus. Intrinſecus, cum uirtus digeſtiuæ patitur. Paſſio eius ex mala complexione ſtomachi calida cibum in fumoſitatem & putredinem mutat. Frigida in acerbitatem. Vel patitur ex liquidis humoribus in ſtomacho. Qui ſi ſint colerici, fumoſum ructatum neceſſe eſt fieri. Phlegmatici, acidum, frigor nimius, faſtidium, & lienteriã generat, non fortis uentoſitatem facit. Vel patitur ex officiali morbo, ſicut apoſtemate calido uel frigido. Vnde uirtus deficit digeſtiua. Sciendum eſt autem digeſtionis corruptionẽ, ex defectione uirtutis digeſtiuę eſſe nocibiliorem, & maxime ex frigida uel calida mala complexione. Humida enim & ſicca, digeſtionem minuunt, non tamen auferunt, niſi cum malum incidant morbum. Exterius digeſtiua uirtus patitur propter cibum uel ſomnum. Si ſomnus ſit multus, digeſtio erit bona. Si paruus, digeſtio mala. Propter cibum fit quatuor modis, in qualitate, in quantitate, in tempore, in ordinatione. Quantitate, ſi multus ſit cibus uel paruus. Si eſt paruus, & ſtomachus calidus, in fumoſitatem mutatur. Si multus & durus, & fortis uirtus, longusq; ſomnus, digeſtio tantum comitatur. Si cibus eſt mutabilis & calor fortis, corrumpitur in ſtomacho. Si ſomnus longus fuerit ſiue breuis. Si calor deficit & cibus multus, & durus fuerit, ſomnusq; paruus, faſtidium fit, Ex qualitate, quia ſi calidus eſt, & ſtomachus calidus, in

colericos humores mutatur, ſicut mel in iuuenibus, & in calidæ naturæ animalibus. Aut ſi frigidus, & ſtomachus ſimiliter frigidus, in aciditatem cibus mutatur, ſicut lac & cucurbita, in ſenibus, & frigidum ſtomachum habentibus. Ex cibi ordinatione, quia cum homo ſtipticum cibum accipiat, ſicut coctana & pira, & poſt cibum ſolubilem, ſicut cibus blitis, & ſpinachia, uentrem conſtipat, & cibum neceſſe eſt corrumpat. Similiter ſi cibis duris utantur, ſicut carne, & uuis duris. His que cibus ſuccedat facilior ſicut coccina, & cucurbita, melones, cibus oportet corrumpatur, & in malos humores mutetur. Omnis cibus durus in ſtomacho diutius moratur, quia difficulter digeritur. Cibus facilior cum ad digerendum molliatur, præ duriciæ uero alterius non egrediatur, neceſſe eſt corrumpatur. Oportet medicum ut ſtomachi diſcernat paſſiones qualitatiuas, ſi ſit ex uirtute digeſtiua, uel ex cibi ſiue ſomno. Accidentia enim ex digeſtiua ad ſanandum ſunt dura, & etiam impoſſibilia. Aliquando caduntin lienterias uel cibus nullatenus erga ſtomachum mutatur. Accidentia ex cibo, ſiue qualibet cauſa exteriori faciliora ſunt ſanari. Quæ ſic poſſunt diſcerni. Si accidentia quæ patitur ſtomachus ex cibi ſint multa uel parua quantitate, uel calida ſiue frigida qualitate, uel poſt uigilias, uel quaslibet exteriores cauſas, intelligitur non eſſe ex digeſtiua. Quod ſi econtrario, uirtuti digeſtiuæ eſt imputandum.

De accidentibus tertiæ digeſtiuæ. Cap. XXVIII.

CVm que accidentia uirtus digeſtiua patiatur diximus, oportet de tribus reliquis dicamus, id eſt, appetitiua, contentiua, expulſiua, quæ in digeſtione ſunt prima. Appetiua ergo patit̃ in ſtomacho, uel ſi tota auferat̃, uel minoret̃. Quæ ex mala complexione uel morbo officiali ſequuntur. Sed ſi mala fuerit cõplexio calida uel frigida, & hæc fiunt maxima, uirtus aufert̃ appetitiua. Si non multa, minorat̃ & ipſa. Si officialis morbus noceat, ſicut apoſtema in meri uel in ore ſtomachi, uel ſi caro fuerit aliqua ſuperflua, ita iſta cadat ne tranſire ualeat, ſi multa eſt uirtus auferAtur appetitiua. Si parua, appetit inordinate, & non ſecundũ quod oporteat. Patitur autẽ ſtomachus ex obdormitione, ſpaſmo, ſiue tremore, ſicut & alia membra pati inde diximus. Quod contingit cum uirtus nõ adeo ſit fortis. Neque morbus ita maximus, ut morbi & naturę accidentia aſſocient̃. Cõtentiua ſtomachi, uel aufertur tota ſicut in lienteria, in qua cibus ſine aliqua mutatione digerit̃, uel minoratur, & uentoſitas̃, inflatio, uel ſonitus cõficiunt̃. Quod ex complexione fit frigida, uel cibo qui uentoſitatem generat, uel non digeſtione niſi parua, & hoc cito exeat. Quod fit cum ſtomachus non adeo teneat ut bene digerat, & epar ſuccum cibi non bene attrahat, unde

neceſſe

neceſſe eſt ut digeſtio liquida,& uelox exeat ex inteſtino. Si cibus in malam complexionem intra ſtomachũ mutatur, putida digeſtio ſequitur. Si ex coleriса, ſiue calida mutatio ſit illa, ſequitur ardor & punctura. Si ex frigida & phlegmatica, inflatio ſuccedit & uentoſitas. Aliquando ſtomachus non cibum retinet ſecundum quod oportet, ſicut ſpaſmatus tremens. Vnde ſingultus ſit & uomitus, qui motus ſpaſmo attinere uidetur. Sed non eſt certus, cum in lacertis ſiue neruis ſit ſpaſmus. Singultus & uomitus actiones ex contentiua & expulſiua ſunt uirtutibus. Contentiua enim cum libenter cõtineat, & expulſiua res ex ſtomacho uelit expellere nocitiuas, ſi in ſuperiori ſtomacho eas inueniat, ſingultus creat. Si in fundo uomitum facit. Stomachus enim leuatur ut ori ſuo uicinetur, quatenus res nocitiuæ expellantur. Hæc ſunt accidentia quæ uirtus patitur contentiua. Expulſiua in ſtomacho triplici patitur modo. Vel enim tota aufertur ſicut in ileos uidetur, & hæc moleſtiſſima habetur, naſcens ex calido apoſtemate in inteſtino ſubtili, quã febris ſequitur & ſitis. Vel ex defectione expulſiuę, quod ex frigida complexione, uel ex frigido cibo. Vel ex oppilatione ſtercus in conglobositatem inteſtini exiccante. Quod ſequitur inteſtini grauitas, & ad uomitum motio inflatio, & ſonitus. Aliquando hunc morbũ antecedit diarrhœa. Vel actio expulſiuę immoratur, cum ſtercus ad egrediendum induretur, uel non ſecũdum quod oportet egrediatur. Quæ liēteria ſequitur, cum cibus expulſiua cibum moueat antequam digerat. Hoc fit autem cum humores acuti pungunt ſtomachum, uel etiam cibi, ſicut ſinapi uel fortitudo aceti, uel grauãt eum, & ob hoc expelluntur. Hęc ſunt quæ uirtus expulſiua in ſtomacho patitur. Oportet autem intelligas, quia hæ tres uirtutes idem patiuntur circa inteſtina. Maximum autem expulſiua, quæ plus cæteris regnat in eis. Aliquando ſtomachus & inteſtina, appetitiuam & expulſiuam operãtur extra naturam. Cum enim à meri ſtomachus trahat, & in inteſtina cibum proijciat, inteſtina autem à ſe alternatim recipiant, & digerendo eijciant, quod naturale eſt & uſuale, & cum ſtomachus ab inteſtinis recipiat, & in meri ſtercus proijciat, extra naturam eſt cum uomitu. Similiter inteſtina ab inferioribus accipientia proijciunt in ſtomachum ſicut in ileos uidemus, & cum diu ſtercus contineatur, in ileos, quia cum uirtus expulſiua ſecundũ curſum ſuum digeſtionem moueat, neq; propter oppilationẽ uias inueniat, retorquet ea in ſuperiora, & item inteſtina moueritin alterutra, quoad in ſtomachum redeat. Stomachus in meri proijcit, meri cum uomitu ori reddit. Aliquando cum homo præter uelle contineat in ſe digeſtionem, uel uentoſitatem, quæ propter timorem retinet ſiue pudorem, ſeu propter quamlibet aliam rem impedientem, alternatim redit ad ſuperiora quæ per uomitum emittat.

De acci

De accidentibus ſecundæ digeſtiuæ. Cap. XXVIII.

SEcunda digeſtio cum ſanguis in epate generetur, atque uenis paſſionis eſt triplicis. Vel enim tota aufertur, neque ſanguis mutatur, ſed albus remanet ſicut prius, uel minoratur, cum parum digerendo mutetur. Vel non ſecundum ſuum curſum digeritur, ſicut ſi in citrinum, & coleram rubeam mutetur, quod icterici patiuntur. Vel in colerã nigram ſicut patientibus morpheam nigram, & elephantioſis, uel in phlegma ſicut in hydropiſi, uel alba morphea. Hæc autem duplicia interiora uel exteriora. Interiora uel ex mala complexione calida, ſuccum in coleram rubeam mutante, uel ex calidiſſima in coleram nigrã ex incenſione nimia. Ex complexione frigida in aquoſum ſanguinem mutante, ſi frigidiſſima non mutata perſeuerat. Vel ex officiali morbo ſicut in uenis eſt conſtipatio propter humores uiſcoſos, uel propter apoſtema. Tertium ex natura ſucci ad epar uenientis. Quæ ſi ſit multa, non totam in ſanguine mutat epar. Succi enim quantitas multo maior, quam conſumens epatis caliditas. Si parua, in colericos humores mutat. Calor eñ epatis quantitatem ſuperat ſucci. Si ſit calida, in colericos humores transformat. Si frigida in phlegma, uel uentoſitates ſecundum frigiditatis quantitates. Exteriora ſunt ex actionibus patiẽtium, ſicut in balneo, in cibo, exercitio, & ſimilibus. Hæc enim omnia ſi homo non operetur ſecundum quod oporteat, mali chimi in corpore augmẽtantur & multi. Si quis enim ſæpe accipiat cibaria calida, coleram generantia, ſicut ſinapi, allia, cepe, & ſimilia, & ſimiliter melancholiam gignentia, ſicut carnem uaccinam, lentis, uel ſi comedat phlegma facientia, ſicut lac, fungos, piſces recentes, humoribus malis abũdabit. Similiter quieti, & multum comedentes, & balneari negligentes, uel poſt ſaturitatem, & nimium coitum balneantes, phlegmate abundent neceſſe eſt. Contrarios his colerã rubeam habere oportebit. Hoc modo intelligũtur alij humores generari. Humores generant ſecundum qualitates ſuas infirmitates diuerſas. Si ex colera & toto corpore aſpera, generat ictericia. Si in membris eriſipelam gignit. Si ex colera nigra, & toto corpore inducta, nigra fit morphea. Si in uno membro, cancer & ſcliros. Phlegma per totum corpus, hypoſarcam uel albam facit morpheam. Si in aliquo membro, odimiam, humores aquoſi, & in corpore augmentati faciunt hydropiſin. Si uero in membro ſingulari, neceſſe eſt ueſicam fieri. Hæc accidentia digeſtio patitur ſecunda.

De accidentibus tertiæ digeſtiuæ. Cap. XXVIII.

DIgeſtio tertia per omnia membra traducitur in ſimilitudinem ſuſcipientium. Huius accidentia ſunt triplicia. Vel aufertur tota ſicut in hecticis, uel minoratur ſicut in macilentis. Vel curſum ſuũ egreditur ſicut in morpheacis. Aufertur, quia nutrimentum non inuenit, uel quia quælibet uirtutum aliqua patitur accidentia, & actio ſua deficit ex

comple

complexione mala. Ex complexione mala uirtus mutabilis deficiens, cibu in naturam non aſſimilat ſuſcipientium. Vnde in corpore humores, & male gignuntur ſuperfluitates. Si expulſiua fortis fuerit, humores expelluntur mali, & cibi boni. Vnde & nutrimentum aufertur. Si debilis, humores remanent in membris, & morbi generantur diuerſi. Virtus appetitiua ſi fortis ſit, & digeſtiua deficiat, nec appetitos cibos mutet, nec expulſiua expellere queat, mala morborum generantur accidentia. Macies ex paruitate cibi, & potus eſt uel propter accidentia quæ uirtus patiatur aliqua. Ictericia & morphea, & lepra, & ſimilia, non cibum membris aſſimilant ſed mẽbra cibis. Quod ex corruptione fit materiæ debentis membra nutrire.

De accidentibus morborum corporum. Cap. XXIX.

ACcidentia morborum corporũ ex corruptionibus ſecundæ & tertię digeſtionis, ſunt ictericia citrina uel nigra, elephantia, morphea alba uel nigra, linguæ nigredo, & ſimilia. Ictericia ex epatis caliditate eſt nimia, ut ſanguinem mutet in coleram, & toti corpori mandet, per uenas, & cutem corporis in citrinitatem transformet. Vel ex uenarum nimio calore, ſanguinem in citrinum mutante, uel ex conſtipatione uiæ fellis ad epar tendentis, ne coleram ab epate trahere poſſit. Vnde colera remanẽs in ſanguine per corpus ſe ſpargens tangit cutem. Quod ex uiſcoſo fit humore in uia fellis, ſiue apoſtemate epatis, uiam ipſius fellis conſtringentis. Ictericia nigra ex nimio eſt calore ſanguinem incendente, & in coleram nigram mutante. Vel ex frigore idem melancholiam faciente, uel ex conſtipatione uiæ ſplenis, quæ cum feces non extrahat ſanguinis, dimittit commixtos ſanguini, & ita per totum corpus diſperſi, cutem exteriorem tingũt corporis. Lepra eſt cum ſanguis ſubſtantialis ex incenſione nimia corruptus, in coleram nigram transformatur. Vel complexio membrorũ corporis ex nimietate caloris ſanguinem incendit, & in coleram nigram traducit. Vel eadem complexio mutata, in melancholiam traducitur ex frigiditate nimia. Vnde cibus in naturam eius conuertitur. Morphea nigra eſt cum exteriora membra ſiue cutis in nigredinem ſe mutant, & interiora tamen ſana ſunt. Hæc cum ſit debilis, morphea tantum erit, cum fortiſſima erit lepra. Morphea alba ex phlegmatis eſt cauſa, cum ſanguis ex complexione frigida & humida mutatur in phlegma, cui aſſimilatur exteriorum membrorum natura. Linguæ nigredo eſt, cum fumus epatis, pectoris, ſeu ſtomachi ad linguam aſcendit & incendit. Ex hac ratione omnia accidentia in exteriori cute apparentia ſunt conſideranda.

De accidentibus in apparentibus exeuntium corpus. Cap. XXX.

EGredientia corpus in quantitate, uel qualitate corrũpuntur. In quãtitate, ſi digeſtio uel urina, uel menſtrua fuerint multa. In qualitate ſi eadem fuerint nigra. Sunt & alia à corpore egredientia, quæ tamen

non ſunt naturalia. Sicut ex naribus ſanguis emiſſus. Quæ ex tribus ueniũt rebus, uel ex defectione uirtutis, uel ex materia, uel ex membris. Ex uirtutis defectione, ut ſi quis materiam non poſſit continere. Et maxime ſi fortis ſit uis expulſiuę propter materiam multam in quantitate quę grauat uirtutem ad expellendum, ſicut eſt cibus multus ut fiat inde uomitus, & ſanguis explens ſua, qui quouſq; crepent ea imprimat. In qualitate, ut ſi ſit acuta uel pungitiua, quam expellere naturam oporteat, forte magis noceat. Vel calida quę uaſa comedat & aperiat. Vel humida ſubtilians & humectans uenas ut facile crepare eas faciat, uel ſi rara ſint uaſa naturaliter & ſubtilia, & ad rumpendum facilia. Vel ſi etiam fuerint ſicca, & ad rumpendum leuia.

De accidentia in digeſtione apparent bus. Cap. XXXI.

ACcidentia digeſtioni attinentia ſunt triplicia, in qualitate, in quantitate, in tempore. In tempore, ut ſi digeſtio exeat antequam cibus digeratur, uel moretur poſtquam tempus adueniat. Velocitas exeundi ex multitudine eſt cibi uirtutem grauantis, uel ex qualitate ſui acuta ſiue pungitiua. Quam cum uirtus pati nequeat, cogit ut ante tempus exeat. Vel humida & lubrica, ut nullo cogente exire ualeat. Vel ex paruitate ſui nutrimenti. Vel ex debilitate ſenſualis inteſtini grauitatem cibi refugiẽtis. Mora digeſtionis ex defectione expulſiuę, & fortitudine contentiuę, uel ex defectione ſenſualis inteſtini, uel ex cibis. Si enim pauci ſint cibi & parui, natura digeſtiuæ uirtutis feces diu retentat, ut ſuccum tandem eligens ſuperflua expellat. Vel ſi cibi naturaliter ſint ſtiptici, uel lacerti uentris adeo defecti, ut inteſtinum exprimere nequierint. In quantitate multa uel parua digeſtio fit, uel in numero ad ſellam eundi. Ex multitudine, uel cibi cuius ſuccum epar non ſuſcipiens creſcere permittit, uel humorum in inteſtinum deſcendentium. Ex paruitate, ſicut ex paruitate cibi. Numerus ad ſellam eundi, ex defectione contentiuę uirtutis, & aliqua fortitudine expulſiuæ, & ſuper anum lacerti mollitie. Fortitudo expulſiuæ, ex laxatiuæ potionis ſiue cibi eſt occaſione. Vel ex eiuſdẽ corruptiõe, uel ex acutis humoribus à toto corpore in inteſtinũ deſcendẽtibus. Vel ex morãtibus in ipſo inteſtino ſicut uulneribus, uel ex fortitudine ſenſus inteſtini. Cõtraria huic paucitas eſt numeri, cuius cauſa ſuperiori eſt cõtraria. In qualitate curſum egrediẽs naturæ, uel ab interioribus uel ab exteriorib. Ab exterioribus cauſa eſt cibus in quantitate uel qualitate. Quantitas cibi, uel in poteſtate eſt accipiẽtis, uel in multitudine cibi. Qualitas ſi cibus in malos chimos mutet̃, uel ſi uẽtoſitatẽ faciat. Cibus uentoſitatem facit, uel ex natura ſui, ſicut faſeoli, uel ex defectione inteſtini & ſtomachi. Quod ſi ſit frigidiſſimus, nulla uentoſitas efficit̃. Cum em̃ tempus ſit minus frigidũ, ueq; uentoſum, neq; nebuloſum, & ſimiliter calidiſſimũ, utroq; caret. Sicut in æſtate calidiſſima nõ uentoſitas uidet̃ uel nebula. Ventoſitas ſtomachi uel inteſtinorum exit uel non exit. Exiens

uel

uel à ſuperiori ut ructatio, uel ab inferiori cum ſtrepitu. Sine ſtrepitu, nim
ſiccitas ſignificatur. Ex maiori ſonitu, maior humorum craſſitudo portenditur. Qualitas ab interioribus ex acutis eſt humoribus in inteſtinum deſcē dentibus, uel ex alijs nimium abundantibus. Hęc aliquando eſt ex natura ſicut uidemus in diſenteria utilis atq; iuuans, aliquādo de ſolo morbo ut diarrhœa ex conſumptione membrorum, uel ex utroq; ſicut uidet in proijcientibus lauaturam carnis. Ex utroq; infirmitas eſt quadripartita. Vel enim ſolus eſt ſanguis, ſicut in truncatis maioribus membris. Quia cum ſanguis loca illa nutriturus non inueniat quo diffundatur recurrens ad interiora, digēſtione inferiori emittitur. Solet & idem contingere in ſe exercentibus. Qui cum ad quietem ueniunt, ſanguinem coadunatum ab inferioribus digerūt. Quod ex termino et nō ſemper faciūt ſicut periodi uel ſicut carnis lauatura, quod ex defectiōe eſt digeſtiuæ uirtutis in epate. Tertia eſt nigra & lucida. Quod fit cum licet epar mutet ſanguinem ſecundum quod oporteat, tamē per totum corpus ex conſtipatione epatis non mandat. Vnde in eo coadunatus incendit, & in nigredinem mutatur, & ita tandem egeritur. Quarta cum ſanguis exeat paulatim, & in temporibus uicinis aliquando bonus, aliqñ coagulatus, interdū cum putredinibus, interdum ſquamoſus. Vel ſicut inteſtina raſura. Quę ſi ſint frigida, & dura, tenaſmos ſunt uocata. Si neq; frigida, neq; laborioſa, uocatur diſenteria. Quæ ab inteſtinis uel epate exit.

De accidentibus in urina apparentibus. Cap. XXXII.

Accidentia quæ patitur urina, à renibus ſunt uel ueſica. A renibus in quantitate, uel in qualitate. In quantitate ſi multa uel parua exeat, uel non exeat, uel cum duricie fiat. In qualitate, ex calida in renibus complexione, ut tota aqua ſanguinis ad ſe trahatur, ut calor ſuus refrigeretur. Quam ueſicę poſtea mandat, & uocatur diabeta, uel ex epatis frigida complexione cum aqua augmentatur in ſanguine, & renibus miſſa proijcitur in ueſicam. Vel ex defectione contentiuæ & expulſiuę in renibus fortitudine. Non exire urinam ex fortitudine eſt contentiuę, uel ex conſtipatione uiæ urinæ. Conſtipatio ex uiſcoſis eſt humoribus, arena, lapide in renibus, apoſtemate in uia urinæ. Cauſa lapidis humores ſunt phlegmatici, & calores nimij, qui à calore deſiccantur & indurant. In qualitate, ex colore ſicut nigro ex nimio caloris incendio, uel nimia frigiditate, uel albo, ſicut ex conſtipatione pororum. Vel ex fœtore, ſicut in fœtidis febribus eſt uidere. Sunt & alia accidentia quæ urina patit ex ueſica. Quod eſt cum lacertus collum ueſicæ circundans emollit ex nimia humiditate, & urina non continetur, uel ex defectione cōtentiuę, & fortitudine expulſiuę, uel ex nimię aquę potatione, uel puſtulis naſcētibus, uel ſcabie ueſicę, ut pungat ab urina, nec continere eam ualeat. Quod cum combuſtione fit nimia. Stranguriam urinæ ex uitio ueſicę defectio facit expulſiuæ, & uirtus contentiuę. Vel com

plexio ſicca qua deſiccatur urina ſicut in acutis febribus. Vel conſtipatio exui-ſcoſis humoribus in urinę uia ad ueſicã, uel ex ſanguine coagulato uel ſanie. In qualitate urinæ ſi ſit fœtida propter puſtulas ex coloris ſui mutatione propter puſtularum ſaniem. Mutatur enim color ex ſanie, ſiue uulnere, ſeu apoſtemate.

De accidentibus in menſtruis apparentibus. Cap. XXXIII.

MEnſtrua ſunt naturalia, naturam in qualitate uel quantitate exeuntia. In quãtitate ſi plus uel minus quam oporteat, uel nihil omnino exeat. Plus quam oporteat ex forti eſt expulſiua, & deficiente contentiua, uel ex materia & nimis liquida, uel ex abundãtia qua adeo grauatur natura ne ſufferre ualeat, uel ex raritate uuluæ, & uenis, quæ in eius ſunt ore. Non exire contrarium eſt rationi noſtræ. Quod ex craſſitudine eſt materiæ, & eius uenarum ſpiſſitudine, & pororum conſtipatione, uel defectione expulſiuę, & fortitudine cõtentiuę. In qualitate ſi coloris ſit nigri, unde nimia incenſio uidetur ſignificari. Rubeus enim & citrinus color eſt, & coleram rubeam ſignificat. Albedo & liquiditas, uel ſpumoſitas, frigorem, humiditatem, uel uentoſitatem ſignificat.

De accidentibus in ſudore apparentibus. Cap. XXXIIII.

SVdor eſt naturalis ſicut in diebus creticis, uel temperatis exercitijs, uel in balneis. Eſt & extra naturã in conſumptione carnis. In hoc eñ ſudore ea tantum exeunt quæ non oporteret exire. Eſt & mediocris ſicut in nimijs exercitijs. Sudor nõ naturalis in quãtitate eſt uel in qualitate. In quantitate ſi maior ſit quàm oporteat, quod ex nimia eſt materia, uel liquiditate ſua, uel ariditate pororum, uel uirtute expulſiua. Paruitas ſupradictis eſt contraria. In qualitate unde ſanguis uel citrinitas, inde portenditur colera rubea uel putredo, unde humores putridi ſignificantur.

De exinanitione non naturali. Cap. XXXV.

INanitio non naturalis eſt ex naribus ſanguis, uel ex alijs locis unde conſuetudo profluí non expoſcit. Fit autem tribus modis: Ex uirtutibus, ex materia, organis. De uirtutibus ſi fortis ſit expulſiua, & defecerit contentiua. Ex materia ſi ſit multa unde crepentur uaſa, uel acuta unde perforẽtur uaſa. Ex organis ſi ſint ſolida, & cito crepantia. Omnis autem crepitura uel intima eſt uel extima. Intima eſt ex materiæ abundantia unde facile crepentur uaſa. Extima ſicut caſus, occurrens concuſſio, & magna uox. Hæc de cauſis accidentium dicenda fuerunt. Finitur autem diſputatio noſtra de accidentium cauſa.

Conſtan

CONSTANTINI
AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber VI.

CAPITA LIBRI.

De uniuerſalibus ſignificationibus & earum diuiſionibus. 1
De intelligendis pulſibus, & quid per eos ſignificetur. 2
De pulſunm generibus & eorum qualitatibus. 3
De cauſis quas in pulſu res facit naturalis. 4
De mutatione pulſus, propter rem nō naturalem. 5
De mutatione pulſus propter rem extra naturam, 6
De mutatione pulſus propter res uirtutum gratiuas. 7
De pulſibus apoſtemata ſignificantibus. 8
De pulſibus cerebri paſſiones portendentibus uel ſpiritus oſtēdētib. 9
De pulſibus paſſiones inſtrumentorum. 10
De pulſibus inſtrumentorum cibalium patientibus. 11
De uniuerſali diſputatione ſignificationis urinarum. 12
De qualitatibus cognoſcendis colorum urinæ, & diuiſionibus earū, & quid per eas ſignificetur. 13
De ſignificatiōibus liquorū urinę. 14
De ſignificationibus hypoſtaſis. 15
De ſignificationibus digeſtionū. 16
De ſignificationibus ſcreatuum. 17
De ſignificationibus ſudorum. 18

De uniuerſalibus ſignificationibus & earum diuerſionibus. Cap. I.

AD plenū pro poſſe noſtro de accidentibus & eorū cauſis, id eſt, morbis diximus, & ipſū tractatū de ſciētia cauſarū accidētiū titulauimus. Oportet ergo in hoc ſubſequēti opuſculo dicamus de morbo, & accidentib. eū ſequētibus, id eſt, de ipſius ſignificationibus. Vnde hęc particula titulat̃ ſignificationū ſcientia. Hæ igitur ſignificationes generaliter ſunt triplices. Aut em̃ ſignificant ſanitatē, aut morbum, aut neutrū. Quarū unaquęq; aut præterita, aut præſentia, aut futura portendit. Harum autem quædam ſunt uniuerſales, totius corporis qualitates deſignātes, alię particulares. Hos uero ab uniuerſalibus incipiemus quaſi dignioribus. Vniuerſalis ergo ex ſua actione cognoſcitur ſignificatio. In ſanitate enim perfectam mōſtrat actionem. In infirmitate corruptam. Horum autem cauſa mēbrorum eſt ſanitas, aut eorum infirmitas. Quæ utraq; contingunt ex temperamento, uel corruptione chimorum. Vniuerſalis ſignificatio, unde uniuerſalis inuenitur actio, ſpiritualis uel naturalis actionis eſt ſignificatio. Quibus duabus actionibus corpus animalis regitur. Sanitate uirtutis enim ſpiritualis calor alitur naturalis, ex quo calore uita ſit animalis. Corruptioni ergo ex neceſſitate ſequitur mors. Temperamentū ſanitas, non temperamentum infirmitas. Ex uirtutibus autem naturalibus quatuor humores reguntur. Vnde ſicut diximus, omnia membra corporis animalis gubernantur. Quod cum ita ſit optime fuit rationis, noſtros anteceſſores ex his duabus actionibus perpen

dere corporum ſanitates, eorumq́ꝫ infirmitates. Ex uirtute enim ſpirituali ſanitas intelligitur uirium corporis animati, & defectio ſui. Et temperamētū caloris naturalis, & corruptio temperamenti, & actiones rei naturalis, & nō naturalis, & extra naturā in ipſis & in corde quod fundamentū eſt ipſius. Scientia uero horum omniū, in motibus cognoſcere eſt pulſuū. Motus enim pulſualis, motioni cordis eſt æqualis. Hæc autem ſcientia pulſuum uocatur ſcientia. Ex naturali itidem actione temperamentum humorum intelligitur in ſanitate, ut eorum diſtemperamentum in infirmitate. Quod dat intelligi excoctio in uenis, & excoctio in ſtomacho, & inſtrumentis ſpiritus. Virtus iſta deprehendit̃ circa corpus exeuntia. Excoctio enim in uenis intelligitur in urinis, quia urina eſt colamentum ſanguinis. Coctio in ſtomacho uel inteſtinis, in digeſtionibus eſt uideri. Digeſtio enim eſt fex excocta in ſtomacho, excoctio inſtrumentorum ſpiritus, in ſaliua & excreatione intelligit̃, quot ſunt feces ciborum hæc membra nutrientium. Sudoris quoqꝫ ſunt ſignificationes, ſed non uniuerſales. Quia ſudor ſubtilis eſt humor expulſus à membris per poros cutis. Quæ cum ita ſint, oportet uniuſcuiuſqꝫ ſignificationes dici, circa ſanitatem, infirmitatem, & neutrum. Et incipiendum à pulſu, quia dignior eſſe uidetur.

De intelligendis pulſibus, & quid per eos ſignificetur. Cap. II.

PVlſuum ſcientia tribus ex cauſis ſcitu eſt moleſta. Primo quia nullus adeo expertus eſt qui paruas eorum intelligat mutationes. Secundo, quia cum medicus pulſum imploret, omnia eius genera in paruo tempore cognoſcere neceſſe eſt. Tertio, quia non habet cui aſſimilet unde eorum inueniat firmitates. Vnde oportet in pulſibus bene laborare, ut in paruo tempore decem genera quis ualeat agnoſcere. Dicendum prius quis ſit pulſus & quomodo fiat. Pulſus ergo motus localis arteriarum & cordis, ut dilatando ſeu conſtringendo naturalis cuſtodiatur calor. Cuius cuſtodia eſt trahere frigidum aërem cum dilatatiõe, & expellere fumoſum cum conſtrictione. Dilatare cor & arterias eſt mouere à centro in extremitates ſuas. Conſtringere eſt ab extremitatibus ad centrum mouere. Quæ planius de uirtute ſpirituali tractaremus. Cordis & arteriarum idem eſt motus. Vnde ex uno omnes intelliguntur. Motus ergo cordis quærendus eſt in arterijs. Pulſus autem ſcientia ad hoc tantum eſt neceſſaria, ut ſpiritualis uirtus quæ in corde eſt intelligatur. Quod non poteſt intelligi ex omnibus corporis arterijs, & hoc tribus ex cauſis. Quædam enim arteriæ in inferiori ſunt corpore, ſicut quæ in dorſi ſunt longitudine. Aliæ in carne ſunt fundatę ſicut coxarum arteriæ, aliæ oſſibus ſunt opertę ſicut in pectore. Quarum motus non apparet in tactu, dum ſanum & carnoſum eſt corpus. Secundo, quia quædam ſunt longæ non omni apparentes tempore. Vnde non in tactu ſunt inueſtigandę, ut calcaneorum & plantarū pedis arteriæ

teriæ. Tertio, quia non earum compoſitio eſt recta, ut quatuor digiti planè poſſint apponi, ſicut in auricularum arterijs. Quod cum ſit neceſſe eſt membra non multum carnoſa eligi, neq; à corde remota, & quarum compoſitio ſit recta. Vnde antiqui arterias elegerunt brachij. Sunt enim faciliores & utiliores, & pulchriores. Vtiliores quia cordi propinquiores. Faciliores, quia brachia non adeo ſunt carnoſa. Pulchriores, quia medicum uerenda præſertim membra fœminea diſcooperire turpe eſt. Intelliguntur autem pulſus ex digitorum ſuper arterias brachij appoſitionibus, & hoc in longū nec infirmi manus dilatetur, uel ſtringatur. Digitorum poſitio ſuper arterias eſt diuerſa, eſt enim ubi oportet premi digitos arterijs, ſicut ubi pulſus eſt fortis. Qui cum prematur digitis repelli uidentur. Et in carnoſis arterijs ſimiliter debent imprimi. In debili autem & nudo carnibus oportet digiti leuiter premantur. Debilis ſi tenetur non mouetur. Nudus carne, eadem non debet premi ratione. Oportet aūt mediocriter premi nec multum fortem, nec multum debilem, nec multum nudum, nec multum carnoſum.

De pulſuum generibus & eorum qualitatibus. Cap. III.

PVlſuum qualitates, multimodę ſunt & diuerſiformes ſecundū uirtutum diuerſitates eas mouentes, & iuxta etiam naturalis uarietates caloris, & ſecūdum quod ſanguinis & ſpiritus in ipſis habet pulſibus, cum naturam ſuam cuſtodiant ſiue egrediantur. Hæc tamen diuerſitas in decem tantum concluditur genera. Primum, ſecundum quātitatem dimēſionum. Secundum, ex tempore motuum. Tertium, ſecundum tenorem uirtutis. Quartum, ſecundum cōſiſtentiam organi. Quintum, ſecundū plenū & uacuum. Sextū, ſecundū qualitates arteriarum. Septimū, ex tēpore quietis. Octauū, ſecundū ordinationē & inordinationē. Nonum, ſecundū concordiā. Decimū, ſecundū numerū percuſſionis pulſuū. Quātitas dimēſionū diuidiť in magnū, paruum & mediū. Longū, breue, & medium, latū, ſtrictum, & mediū, apertum, occultū, & medium. Cū eñ arteria ſit corpus, omne uero corpus longitudine, latitudine, & profunditate dimetiať, neceſſe eſt ut quod in tres extremitates diffundiť, magnus ſit & magnus uocabitur. Minor & centro ſuo uicinior debilis diceť. Si nec centro ſuo, nec extremitatibus ſit uicinus medius. Si autem in longitudinem pluſquam in aliam extendatur partem, quod eſt cū quatuor excedat digitos, longus nuncupabitur. Si minor curtus. Si tantum quatuor digitis contineatur æqualis, in latitudine digitos uiſus exire latus appellabiť. Minor in latitudine, ſtrictus. Extremitatibus uero digitorum, æquatus temperatus. Maior in profunditate apertus diceť, & hoc eſt cū altitudo eius cōſiderať. Minor in profunditate, & in ſuū centrū reuolutus uocabiť occultus. Si in latitudine & profunditate, atq; longitudine minor, craſſus, aliquando pars cū parte componiť.

ſicut

ſicut longus cum lato, aut cum ſtricto, aut mediocri inter latū & ſtrictum, aut cum aperto, aut cum occulto, aut mediocri inter hæc duo. Et ſimiliter ſe habent aliorū ad ſe inuicem compoſitiones. Hi ſunt pulſus qui ex quantitate dimerſionum cōſiderant. Quorum cauſa eſt tripartita, cauſa enim magni pulſus, ex fortitudine eſt ſpiritus quo dilatatur pulſus, & ex nimio calore quem refrigerare ſit neceſſe, & uaſculi mollitie, quod dilationi uidet obedire. Minor his eſt contrarius, ex defectione ſuæ ſcilicet uirtutis, & paruitate caloris & duritie ſiue organi. Tēperatus mediatur in his duobus. Alij qui de his habent plus aliquid, aliqui uero minus dicendi ſunt in cauſis mutationum pulſuum. Tempus motuum diuidit in uelox, tardum & medium. Velox eſt, qui paruum ſpacium in longo tempore inſequit. Medius inter hos duos eſt habendus. Vnuſquiſq; autem horum ex duabus naſcit cauſis, id eſt, uirtute, & calore. Velox enim ex forti calore & ſana uirtute, calor autem frigidum aërem ſibi allaborattrahere. Tardus ex uirtutis defectione ſe mouente, & caloris minoratione. Tertium ſecundum tenorem uirtutis diuiditur in fortem, debilem, & medium. Fortis, qui quaſi quadam uirtute digitum à ſe uidet repellere. Debilis, qui digitum debiliter percutit. Medius inter hos duos eſt temperatus. Hi duobus ſunt modis. Fortis ex fortitudine eſt uirtutis, & mollitie organi ad mouendum facilis. Debilis ex imbecillitate uirtutis, & in obedientia organi. Medius ab utroq; temperatur. Quartum ſecundum conſiſtentiam organi, diuidit in durum, molle, & medium. Durus eſt qui digitis tangentibus quaſi fortis eſſe uidetur. Differt autem à forti iſte durus quoniam fortis eſt. Magnus fortitudine ſua dilatans uaſcula, unde redduntur quaſi maiora. Durus eſt paruus, quia duritiesuirtuti non obtemperat ut ſe dilatet. Mollis eſt quem digiti cum multa ſuauitate ſentiunt, ut uideatur ab eis penetrare. Horum medius inter hos duos eſt temperatus. Durus ex ſiccitate ſuorum uaſculorum. Mollis ex ſuæ humilitate mollitiei. Quintum, ſecundum plenum & uacuum, diuiditur in plenum, uacuum, & medium. Plenus, quaſi quadam humilitate redundare uidet. Vacuus qui apparet inflatus, ſed cum tangitur, quaſi uacuus digitis perforatur. Plenus ex plenitudine ſanguinis & ſpiritus in uaſis cordatur. Vacuus ecōtrario. Medius ab his eſt temperatus. Sextum ſecundum qualitates arteriarum, diuidit in calidum, frigidum, & medium. Calidus eſt cum digitorum extremitates ſentiunt calidam arteriarum ſubſtantiam. Frigidus econtrario eſt intelligendus. Medius ab his duobus temperatur. Calor autem ſubſtantiæ arteriarum ex mateſia intra eas eſt habita, id eſt, ſanguine & ſpiritu. Frigus econtrario. Mediocritas ab utraq; eſt referenda. Septimum ex tempore quietis diuiditur in ſpiſſum, rarum, & medium. Dixit enim Galenus: Pulſus, inquit, in dilatatione, & conſtrictione ſua quietes habet duas. Vna cum pulſus in dilatatione ſua digitorum extremitates percutiat

tiat

tiat, hãc autem exteriorem uocat quietem. Quod uero dixit Galenus, nos ſenſualiter inuenimus. Quies ſecunda in conſtrictione eſt ſua. Quod eſt cũ pulſus ad centrum ſuum redeat, quod non facile ex ſenſu percipitur. Sed tamen pulſum diu morantem, rarum, parum uero tardantem uocamus ſpiſſum. Mediocriter ſe habentem temperatum. Spiſſus ex fortitudine eſt caloris, & defectione uirtutis. Fortitudo enim caloris, magnitudinem expetit refrigerationis. Defectio uero uirtutis cum non ſemel ualeat breuiter in appetenda laborat, & inde uocatur ſpiſſitudo iſta. Rarus ex defectione & paruitate eſt caloris, atq; fortitudine uirtutis. Medius in complexione, & uirtute eſt temperatus. Octauum, ſecundum ordinationem & inordinationẽ, diuiditur in pondus laudabile, & inlaudabile. Hoc autem pondus ex comparatione conſiderabit. Comparatio uero aut motus eſt cuiuslibet ad motum, ut æqualitas ſecundi in conſtrictione ad motum primum in dilatione, & econtrario, aut temporalis quietis ad motum temporalem, ſicut in dilatione æqualitas temporis, conſtrictioni in quiete exteriori, & econtrario, aut conſtrictionis cum quiete exteriori, & econtrario. Laudabile pondus, inter ſe & ſibi conſocium familiatur, ſicut pulſus pueri pulſui aſſimilat puerili, iuuenis iuuenili, complexionis calidę eidem complexioni. Pulſus illaudabilis ponderis, eſt in familiaritate diſſimilis, ſicut pulſus puerilis, diſſimilis eſt iuuenili. Eſt & pulſus extra pondus qui nulli ætati familiatur. Hic uero difficulter intelligitur, niſi diu inueſtigetur, & aſſidue quis eo utat, quia quãtitas temporalis motus, & quietis, unde differre uident pulſus iſti quædam eſt cõprehenſibilis, ſicut ſi dicam tempus dilatandi, duplũ eſt quieti exteriori, aut triplum, aut unum, & medium, aut amplius eſt, & quædam incõprehenſibilis, in dilatatione, ſiue conſtrictione, quia non habemus cui aſſimilare poſſimus, quod tamen aut multum, aut minimũ, aut etiam ultra modũ eſt habendum. Vnde hoc genus pulſuum intellectui eſt moleſtiſſimum. Nonum uero ſecundũ concordiã diuiditur in æquale, & in nõ ęquale. Hoc autem genus in omnibus pręnominatis inuenitur. Eſt autem æqualis pulſus cuius percuſſio eiuſdem eſt æqualitatis in digitorum extremitatibus ſicut ſi multa & magna percuſſio ſit, & in magnitudine æqualis non parua, non rara, non ſpiſſa, nec in ullo diuerſa. Non ęqualis eſt pulſus. Eius percuſſio diuerſatur ſiue in motu, ſicut ſi modo ſit ſpiſſus, modo rarus, modo uelox, modo tardus, ſiue in quantitate dilatationis, ſicut ſi modo magnus, modo paruus, ſeu in uirtute, ſicut ſi modo fortis, modo leuis, & ſimilia. Æqualis autẽ pulſus aut idem eſt in omnibus, & abſolute æqualis dicitur, aut æqualis in ſola quantitate, uirtute, ſiue motu, & ſecundum eum modum æqualis dicit. Non æqualis ſimiliter, aut in omnibus pulſuum eſt generibus, & abſolute non æqualis dicitur, aut eſt in aliquo, in aliquo uero non. Et ſecundum eum modum æqualis dicitur. Non æqualis ergo iſte aut in pulſibus eſt multis,

aut in paucis. Qui rurſus in eiſdem, aut ordinatus, aut inordinatus eſt dicendus. Ordinatus eſt qui caudę ſoricinę eſt aſſimilandus. Hic eſt autem pulſus primum quidem magnus, poſt uero paruus, tertio minor, quarto uero loco minimus. Et ita ordinatim inde progredit̃ quoad uſq; ad unum de tribus perueniat finibus. Aut enim continuatim minuatur donec ex toto finiatur, & iſte finitiua cauda ſoricina uocat̃, aut gradatim minoratus, & ad minimū uſq; progreſſus, paulatim in magnitudinem regreditur. In magnitudinem uero aut in eandem in qua fuerat, aut in paulo minorem quā incœperat, iſte uero pulſus retornatiua ſoricina cauda uocat̃. Eſt & tertius qui cum pridē fit magnus, gradatim in minimum finit̃, & inde ſubito & ſine graduali reditu in magnitudinem reſilit. Et iditem minoratio rurſus in magnitudinem ſimiliter ſuam regredit̃ non gradualiter, ut ſecundus, uerum potius ſubitaneus. Hæc autem cauda ſoricina, aut in uelocitate & tarditate conſiderabit̃, ut ſi pulſus modo uelox, poſtea fit tardus, & tandem in tarditatē finiat̃, aut in uirtute, ut ſi pulſus incipiat eſſe fortis; & ita gradatim inde deſcenderit quo ad fiat debilis, aut à magno & paruo incipitur ſicut iam diximus, pulſus ſoricina cauda uocatur, ita eſt intelligendus pro ut expoſuimus. Quod ideo ſic uocatur, quia cauda ſoricis à craſſitudine, incipiens paulatim incipit ſubtiliari. De inæquali ordinato huc uſq; ſufficiat dixiſſe. Inordinatus eſt pulſus ubi duo magni, & unus paruus, & alter medius, aut duo parui & unus mediocris, & alter magnus, cui ſuccedat & paruus, & ſimilia. Hic aut inordinatus in omnibus inuenit̃ pulſuum generibus. Quod tripliciter in una percuſſione eſt diuerſus, aut enim pulſus in percuſſione, & tamen in ſeipſum redit, aut non rediens in dilatatione ſua eſt inæqualis pro uelocitate, & tarditate ſui, aut antequam regrediatur, binas percuſſiones facere uidetur. Primus qui cum uelox eſſe inceperit ante percuſſionem quieſcit, & poſt in dilatatione ſua tardat complenda, aut cum incipiat eſſe mediocris itidem quieſcit, & dilatare pigreſcit, aut incipiens tardare, tandem uidetur quieſcere, poſtq; feſtinat in complenda ſua dilatatione. In huius primi diuerſitatibus quidam pulſus inuenitur qui capreolus uocat̃. Incipiens enim à uelocitate ante digitorum percuſſionem uidet̃ cadere, & poſt utat̃ in complenda dilatatione. Qui nomen iſtud à capreoli ſimilitudine ſortit̃, quia capreolus cum incipiat uelox eſſe ſaltu, quaſi quieſcere in aëre uidetur, & poſt in explendo curſu eſt velociſſimus. Secundus non regreditur, & ſi incipiat uelox eſſe, & in medio tardare. Vnde conſequitur ut initium uelox habeat̃, finis uero tardus, & econtrario, quia incipit eſſe tardus, & in medio uelocitandus. Vnde conſtat ut initium ſit tardum, finis uero uelox, aut ſi incipiat eſſe mediocris mutandus in uelocitatem uel in tarditatem. Tertius quibus percutere uidetur, martellinus uocatur. Qui cum digitos percutiat dilatādo antequam ad centrū ſuum regrediatur idem digiti repercutiunt̃. Quod

ex duri

ex duritie contingit ſubſtantiæ organi, quia ſic in martello & incude percipitur, ut cum percutiatur, martellus ab incude reſilire uideatur. Reſilire autem illud aliquando tertiatur. Hic aut tertius in qualitate motuum, & in tenore uirtutis conſideratur. In alijs non ita. Impoſſibile enim eſt ut ſub uno digito, & in eandem partem organi, magnus inueniatur, & in paruum in eadem percuſſione mutetur, aut ut paruus in eadem percuſſione fit magnus. Magnus enim ex neceſſitate, quatuor digitos uidetur tranſire. Similiter quoq; latus, & ſtrictus, nunquam in eadem percuſſione inueniētur, neq; calidus & frigidus, neq; mollis & durus, neq; uacuus & plenus. Hæc autem eſt diuerſitas pulſuum in una percuſſione, & in eadem organi parte. Diuerſitas uero percuſſionis, & in eadem parte organi eſt iſti diſſimilis. Pulſus enim ſub duobus eſt digitis, uelox quidam, & alter ſub duobus tardus. Et ecōtrario, aut ſub duobus uelox, ſub duobus uero mediocris, aut ſub tribus uelox, & ſub uno mediocris, aut ſub uno digito diuerſus. In hac autem eadem ratione fortem & debilem intellige. Sub hac uero diuerſitate caudam ſoricinam, & pulſum inclinatū eſt inuenire. Cauda ſoricina inuenitur cum pulſus ſub uno digito attingenti brachium eſt craſſus. Sub digito minor ſecundo. Sub tertio paruus. Sub quarto minimus. Similiter hæc cauda ſoricina in forti & debili rara & ſpiſſa eſt intelligenda. Inclinatus ſub duobus digitis medius eſt & craſſus. Sub duobus uero extremis ſubtilis, aut in medijs eſt apertus, in extremis occultus. Apparet autem ſenſui extremitas deorſum inclinari. Quod contingit ex defectione uirtutis ſubſtantiam organi ex parte brachij eleuare non ualentis cauſa carneę grauitatis. In extremitate iuxta manum ex defectione ſola eſt uirtutis illuc uix peruenientis. Inclinatus ſimiliter in forti & debili, ueloci & tardo eſt intelligendus. Eſt & alius diuerſus qui ſerra uocatur, quia aut ſub uno digito mouetur, ſub tribus uero eſt quietus, aut ſub duobus primis mouetur, ſub alijsq; quieſcit. Et in alijs ſimiliter. Serra autem uocatur quia dentibus ſerræ aſſimilatur. Hæc diuerſitas multis alijs modis ſpecificatur. Sed non ſunt introducendæ, quia his quas dixi cognitis, cognoſcentur & tacite. Parum tamen inde eſt dicendum. Quædam pars mouetur ſurſum, quædam uero deorſum, quædā ſiniſtrum, quædam dextrorſum, quædam anterius, quędam poſterius. Ex his ergo diuerſitatibus in infinitum protenditur. Quarum quędam nominibus diffiniuntur, quędam non. Diffinitorum quidam æſtuoſi, quidam uermiculi, quidā formiculæ, quidā phthiſici, quidā trementes ſunt uocandi. Æſtuoſi ſunt cū organi pars auriculari digito ſuperpoſita, ſuperius & ante mouetur ſub altero digito inferius & tardius. Pars aut organi dextrorſum & ſiniſtrorſum ſentitur moueri. Quædam pars late, quædam uero ſtricte, ut pote uidemus in maris tempeſtate. Vermiculoſus æſtuantis modo mouetur, ſed æſtuoſus maiori fortior. Vermiculoſus uero minor & defectior, tamen ue-

locior & ſpiſſior. Quia huius pulſus cauſa uirtus eſt defectiua. Sub digitis ſentitur uelut uermium motus. Formiculoſus ſicut & uermiculoſus mouetur, minor tamen & defectior atq; ſpiſſior. Cauſa enim ablata eſt uirtus. Natura ſpiſſat, atq; uelociorem facit cauſa refrigerandi. Formiculoſus uocatur, quia ſicut motus formicę ſub digitis ſentit. Phthiſicus ſuperior eſt cæteris cum debilitate atq; duritie, phthiſicus uocat, quia non ab eadē qualitate mouetur ſicut phthiſicus morbus. Quod inde conſequit, quia corporis ſubſtantia tota in morbū mutatur, & uirtus ab infirmitate uincitur non habens unde morbus ſuperetur. Si enim uirtus morbū uinceret, pulſum magnum, fortem quoq; & uelocem faceret. Vnde ſi ſuperatur, contraria operatur, id eſt, paruum, debilem, & tardum. Quod ſi quandoq; ſuperat uirtus, pulſus fit magnus. Si uero morbus, pulſus neceſſe eſt paruus efficiatur, & debilitetur: Tremens eſt ſpiſſus quo partim digiti anterius cum ſpiſſitudine & defectione percutiuntur, ſicut uidemus cum membra tremere ſentimus. Iſta omnia de nono ſecundum concordiam erant dicenda. Decimum ſecundum numerum perſecutionis pulſuum diuiditur in ordinatū, & in non ordinatum. Ordinatus in diuerſis inuenitur pulſibus. Diuerſitas enim pulſuum quædam eſt ordinata & circinati ſunt, quædam inordinata. Sed de inordinata ſatis dixiſſe conſtat. Ordinata eſt quæ mouet pulſum, & in idem unde inceperat reducit ipſum. Vt ſi tres magni ſint & æquales, & tres parui, & ſimiliter æquales, uel duo parui ſint & ęquales, & à capite in magnos & paruos redeundos. Similiter in tardo & ueloce eſt intelligendum. Vt ſi duo ſint ueloces, & unus tardus. Hoc autem intelligitur in omnibus generibus diuerſitates habētibus, ſicut prima quatuor genera ſunt. Primū ſcilicet ex quantitate dimenſionum. Secundum, ex tempore motuum. Tertium, ſecundum tenorem uirtutis. Quartum ſecundum conſiſtentiam organi. Oportet autem intelligatur quia pōdus laudabile, & illaudabile, æquale & inæquale, ordinatum, & non ordinatum, diuerſitatibus attinentia, in his quatuor tantum inueniuntur generibus. Secundum enim plenum & uacuum, & ſecundum qualitates arteriarum in iſtis diuerſitatibus non eſt inuenire, quia impoſſibile eſt pulſum inueniri, qui ſe à duritie moueat in molliciem, & econtrario, aut à calore in frigiditatem, & econtrario, aut exinanitione in repletionem & econtrario. Hi pulſus in unam percuſſionem uel duas, & uſq; in decimū non promouentur. Vnde hęc diuerſitas in his quatuor tantum eſt inuenienda. Mediocritas iterū in ſex inuenienda eſt tantū. In primo ſecundū quantitatē dimenſionū. In ſecundo ſecundū conſiſtentiā organi. In ſexto ſecundū qualitates arteriarū. In quinto ſecundū plenū & uacuū. In ſeptimo ex tēpore quietis. Fortitudo & debilitas, & alia genera diuerſitatū attinentia nō habēt mediocria. In ſexto uero ſuperioribus inter duo medio

creſem

ere ſemper inuenit̃,ſicut inter magnũ & paruũ habet̃ mediũ, & inter uelox & tardũ,& durũ,& molle & ſpiſſum,& rarũ, & plenũ & uacuũ, calidũ atq; frigidũ.Quorũ mediũ ſemper tẽperatũ,& naturale eſt habẽdũ.Forte & debile nõ habẽt mediocrẽ, qa cũ mediocria ſint tẽperata,tẽperata uero ſana, ſanitas quoq; cũ fortitudine, ergo fortia neceſſe eſſe ſana, & fortiora ſaniora.Vnde nõ eſt neceſſe in his haberi mediocre.Pulſus quoq; debilis cũ defectione eſt uirtutis Defectio uirtutis ex morbo cõtingit.Mediocre inter forte & debile,neq; forte eſt neq; debile,ſed extra tẽperamentũ uidet̃ eſſe. Forte tantũ enim mutat̃ in debile.Et ſimiliter ęquale & inęquale nõ habent mediocre. Æquale enim eſt ſanũ & naturale.Inęquale extra naturã,& ex morbo contingens.Inter iſta mediocre,neq; ęquale eſt neq; inęquale,quia ęquale tantũ deſcẽdit in nõ ęquale.Oportet autẽ intelligi nõ omnẽ pulſum ęqualẽ eſſe naturalẽ ſed ęqualẽ in tẽperamẽto, tãtũ erit naturale,eſt em̃ ęquale in malo,ſicut phthiſicus.Pulſus itẽ laudabilis põderis,& ordinatus,& nõ ordinatus intẽperati eſſe uident̃. Vnde nõ habent mediocre, quia inter tẽperamentũ & intẽperamentũ nihil eſt mediũ.Hęc ſunt 10. genera pulſuũ quæ in diſputatiõe ſuperiori ſufficiũt.Oportet ergo dicamus cauſas ipſorũ, & mutationes eorũ,& quid ſignificent ſanitatẽ, an morbũ,an neutrum.

De cauſis quas in pulſu facit res naturalis. Cap. IIII.

VNuſquiſq; ſupradictorũ pulſuũ, aut tẽperatus, aut ex cõplexione cuiuslibet hominis eſt intelligendus. Tẽperatus in ſanis tantũ eſt corporibus,quę tẽperatę ſint cõplexionis,neq; habẽt unde poſſint mutari.Hanc autẽ cõplexionẽ diximus cũ de cõplexionibus tractaremus. Hic autẽ pulſus cũ in quolibet inueniat̃ inter aliorũ extremitates temperatus dicendus eſt homo eſſe ſanus. Si autẽ hanc naturã exierit q̃ diximus, & inter naturas ſupradictas cõputet̃,quia homo in morbũ,aut in neutrũ exeat ſignificat̃. Pulſus autẽ uniuſcuiuſq; proprius, ſi ſit dinoſcendus, oportet multo tempore ante in ſanis pręuideat hominibus,ut illorũ naturales intelligat qualitates.Quod fieri poteſt cum in ſanitate perfectus eſt,neq; cõtrarium patit̃ quodlibet,neq; multi ſit exercitij,neq; multæ quietis,neq; multũ plenus,neq; multum cibo uel potu exinanitus, neq; multi coitus, neq; multum calidus uel frigidus. Hæc cum fiunt poteſt intelligi pulſus cuiuslibet naturalis, an cõmutetur in morbum,an in neutrum traducatur. Cum ergo medico ſit impoſſibile omnium pulſus hominum cognoſcere, nec unius etiam ciuitatis indigenarum pulſus poſſit diſcernere, ſit neceſſe res naturales pulſum temperamento mutãtes dignoſcere. Sunt autem hæ naturales differentia maris & fœminæ, complexiones, & figuræ,ætates,tempora,regiones, aër,cõceptiones, ſomnus & uigiliæ, differentia maris & fœminę, quia pulſus maſculi maior & fortior eſt quàm pulſus fœminæ. Maſculus enim

naturæ eſt calidioris & fortioris, & motus maioris, atq; exercitij. Fœminarũ pulſus minor & debilior, atq; uelocior. Quod fit quia fœminę debiliores ſunt maſculis, & minoris exercitij. Minor eſt ex paruitate caloris naturalis ad comparationem maſculi. Velocior ut natura ſæpe iterando expleat in fœminis, quod per magnum pulſum operabatur in maſculis tantum ſcilicet aëris trahatur, quantum unus magnus una uice trahebat in naribus. Magnus enim pulſus ex magnitudine eſt uirtutis in omnes extremitates eum dilatantis, & ex nimio calore quem neceſſe ſit refrigerari. In maximo enim calore neceſſe eſt naturæ maximum aërum mittere, & magnæ uirtuti eſt neceſſe multum dilatare in maximo trahendo aëre. Vnde conſequitur ut pulſus efficiatur magnus. Quanto enim maior eſt calor, tanto maiori uelocitate operari naturæ eſt neceſſe ut in paruo tempore magna quantitas trahatur aëris in refrigeratione. Cum autem deficiat uirtus, neceſſe eſt ter trahatur ſpiſſius. Vnde fit, ut fœminis uelocior ſit quam maſculis. Complexiones ſi calidæ fuerint, faciunt pulſum magnum & uelocem, cauſa trahendi multum aërem in refrigerationem. Si frigidæ, paruum faciunt & tardum cauſa neceſſitatis paruæ refrigerationis. Humidæ pulſum reddunt mollem. Siccæ durum. Figuræ, quia macidi pulſus maioris ſunt quam craſſi, & etiam fortioris. Craſſi ex nimia carne pulſum habent minorem & debiliorem, quia caloris ſunt minoris quam macidi. Sed tamen plus eſt ſpiſſior, ut in multo tempore trahat ſpiſſus tantum aëris, quãtum magnus ſemel in uno impetu traxit. Oportet autem perquiratur ſi macidi naturaliter ſunt macri. Si enim non naturaliter ſint, non huic noſtro cõpetunt tractatui. De quibus tamẽ dicemus cum de pulſu extra naturã diſputabimus. Aliquando quoq; pulſus craſſorũ maiores ſunt quã macidorum. Quod fit cum craſſi calidiores ſint macidis. Hoc conſiderãdum eſt in fœminis ſimiliter. Sed tamen rariſſime hæc uidentur cõtingere. Ætates uero pulſum mutantur à temperamento, quia pueri uelociorem habent propter calorem refrigerandum naturalem. Quoniam calor naturalis multus eſt in pueris, temperate tamen uirtutis, & magnitudinis. Qui quanto minor tanto eſt uelocior, quod facit paruitas uirtutis, quæ ad trahendum aërem ſemel non ſufficit. Iuuenes in pulſu nimium ſunt fortes, & magnum habent pulſum, & in uelocitate temperatum. Quod fit ex calore, & ipſorum uirtute. Seniores paruum, tardum quoq; & debilem, & rarum propter frigidam eorum cõplexionem. Vnde non eſt neceſſe multum aërem trahi cauſa refrigerationis. Alię ætates his affines ſecundũ eam cui magis erunt uicinãtes, pulſum ſunt habentes. Quia cum pulſus pueri uelociſſimus & ſpiſſiſſimus ſit temperatus in magnitudine & paruitate, & pulſus decrepiti minimus & tardiſſimus, & rariſſimus, & defectiſſimus, & iuuenis perfecte iuuentutis, maximus, & fortiſſimus, & in uelocitate & tarditate tẽperatus ex cau-

ſis dictis

ſis dictis ſuperius cōſtat quia pueri pulſus cū magis augmētet à uelocitatē & ſpiſſitudine minuit & maioratur uſquequo ad perfectam iuuentutem deueniatur, ubi pulſus magnus & fortiſſimus, & in uelocitate & tarditate temperatus efficitur, quod medietas pertingat. Cum uero ſenectus ſubeat paulatim ſuccedunt, & ſupradictis contraria donec ætas perueniat decrepita, in qua pulſus paruus fit & tardus. Tempora anni ſicut uer & autūnus, quia tēperata ſunt inter calidum & frigidum, fortem fecerunt pulſum. Omne em̄ temperamentum uirtutem cuſtodit & augmentat. Velocitas autem & tarditas, ex temperamento ſunt caloris temperata. Æſtas quia eſt calidiſſima, pulſum reddit debilem & paruum. Male enim complexioni uirtus ſemper deficit. Virtute uero deficiente non poteſt dilatari pulſus ut magnus efficiatur. Vnde uelox conſequitur & ſpiſſus, ut magnitudo aëris attrahatur. Hyems quia eſt frigida & humida, facit pulſum tardum, paruum & defectum. Paruitas & defectio ex mala complexione conſequunt. Male enim cōplexioni deficit uirtus. Tarditas fit, quia non multum oportet refrigerari. Sed tamen pulſus in hyeme fortior eſt quam in æſtate, quia calor naturalis in interiora refugit corporis. In æſtate calor diſſoluit uirtutem. Vnde pulſum neceſſe eſſe maiorem, qui ad refrigerandum trahere ſufficiat aërem. Oportet autem intelligi quia uniuſcuiuſq; extremitas temporis, tempori participat ſibi uicinanti, uelut primus menſis ueris, participat hyemis extremitati. Medius ipſius eſt proprius. Tertius æſtati uicinus, ipſius cōmunicat qualitatibus. Regiones mutant pulſum, quia in calida regione habitantes ſicut in Æthiopia pulſum habēt uelocem, ſicut æſtiuum. Inhabitantes frigidam ſicut Sclaui, habent pulſum aſſimilantem hyemali. Inhabitantes temperatas regiones utpote ſub recta linea morantes pulſum habent mediocrem, uernalem, & autumnalem ęquiparantem. Regiones inter has poſitę ſecundū eas in pulſu ſunt habendę, quæ eis propiores eſſe uident. Quod de regionibus diximus, in aëre itidem intelligetur. Calidus enim aër ęſtiuum pulſum facit, frigidus hyemalem. Temperatus uernale & autumnale. Pregnantes in pulſu ſunt mutabiles, quia pulſum faciunt magnum uelocem, atq; ſpiſſum. Quod conſequitur, quia calor fœtus calorem earum augmentat naturalē. Arteriæ enim ſecundinę arterijs fœtus ſunt iniūctę. Et hę utręq; arterijs muliebribus ſunt copulatę, ſicut in anatomia noſtra meminimus nos dixiſſe. In uirtute, quia uſq; in quintum menſem eſt pulſus mediocris. Vires enim muliebres uſq; ad hoc tempus ſunt mediocres, quia fœtus adhuc paruus eſt & debilis, neq; multum cibum de corporibus eorum trahit. Vnde pulſus inter uelocitatem & ſpiſſitudinem eſt temperatus. In ſexto uero menſe uires eorum incipiunt minuere. Fœtus enim maioratur, unde natura grauatur, quia maior cibus iam ab eo queritur. Qua propter uiribus deficientibus pulſus debilis & tardus redditur. Somnus etiam mutat pulſum, Diximus quia calor natu

lor naturalis in ſomno interiora petit corporis cauſa cibum digerendi. Pulſus autem in initio ſomni paruus eſt & tardus. Mediante ſomno rareſcit, cibus autem cum digeſtus ſit, & per totum corpus ſe diuiſerit confortatur, caloratꝗ uirtus, & pulſus fit fortis atꝗ magnus. Sed tamen rarior & priore tardior. Poſt cibi uero digeſtionem ſi ſomnus prolongetur, ut ſuperfluitas cibi expelli differatur. Pulſus fit debilis & paruus, atꝗ ſicut prior tardus. Vnde oportet ut poſtquam cibus digeritur, à ſomno excitetur ad expellendas cibi ſuperfluitates, ſicut egeſtionem, urinam, ſputa, emunctiones. Si autem ſubito quiuis excitetur à ſomno, aut propter uocem, aut quálibet percuſſionem, ſiue uentum ab eo egredientem, natura diſturbať, & pulſus magnus & fortis efficitur, uelox quoꝗ atꝗ ſpiſſus, inordinatus, atꝗ tremebundus. Cum uero quieſcit excitatus pulſus, in priorem ſtatum reditur. Hæc eſt cauſa naturalis quæ pulſum mutat à temperamẽto, & unicuiꝗ homini proprium facit. Oportet autem medicum cum pulſum cuiuſquam à proprio ſtatu uideat mutatum, ut intelligat corpus à ſua natura turbatum aliquantula immutatione. Cauſa naturalem mutans pulſum eſt bipartita in rem ſcilicet non naturalem, atꝗ extra naturam. De quibus deo auxiliante planius dicemus in ſubſequentibus. In præſentiarũ aũt de non naturali incipiemus.

De mutatione pulſus propter rem non naturalem. Cap. V.

CAuſa nõ naturalis inter naturam & extra naturam eſt mediocris, eſt autem hæc quadruplex. Sunt enim exercitia, balnea, cibus, atꝗ potus. Exercitia ſi ſint temperata, pulſum faciunt magnum, fortem, uelocem, atꝗ ſpiſſum. Si em̃ ſint intemperata, humorum diſſoluiť ſuperfluitas, membra confortãtur, calor naturalis augmentatur, ſicut in exercitio iam diximus. Si uero exercitia exierint intemperata, fit pulſus paruus, durus tardus, atꝗ rarus, quia ſi quis nimium ſe exerceat, uirtus deficit ſua unde neceſſe eſt pulſus deficiat, & calor naturalis diſſoluitur atꝗ minuitur. Ex paruitate caloris naturalis pulſus tardus, atꝗ rarus fit. Ex multo autem exercitio quo humores exiccantur, pulſus durus redditur. Balneum in duo diuiſum diuidiť, aut enim calidum aut frigidum. Calidum aqua ſiue aër. In quibus ſi quis temperate ſe balneet pulſum faciũt magnum, fortem, uelocem, & ſpiſſum. Temperatum enim balneum uirtutem augmẽtat propter diſſolutionem humidarum ſuperfluitatum, & calefaciens corpus pulſum uelocem facit & ſpiſſum, & mollem propter membrorum humectationem, maxime ſi balneum ſit dulcis aquæ. Si autem aliquandiu moretur quis in balneo fit pulſus minor quam fuerit & debilior, & permanet uelocitas ſicut prius, & ſpiſſitudo. Quod fit ex defectione uirtutis & diſſolutione humectati corporis, & augmentatione ſui caloris. Sed tamen in mollitie & duritie pulſus permanet mediocris, & ſi quis tam diu in balneo moreť quo ad calor

ad calor diſſoluat, fit pulſus paruus,& defectus,tardus uel rarus,ſicut nimi um exercitantes patiunt. Balneantes cum aqua frigida ſi ſint craſſi,& mediocriter morent in balneis,fit pulſus magnus,fortis quoq; & uelox, quia frigitudo temperata calorem naturalem coadunat,& uirtutem confortat. Si autem moret in aqua frigida uſquequo calor naturalis fugiat in corporis interiora facit pulſum paruum,rarum atq; tardum. Quod conſequit quia uirtus ſuffocat. Si macidi & paruę carnis in aqua frigida balneent,& non multum ibi morent pulſus defectus fit & tardus. Frigiditas enim in tali corpore cito membrorū interiora penetrat ex carnis paruitate,& calor naturalis deficit & uirtus minuit. Vnde pulſus debilis fit & tardus, atq; durus,quia organa frigiditate conſtipantur. Cum uero in aqua frigida morentur uſq; dū calor naturalis in interiora fugiat corporis, & frigiditas principalia membra percutiat, fit paruiſſimus pulſus,& defectiſſimus,debilis,durus,atq; rarus. Cibus aut ex qualitate ſua,aut ex quantitate pulſum mutat. Si enim quātitas fuerit multa, fit pulſus in initio inordinatus quia cibus in initio uirtutem aggrauat. Qui cū digerat uirtus excitat. Aggrauat quidē cibus dū permanet indigeſtus. Excitat uirtus cū iam digerat cibus,& per totū corpus diuidat. Vnde cum aggrauet cibus,fit pulſus paruus. Cum uero uirtus excitet eſt magnus. Si enim cibus bene fit digeſtus, & per omnia membra diuiſus,fit pulſus magnus,fortis,uelox,quia dum cibus bene digerit,uirtus augmentat, & calor naturalis nutrit, & pulſus mollit, confortat quoq; & magnificatur. Si cibus eſt paruus cito digerendus,& per membra diſpergēdus,fit pulſus minus fortis,& minor,& inter duriciem & mollitiem temperatus. Ex qualitate,quia ſi cibus ſit calidus, facit pulſum ſpiſſum & uelocem & alia quæ ſuperius dixi. Si frigidus fit tardus, & rarus. Si humidus, organa emolliuntur. Potus quoq; ſecundum ſuam complexionem pulſum uidetur facere. Aqua enim quia parum nutrit,ſecundum quoſdam nullius nutrimenti parum pulſum mutat. Quia uero diu morat intra ſtomachū ſicut & cibus mutat pulſum. Quod tamen facit interim dum in ſtomacho uidet morari. Quæ ſi fiat frigidiſſima, durum facit pulſum. Si tepida,mollem. Vnū circa pulſum operat quod & digeſtus cibus. Facit enim eum fortem, magnum quoq; uelocem. Sed tamen aliquantulum cibo minorem. Cibus eñ magis quam uinum nutriturus eſt corporis. Vini tamen actio circa pulſum eſt uelocior,& cito in ſanguinē mutabilior. Alij potus ſi ſint calidi, pulſum uelocem faciunt & ſpiſſum. Si autē frigid i paruum & tardum. Hæc eſt mutatio pulſualis conſequēs ex re non naturali.

De mutatione pulſus propter rem extra naturam. Cap. VI.

PVlſuum mutatio ex re extra naturam conſequente taliter fit, cauſa extra naturam eſt morbi,& accidentia morbis ſuccedentia,quæ ex

cauſis naſcunt̃ nõ naturalibus corpus à qualitatibus naturalibus ad qualitates extra naturã mutantibus ſicut iã ſuperius diximus. Quæ cũ ſint multæ & indiffinitę, ab antiquis tamẽ generaliter in duo ſunt concluſæ. Dicũt em̃ cauſas pulſum extra naturam mutantes eſſe duas, aut diſſoluentes, & uirtutem diſſipantes, aut grauantes, & conſtringentes. Cauſa diſſoluens & diſſipans uirtutem, ablatio eſt cibi nutritiui, peſſimitas quoq; morbi, accidentia animæ, maximi dolores, ſuperfluitates inanitionis. Virtutem grauantes & conſtringentes, nimia eſt plenitudo. Humorum multitudo, apoſtemata frigida & calida, & alia ſimilia. Dicamus ergo prius de uirtutem diſſoluentibus. Virtutem diſſoluentes pulſum faciunt paruũ, defectum uelocem, atq; ſpiſſum. Quæ cum plus diſſoluant uirtutem, tanto magis pulſum debilitant & in tarditatem reuocant. Si uero hæc diſſolutio prolonget̃ in uermiculoſos pulſus redigetur, & inde in formiculoſum reducit̃ qui inter alios eſt minimus, debiliſſimus, atq; ſpiſſiſſimus. Aliquando item uermiculoſus fit pulſus, cum ſubito diſſoluit̃ uirtus, ſicut in fluxu ſanguinis de uena uidemus, uel de arterijs in phlebotomia, ſiue de uulneribus, ſeu dentibus, aut ex diſſolutione uentris nimia, & ſimilibus. Aliquando pulſus formiculoſus uenit ſubitus. Quod conſequit̃ cum ſubito cadit uitalis uirtus, ſicut in ſyncopi uidemus. Dicunt autem quidam ante formiculoſum pulſum neceſſario uenire uermiculoſum, ſed in ſyncopi cito ſine ulla quantitate temporis mutat̃, & cito in formiculoſum regreditur. Hic eſt pulſus uniuerſalis, qui ex diſſolutione uenit uirtutis. Particulares autem qui ex ablatione ſunt cibi, pulſum faciunt in initio paruum & debilem, quia adhuc calor naturalis permanet. Aliquando autem augmentat̃, ſed ſi fames diu perſeueret, calor naturalis minuit̃, unde pulſus fit paruus, tardus quoq; & defectus. Si uero paulatim diſſoluat̃, pulſus nimium ſpiſſatur, & multum minorat̃. Mutatio autem pulſuum ex peſſimitate morborum, formiculoſum facit pulſum. Virtus enim confundit̃ & conſumitur. Accidentibus animæ mutant̃ pulſus, ſicut lętitia, triſtitia, ira. Ira enim pulſum uelocem, fortem atq; ſpiſſum. Virtus em̃ & calor naturalis exeunt in exteriora corporis nimio deſidero uindicandi. Eſt autem hic pulſus inter duritiem & molliciem temperatus. Lętitia quia calorẽ naturalem licet parum extra corpus emittit, pulſum magnum facit, & mediocrem inter fortem & debilem, tardum quoq; atq; uelocem. Non enim refrigeratio neceſſaria eſt multa, propter caloris naturalis temperamẽta. Triſtitia calorem naturalem in interiora corporis reducit paulatim. Vnde pulſum facit paruum, debilem & rarum. Quæ ſi moretur quo ad uirtus conſumatur, fit pulſus primum uermiculoſus, deinde formiculoſus. Timor calorem in inferiora corporis ſubito propellit naturalem. Virtus uero modo quaſi timida fugit, modo quaſi defenſura redit. Qua propter fit pulſus uelox tremens, & inordinatus. Si uero timor moret̃, & memoria non amittit̃

pulſus

pulſus redditur triſti ſimilis. Si autem tardauerit tam diu quouſq; diſſoluat
uirtus, facit pulſum prius uermiculoſum, dehinc uero formiculoſum. Do-
lor quoq; ſi in aliquo principali ſit mẽbro, ſicut epate, aut ſtomacho, pulſum
reddit peſſimum. Sed ſi non in principali ſit membro, ſicut manu, ſiue pede,
& eſt maximus, facit idem quod in principali mẽbro. Dolor ergo ſiue prin
cipali ſit, ſiue non principali membro, pulſum facit fortem. In initio uelocẽ
& ſpiſſum, quia natura adhuc tunc mouet ut dolor expellatur. Cum qua &
uirtus naturalis, & calor mouetur naturalis. Qui dolor ſi permanſerit quo
ad uirtus euanuerit, pulſus paruus fit & debilis, & ex calore uelox, ſpiſſus &
inordinatus. Quod fit quia dolor interdum creſcit, interdum minoratur.
Mutatio pulſus ex inanitione ſicut ex diarrhœa, & fluxu ſanguinis, aut de
naribus, aut de uenis, aut de locis alijs, in initio pulſum facit paruum, & de-
fectum, tardum quoq; & rarum, & ex nimia inanitione uenarum quaſi ua-
cuum. Quod ſi moret ut uirtus diſſoluat, facit uermiculoſum, & poſtea for
miculoſum. Si inanitio fit ſubita, facit uermiculoſum, & poſt formiculoſum.

De mutatione pulſus propter res uirtutum grauatiuas. Cap. VII.

MVtatur p[illegible] ex grauitate & conſtrictione uirtutis grauatæ ex
humoribus [illegible]nijs, qui in toto corpore malos generãt morbos.
Qui ſi in uno ſolo abundent membro, morbum faciunt ſecundũ
naturam ipſorum humorũ, & naturam, & effectum membrorũ. Vnde mor
bi naſcentes ex plenitudine plures ſunt quã qui naſcunt ex inanitione. Nos
autem incipimus à morbis ex plenitudine naſcentibus, & quos faciunt pul-
ſus. Sed prius dicendi ſunt uniuerſaliter, poſt uero particulariter. Pulſus ue-
ro uniuerſalis à grauantibus uirtutem, morbus eſt paruus, debilis, & in ple-
num. Virtus enim deficit ex grauitate humorum, defectionem autem uirtu
tis defectio ſequitur pulſualis, quia non poteſt dilatari. In plenum propter
abundantiam. Spiſſus eſt, quia ex neceſſitate aërem trahere debet. Virtus
autem uicta ex humoribus pulſum facit inordinatum, ſicut ignis appoſitis
multis lignis aliquando ſupprimit, aliquando emergit. Quando uero uir-
tus multum eſt grauida, multiplicem diuerſitatem pulſuum neceſſe eſt faci-
at, aut ſcilicet in magnitudine, aut in uirtute, aut in uelocitate, aut in dua-
bus ſiue pluribus, ſeu etiam paucioribus. Cum enim uirtus æquiparet hu-
mores, numerum facit æqualem diuerſitatum magno ſcilicet ęquans mino
ribus. Et ſi ab humoribus uirtus uincatur, parui & defecti ſunt pulſus, &
plus quam fortes efficiuntur, & econtrario. Aliquando uirtus ex quibuſdã
nocumentis ſubito mouetur, & repente ferit digitos cum quieſcat pulſus,
quæ percuſſio ſuperflua eſſe uidetur. Cuius cauſa, quia cum natura quieſcat
ſuperuenit aliquod nocumentum unde mouet in uita, ut ab illo tantum no-
cumento ſe defendat. Aliquando deficit uirtus in tẽpore motus, unde quie-
ſcat neceſſe eſt. Et propter hoc inter duas ſiue tres una percuſſio minus ap-

paret. Hic eſt pulſus uniuerſalis ueniens ex plenitudine uirtutem grauante. Particularis eſt ex ſanguine, per totum corpus ſe diſpergente, quia magnus eſt & uelox, & ex ſanguinis calore, & temperatus inter durum & molle. Tactus uero eius calidus. Si aũt ex colera eſt rubea, fit uelox & ſpiſſus, calidiſſimus, & durus, & inordinatus, quod cõtingit ex ſiccitate coleræ rubeæ. Quod ſi abũdãtia fit ex phlegmate, facit pulſum minorẽ & tardiorẽ, molliorẽ, & minus inordinatũ. Si ex colera fit nigra, facit quod & phlegma: ſed tardiorẽ & duriorẽ. Cũ aũt humores illi in corpore putreſcãt ut febres faciant, pulſum faciunt magnũ, uelocem & ſpiſſum, inordinatũ, & in tactu calidum. Eſt autem pulſus maior uel minor ſecundũ qualitates abundantiũ humorum. Si humores putridi ex colera rubea ſint & multi, pulſus maior & ſpiſſior fit, durior quoq; & inordinatior. Si parui, fit minor q̃ his quem diximus. Si ex phlegmate, fit paruus & tardus, & nõ durus propter humectationẽ phlegmatis nõ inordinatus. Si aũt humores putridi ex colera nigra fuerint, faciũt pulſum ſupradictũ, ſed durũ propter ſiccitatẽ coleræ nigræ.

De pulſibus apoſtemata ſignificantibus. Cap. VIII.

SIngula membra in quibus humores ſe coadunant, nec apoſtemata, aut alios morbos neceſſe eſt faciant. Hos autẽ incipiamus, quia apoſtemata faciunt in pulſibus. Apoſtemata ergo multis modis ſunt diuerſa. Aut enim calida ſunt apoſtemata, aut ex ſanguine naſcentia quæ phlegmones ſunt uocata, aut ex colera rubea & dicũt eriſipela, aut ex phlegmate, & uocant odimia, aut ex colera nigra quæ ſcliros ſunt dicta, aut etiã propter locum ubi fiunt ſicut in cerebro, uel ſtomacho, manu, pede, aut ex mẽbrorum ſubſtantia ſicut carnoſa, aut neruoſa, uel ut multum uenoſa, ſiue arteriaca, & ſimilia. Aut ex mẽſuris apoſtematũ, ſicut ſi magna aut parua ſũt. Cum ergo apoſtemata tot diuerſitatibus ſint facta, neceſſe eſt ut & pulſus ſecundũ ea diuerſent. Incipiendũ autẽ prius de pulſibus qui fiunt à phlegmationibus. Phlegmon in qua eſt inflatio extra naturã quæ fit ex ſanguinolentis humoribus in quędã membra cõfluentibus, & eadẽ implentibus atq; extendentibus cũ uenis & arterijs ibidẽ manentibus. Hunc ſequunt ſemper durities & dolores & pororũ oppilationes propter impreſſionẽ. Cum pori oppilent fumus non egreditur. Vnde ibi coadunatis neceſſe eſt calefiat, & putredines faciat. Quod ſi magnũ ſit apoſtema, aut in principalibus ſit mẽbris, febres facit. Febres aũt hæ pulſum durũ, paruũ, debilẽ, uelocẽ, & ſpiſſũ & inordinatũ, ſicut ſerrã faciũt. Durities ex extenſione arteriarũ eſt, paruitas propter duritiẽ ſubſtãtiæ organorũ, & defectionẽ uirtutũ, quia duræ arteriæ uirtuti non obediunt dilatanti, defectio uirtutis dilatare organa non poteſt ſecundũ quod oportet. Velocitas & ſpiſſitudo ſunt neceſſaria ad nimij caloris refrigerationẽ. Cum eñ defectio uirtutis ſemel aërem trahere nõ ſufficiat, oportuit ſæpius ad repeti, quod uno impetu neq̃bat impleri. Diuerſitas

quæ

quæ ęqualiter dilatari non permittit. Vnde partim ſecundũ magnũ & partim ſecundũ paruũ oportuit diuerſari. Quę diuerſitas apparens ſub digitis, nomen ſerrę ex imitatione accepit. Hęc cauſa eſt cuiuslibet pulſus in calido apoſtemate, id eſt, duri, parui, debilis, uelocis, ſpiſſi, & inordinati. Cum aũt omne apoſtema 4. habeat tẽpora, initiũ, augmentũ, ſtatũ & declinationem neceſſe eſt pulſum ſecundũ qualitates diuerſari tẽporũ. In initio eñ minus habet duritiei, unde magnus eſt & fortis, uelox quoq; atq; ſpiſſus, & parũ diuerſus. Apoſtema eñ in initio nõ adeo forte, quia durities nõ nimis magna eſt. Virtus uero grauis adhuc, unde facile organa potuere dilatari. Calor magnus in initio, unde uelocitas magna eſt & ſpiſſitudo. Diuerſitas non eſt multa, quia durities eſt parua. In augmento hęc eadẽ ſunt conſideranda, ſed tamẽ maioranda, maxime durities quę plenitudinẽ comitat̃. Extenſio & diuerſitas in hoc augmento oportet eſſe maiora. Eſt autẽ pulſus paruus, cũq; ad ſtatum perueniat̃, omnia quę diximus augmentant̃. Maxime tamen durities & diuerſitas in ſtatu ſunt fortiora propter ſupradicta. Tunc autẽ pulſus eſt debiliſſimus. Velocitas & ſpiſſitudo augmentant̃, ut calor nimius refrigeretur. In declinatione idem cum diſcedat apoſtema, aut diſſoluũt̃ humores unde apoſtema finiatur oportet, & pulſus inſani reducatur qualitates, aut cum diſſipentur ſubtiles, craſſi indurant̃ ibidem permanentes, & apoſtema in duritiẽ mutatur, unde pulſus durior & ſubtilior, quia organa in latitudinem & profunditatem ex ſua duritie nõ dilatant̃. Eſt aũt minus uelocitatis propter diminutionẽ caloris, quẽ quia paruus eſt nõ oportet refrigerari. Hęc eſt pulſus mutatio ex apoſtemate calido. In mutatione pulſuũ cauſa ſubſtantię membrorũ carnoſa, non habent durũ, neq; paruum, nec diuerſum. Neruoſa habent duriſſimũ ex duritie ſcilicet neruorũ, & paruiſſimum ex duritie nimia & fortitudine dolorũ, quia ſenſibiliſſimus eſt locus neruoſus. Diuerſitas quoq; eſt nimia, & eadẽ ſerrata. Quod magnũ fit apoſtema, diuerſitas hęc fit tremebũda quod ex diſtenſione & duritie eſt huius pulſus maioribus q̃ in alijs pulſibus. Hęc duabus ex cauſis ſubſequunt̃, magnitudine ſcilicet apoſtematis, & duritie nerui. Vnde & pulſus idem patit̃, quod & corde arcus, qua cũ nimię extendunt̃ non percuſſioni adquieſcunt, ſed potius poſt longũ tempus tremunt. Cum autẽ apoſtema eſt in locis multũ uenoſis pulſus eſt minoris duritiei, & mollitiei maioris. Hęc eñ mẽbra neruoſis ſunt molliora. Si apoſtema in mẽbris eſt arteriatis. Pulſus magnus erit ex nimietate caloris, & diuerſus ex paſſionibus cordis ſubita nulla mediante cauſa. In mutatione propter locum ſi apoſtema eſt in cerebro pulſus fit ſicut & in neruoſis membris. Si in epate fit pulſus, erit ſimilis mẽbrorũ uenoſorum pulſui. Si in mẽbris cordi uicinis, in ipſo eñ corde nullum apoſtema poteſt eſſe animali exiſtente, fit pulſus arteriatis membris ſimilimus. Huiuſmodi eſt diuerſitas pulſuum ex calore apoſtematum, & propter locum atq; mem

brũ. Aliquando calido apoſtemati aliquod accidentatũ euenit, & ideo pulſus cõpoſitus fit ex natura apoſtematis & accidentis. Accidẽs aut propter mẽbri apoſtemoſi cũ alio colligationes, ſicut ſpaſmus quẽ homo ex apoſtemate diaphragmatis patit, ex colligãtia diaphragmatis & cerebri, aut propter mẽbri actionẽ apoſtemoſi, ſicut eſt corruptio digeſtiõis ex apoſtemate in ſtomacho, & ſicut anhelitus, & ſuffocatio ex pulmõe apoſtemoſo. Sũt & alia accidentia apoſtemati extranea, ſicut ſyncopis, dolor capitis, & alia huiuſmodi. De quibus dicemus cũ de ſingulis accidẽtibus diſputabimus. Hæ ſunt mutationes pulſuũ ex calido apoſtemate naſcente ex ſanguine. Apoſtemata ex colera rubea naſcentia quæ uocãt eryſipila, pulſum faciũt ſpiſſum, atq; durũ, quod ex ſiccitate & calore cõtingit coleræ rubeæ. Diuerſum quoque ex nimia duritie. Si frigidũ fuerit apoſtema, & ex phlegmate, pulſum tardum, rarũq; uidet facere. Non eñ eſt neceſſe multũ refrigerare. Mollis etiam eſt pulſus idem propter phlegmatis humiditatem. Non diuerſus propter paruitatem duritiei. Si apoſtema ex nigra eſt colera, pulſualis ſequitur ſubtilitas. Durities etiam & tarditas, atq; raritas. Diuerſior hic eſt alijs & hæc cauſa duritiei. Oportet autem intelligi, quia quantitas huius mutationis in multitudine & paucitate, ex apoſtematis eſt conſideranda quãtitate, & ex mẽbrorum nobilitate, & econtrario. Si enim apoſtema eſt magnum, & in aliquo nobiliũ membrorum, ſicut in cerebro aut in epate, aut in ſtomacho, magna & fortis eſt mutatio. Si paruum, & in manu, ſiue pede, ſequitur contrarium.

De pulſibus cerebri paſsiones portendentibus. Cap. IX.

CVm ad poſſe noſtrum de generibus tractauerimus apoſtematum, & ſufficienter dixerimus de diuerſitatibus pulſuum ſuorum, oportet ſubſequi tractatum de pulſibus in quibuslibet membris ab alijs morbis naſcentibus. Morbi in corporum membris ſunt multi. Sed tamen pulſum faciẽtes aliqui ſibi inuicem ſunt ſimiles, aut quia morbi ſpecietenus ſibi ſimilantur, aut in cauſis, aut in membrorum ſubſtantijs. Vnde ad breuiandus eſt tractatus cum per quoſdam horum pulſus aliorum morborum cognoſcantur. Incipiendum ergo à morbis in membris naſcentibus animatis, ſiue in cerebro, & procedentibus ab ipſo. Dicendum eſt etiam quæ per ipſa pulſuum fit mutatio. Morbi in cerebro naſcentes, aut phreneſis, aut mania, aut lethargia, uel quaſi excitatio ſomni, congelatio, epilepſia, apoplexia, ſpaſmus membrorum, mollities. Phreneſis eſt apoſtema intra cerebri pelliculas. Quarum natura eſt neruoſa, paruum faciens pulſum, ſpiſſum, fortem, & ſenſui quaſi à loco ſuo ſe moueat apparentes. Eius durities propter apoſtematum eſt diſtenſiones. In neruoſis enim membris eſt. Paruitas propter duritiem dilatationi inconuenientem. Spiſſitudo ut refrigeretur calor. Fortitudo, quia in his morbis uirtus eſt fortior. Vnde quidam morbidi in his infirmitatibus ſubito eriguntur & percuſſores

cuſſores

cuſſores & garrientes efficiuntur. Quod ex corruptione mentis conſequit. Diuerſitas fit ex inconuenienti dilatatione organi, cauſa duritiei & diſtenſionis, & fortitudine uirtutis. Vnde fit, ut pars dilatet, pars uero non. Apparet tamen ſenſui, quaſi à loco ſuo iuſum, ſuſumùe moueri. Quando autem morbus ex colericis eſt humoribus, fit pulſus tremebundus, ex cauſa quam antea diximus. Hoc autem maxime ſi humiditates ſint ſiccę, augmentatur eñ durities organi. Interdumq; pulſus reddit magnus in morbo huiuſmodi. Quod contingit cum apoſtema paruum ſit, nec ipſum oſtendant pellicu læ cerebri, aut cum humores ſint phlegmatici, nec permittant uirtutem dilatari. Aliquando in hoc morbo dilatatio, uelocior eſt quam conſtrictio, & conſtrictio uelocior quàm dilatatio. Cuius rei cauſa eſt, quia apoſtema calidum in pelliculis eſt cerebri, & continue febres, febres ex putredinibus ſunt humorum, quas apoſtema facit cum calefiunt. Dilatatio autẽ eſt uelocior cum plurimus ſit calor, quia aër trahit neceſſario in calore cordis refrigerãdo, & conſtrictio tardior, ut aëris frigiditas in corde ſit abundantior. Cum uero humores ſint plures cõſtrictio uelocior eſt, & dilatatio tardior. Quod fit ex neceſſitate putredinis fumoſorum humorum expellente. Vocat autẽ hic pulſus conſtrictiuus. Qui in omnibus eſt febribus ex putredine naſcentibus. Cum enim calor putredinibus ſit maior dilatatio fit uelocior quàm cõſtrictio, ut pulſus in dilatationis ſuæ in initio ſit feſtinantior. Quod fit ex ſupradictis cauſis, huiusmodi ſunt pulſus in phreneſi. In manioſis & melãcholicis ſunt plurimi. Lethargicis & mente conſtipatis pulſus ſunt magni, debiles, molles, tardi, atq; rari, diuerſitate æſtuoſi. Quod ita eſt, quia phlegmatici humores in cerebro ſunt naſcentes, aut de alijs membris ad ipſum currẽtes, cerebrum quoq; humidum eſt membrum. Vnde fit neceſſe pulſus molliores ſint. Phlegma in his morbis putreſcit, & febres non fortes facit. Vnde pulſus oportet maior ſit, qui ex nimia humiditate eſt debilis, ex defectione uero uirtutis, cum humiditate diuerſitas eſt æſtuoſa. Quia enim humores ſunt frigidi, pulſus tardeſcit & rareſcit. Galenus dixit, aliquando in hoc morbo pulſus duplicis eſt percuſſionis. Quod conſequitur cum humores in cerebro augmentent. Quibus eius pelliculæ diſtendunt, & organa indurantur, & à motu ſuo tempeſtiuo pulſus ad duas percuſſiões mouet. Morbus qui coma græce appellatur, latine uero quaſi expergefactio à ſomno dicit, qui à phreneſi & lethargia diuerſat inter phreneticum & lethargicum mediocrem habebit pulſum. Aſſimilat aũt interdum phrenetico, ſed maior eſt & mollior propter phlegmatis humores in cerebro. Qui in uelocitate & ſpiſſitudine eſt mediocris, neq; tremebundus ſit. Tremor enim pulſus in manioſis & phreneticis, ex ſiccitate contingit. Pulſus in congelatione qui morbus in cerebro eſt ex conſtipatione, & in uentriculis puppis ex humoribus frigidis & ſiccis, ſimilis eſt lethargicis, ſed tamen
durior

durior & fortior, & minus diuerſior. Quod ex ſiccitate contingit, humidi-
tas enim uirtutes organorum emollit. Diuerſitas autem ſemper ſequit̃ de-
fectionem. In hoc uero morbo pulſus tactu eſt calidus. Apoplexia & epile-
pſia ex cõſtipationibus uentriculorũ cerebri naſcunt̃, & hoc ex craſſo phle-
gmate, unde regitiua & motiua uirtutes patiuntur, ſecundum quod in ſub-
ſequenti libro dicturi ſumus. Hi utriq; morbi pulſum ſui in initio faciunt te-
tinoſum ex diſtenſionibus pellicularum cerebri, quæ multitudinem colle-
gerunt humorum. Pulſus autem non naturalibus ſuis qualitatibus mutant̃,
niſi quod tetinoſi efficiunt̃. Sed cum morbi augmentant̃ & confortant̃, pul
ſum tardum & defectum faciunt, & ex defectione uirtutis rarum. Quæ ſi ni
mium deficiat, in ſpiſſitudinem pulſum mutat, & à ſpiſſitudine in uermicu-
loſum, à uermiculoſo in formiculoſum. Spaſmus, quia nerui ex conſtrictio-
ne, & ad ſe inuicem coadunatione patiunt̃, & extremitatibus ſuis contrahũ
tur diſtendit arterias, & ut non perfecte dilatare ualeat indurat. Vnde pul-
ſus quaſi tremens efficit̃, & tamen non tremit, ſed ſalit potius. Qui cum di-
latetur, ſagittę circumeunti aſſimilatur. Cum uero conſtringit̃, quaſi in ſui
fundamentum relabitur, ut in dilatatione quaſi magnus, & ex duritie quaſi
fortis uident̃. Sed non eſt, quia inter magnum mediocris fit & paruum, &
inter fortem & debilem. Mediocritas tamen ſua non apparet tremoris cau
ſa. Hic eſt in ſpaſmo pulſus, cum omnes organorum partes æqualiter diſtẽ-
duntur. Cum autem non, ſed pars multum, pars uero parum extendit̃, di-
uerſus quaſi erratus reddit̃, inter uelocem & tardum medius. Membrorũ
mollicies, & paralyſis, ſolent ex conſtipationibus incipientis nucha fieri, aut
etiam nerui ad patiens membrum uenientis, cum prout oportet uirtus trã-
ſire non poſſit. Hi morbi pulſum faciunt paruum, & defectum. Aug-
mentati rarum & tardum, cum plus confortent̃ ſpiſſum, ſed non æqualiter
reddunt. Poſt multas enim percuſſiones raras, una, duęue fiunt ſpiſſæ. Vn-
de Galenus hunc pulſum uocat ſpiſſum, atq; rarum. Hi ſunt pulſus qui ex ce
rebri & ſuorum neruorum morbis naſcuntur. Rigores autem febrium, atti-
nent morbis neruorum. In quibus pulſus quaſi in fundum relabunt̃, cum or
gana ab extremitatibus ſuis ad centrum colligant̃. Hoc contingit quia ca-
lor naturalis in interiora fugit corporis. Sufficit nobis dixiſſe de pulſibus ce
rebri, & animatorum aliorum membrorũ, morbos ſignificantibus. Opor-
tet item dicamus quid ſignificent pulſus membrorũ pectoris, & ſpiritualiũ
ſibi attinentium, ſiue ſynanchiam, ſeu anhelitum, peripneumoniã, ſiue pleu-
reſin, empyicam, ſeu phthiſin.

De pulſibus paßiones inſtrumentorum oſtendentibus. Cap. X.

SYnanchia eſt in lacertis gutturis calidum apoſtema, lacerti ſicut dixi
mus diuerſis ex ſubſtantijs componunt̃. Superiora enim carnoſa, in
feriora neruoſa atq; cordoſa. Vnde fit ut cum apoſtema in parte fit
neruoſa

neruoſa, pulſum tetinoſum facit durum,& ſerratum, paruum atq; ſpiſſum. Sicut alibi iam diximus de neruoſis apoſtematibus. Si in carnoſa parte ſit, pulſus magnus,& æſtuoſus fit. Qui ſi eſt mollior & æſtuoſior, nuntiat peripneumoniam. Si enim materia apoſtematis in carnoſa abundet parte, neq; ibi diu morari poſſit, infirmitas in pulmonem traducta peripneumoniā facit. Si pulſus fit durior,& augmentet tetinatio,& ſerraturę diuerſitas. Futurum ſpaſmum nunciat. Quia apoſtemate creſcente patit̃ neruus, & ex neruis cerebrum propter colligantiam neruorum ad ipſum, ideoq; ſpaſmus neceſſe eſt concreetur. Quod ſi apoſtema nimium excreuerit ut infirmus inde poſſit ſuffocari,& pene periclitari, pulſus paruus & rarus erit. Si uirtus nimium deficiat, pulſus eſt durus,& hoc contingit cum mors iam prope ſit. Anhelitus naſcit̃ ex canalium pulmonis conſtipationibus de craſſo phlegmate faciens pulſum diuerſum & inordinatū. Humores uirtutem ſuperantes, pulſum faciunt paruum & debilem. Virtute uero humores ſuperante, pulſus fit quaſi magnus & fortis. Cum autem morbi mediocriter confortent̃, pulſus eſt ſpiſſus. Si augmentetur ut infirmus penè ſuffocetur, in raritatem mutat̃, ex congelatione caloris naturalis. Virtus deficiens durum facit pulſum. In peripneumonia pulſus erit ſicut in lethargia. In magnitudine, mollitie, & æſtuoſitas in lethargia, ex humiditate eſt phlegmatis, quod cauſa eſt lethargiæ. In peripneumonia maior diuerſitas & æſtuoſitas propter mollitiē ſubſtantiæ cerebri membri,& calore apoſtematis,& tetinoſitate ſui. Aliquando autē in hoc pulſu ſuccedit diuerſitas duplicis percuſſionis, quod ex magnitudine fit apoſtematis,& forti tetinoſitate ſubſtantiæ pulmonis, unde pelliculæ eius & ſubſtantiæ organorum ſuſtendunt̃. In uirtute, & defectione, uelocitate quoq; & ſpiſſitudine, pulſum debilem neceſſe eſt eſſe,& periculo morbi,& moleſtatione naturæ. Vnde aliquando in pulſu iſto una ſuperflua aut minus eſt percuſſio. Si enim uirtutem ſuperet infirmitas, inter duas uel tres una eſt ſuperflua. Si uero ſuperetur, cõtrarium conſequit̃. Hanc quoq; peripneumoniam alia ſequunt̃ accidentia. Febris ſcilicet acuta ex materiæ apoſtematis putredine,& uicinitate eius à corde. Conſtipatio mentis ſequitur,& colligantia cerebri ad pulmonem in hac paſſione. Si autem fortior ſit febris, pulſum uelocem & ſpiſſum facit. Pleureſis eſt apoſtema in pelliculis coſtarum quę neruoſę ſunt. Hęc facit pulſum durū, diuerſum, & ſerratum. Quod ut diximus ex apoſtemate in neruis conſequit̃. Quia uero hunc morbum ſemper fortis ſequitur febris, pulſum magnū neceſſe eſt eſſe. Propter duritiem ergo organorum uelocem & ſpiſſum, ut ſicut magnus ad aërem ſufficiat trahendum. Pleureſis autem ex colera rubea naſcit̃, aut ex ſanguine. Aliquando etiam ex phlegmate,& hoc rariſſime. Subtiles enim pelliculæ, non craſſos humores ſed ſubtiles uidentur recipere. Si ergo ex colera ſit rubea, pulſum facit ſpiſſiſſimū. Si uero ex ſanguine mediocrem. Si ex phleg

mate paruum. Vnde oportet intelligi materiā morbi ex qualitate ſpiſſitudinis, & quæ accidentia nuntiet futura. Si enim pulſus eſt ſpiſſiſſimus, aut peripneumoniam, aut defectionem nuntiat nimiā, aut ſyncopis, quia cum materia colerica ſit rubea, ex ſubtilitate & uelocitate ſua eſt inſtabilis. Si ergo currat in pulmonem, in peripneumoniam ſe mutat. Si in cor, aut in ſyncopim ſe mutabit, aut in defectionem nimiam. Hoc autem fit ex uicinitate cordis, & pulmonis ad loca morbi. Quod ſi ſpiſſitudo ſit parua, aut cōſtipationem mentis, aut apoplexiam aut alienationem futuram nuntiat. Spiſſitudinis em̄ paruitas, phlegmatis materiam demōſtrat. Cum autem fumus frigidus & humidus cerebrum aſcendit. Hos morbos neceſſe eſt faciat. Iterum diuerſitas ſerrata, futuram ſalutem uel periculum nuntiat. Quia ſi debilis ſit parua uelocitatem ſanitatis ſignificat. Paruitatem enim & debilitatem apoſtematis demonſtrat. Si uero hæc ſerratura fortis eſt & multa, diuturnitatē morbi nuntiat. Quod ſi uirtus infirmi peruaſit & debilis, uelocitas ſignificatur mortis. Si autem fortis ſanitatem, poſt longum tamen tempus portendit. Aut cum diſſolutione & deſtructione materię, aut eiuſdem purgatione, aut in alia membra mutatione. Sicut ſi in pectoris mutet̄ concauitate, & tunc empyima uocat̄ abſolute. Aut ſi in pulmone & uulnera facit, atq; uocatur phthiſis. Huiuſmodi eſt pulſus quem pleureſis facit, & talis eius diuerſitas & quæ eam ſequunt̄ accidentia. Empyima quod pectoris & pulmonis putridus eſt ſcreatus, & phthiſis uocat̄. In finem calidi uenit apoſtematis quod eſt in membris pectoris. Hic morbus pulſum facit duriſſimum, & ſerratiſſimum, uelocem quoq; atque ſpiſſum. Si uero materia in putredinem mutetur, à natura quandoq; digeritur & emittitur. Aliquando uero inde natura ipſa patitur, unde pulſum facit latum, mollem, debilem, atq; rarum. Latitudo fit propter humectationē materiæ in mēbris. Debilitas ex inanitione eſt ſubita. Raritas fit ex magno deſiderio trahendi aëris. Phthiſis id eſt, conſumptio & exiccatio membrorum corporis. Eſt generaliter triformis. Aut enim ex calido apoſtemate pectoris, unde cor ex uicinitate caleſit, & humiditas eius exiccatur, & ſimiliter arteriæ, unde pectoris fundamenta deſiccantur, aut ex ſyncopi quæ acutam ſequitur febrem, in qua neceſſe eſt medico uinum dare infirmo, uinum enim aufert ſyncopin, & cor exiccat, & inde omnia patiuntur membrorum fundamenta, aut ex mala complexione calida uel ſicca in toto corpore. In qua infirmitate medico eſt neceſſe, aut aquam frigidiſſimam, aut ſimilem cibum dare, unde ſiccitas permanet ex neceſſitate. Calor enim in frigiditatem mutatur, & per hæc humectatio corporis ſubſtantialis exiccatur, fitq; quaſi decrepitum corpus. Vnde hoc phthiſis genus uocatur ſenectus. Quorum trium unum quodque & pulſum habet proprium, & omnia uniuerſale unum. Primum

enim

enim genus facit pulſum debilem, paruum atq; durum. Debilitas eius, quia deficit ex longo tempore uirtus, quę inter initium apoſtematis, & calefactionem cordis. Paruitas eius ex defectione eſt uirtutis in dilatandis organis. Durities ex deſiccatione totius corporis eſt. Velox & ſpiſſus, id eſt, propter calorem. Secundum genus priori aſſimilatur in pulſu. Sed tamen minus eſt uelox & ſpiſſus. Quia ſiccitas huius generis, maior eſt quãtitate caloris. Vnde aliquando aufertur calor, & permanet ſiccitas. Genus tertium priori eſt in pulſu aſſimilandum, ſcilicet in paruitate, & debilitate, & duritie. In hoc enim genere non eſt caliditas, ſed frigiditas & ſiccitas. Hæc ſunt pulſuũ genera phthiſi attinentia. Pulſus uero in his tribus uniuerſalis, ille eſt qui uulgo uocatur immutabilis. Hic quoq; uocatur phthiſicus, paruus, debilis, & durus, atq; ſpiſſus. Sed tamen tertium genus in frigiditate caret ſpiſſitudine, & pulſum facit caudam ſoricinam uocatum ex uirtutis defectione, qui in una eſt percuſſione, aut in multis. Eſt & in hoc pulſus quem inclinatum uocauimus, cuius ſubtilis eſt utraq; extremitas, & in medio craſſitas, ſicut iam diximus in pulſuum generibus. Hoc enim genus ex defectione uirtutis naſcitur, quæ pulſus extremitatem brachio attinentẽ non poteſt leuare propter carnis grauitatem. Neq; ad manum pertingit extremitatem propter defectionem. Iſta ſunt pulſuum genera quæ ad pęctoris pertinent membra.

De pulſibus inſtrumentorum cibalium patientibus. Cap. XI.

MOrborum in cibalibus membris naſcentium, quidam in primo digerentibus ſicut ſtomacho, & in inteſtinis naſcunt̃, aut in ſecundo ſicut epate, aut in tertio digerentibus, ſicut corporis mẽbris omnibus. In ſtomacho apoſtema naſcitur calidũ ſeu frigidũ. Quod cõſequitur cum in ſtomacho humorũ curſus aut colericus eſt, aut ſanguinolentus, aut phlegmaticus, aut melancholicus. Aliquando tantum hi humores ſtomacho decurrentes, non apoſtema faciunt, ſed quemlibet alium morbum, ſicut dolorem, ſiue ſingultum, anguſtiam, ſiue faſtidium, abominationem, uomitum, nimium deſiderium ad cibum ſiue potum, & econtrario. Ad malos quoq; cibos deſiderium, qui malas quantitates faciunt. Quas dicemus cum morbos interiores tetigerimus. Pulſus horum uniuerſalis accidẽtium paruus eſt & debilis. Quod ex grauitate cõtingit uirtutis, & diſſolutiõe ſui. Proprius uniuſcuiuſq; accidentis eſt talis. Si apoſtema inquam in ore ſtomachi eſt calidum, pulſum facit tetinoſum, durum, ſerratum, atq; ſpiſſum. Tetinoſum, quia os ſtomachi eſt neruoſum. Et quia in hoc morbo defecta eſt uirtus, debilis eſt pulſus. Quæ defectio ſi perlongatur, fit pulſus tardus. Si autem os ſtomachi apoſtema frigidum habuerit, pulſum durum, debilem quoq; & rarum facit. Si uero os ſtomachi puncturam, aut anguſtiam patit̃, abominationem, aut quęlibet alia accidentia à pungentibus humoribus na

ſcentia,pulſum facit paruum,debilem,atq; ſpiſſum, propter calorem refocilandum. Aliquando uero ſi humores ſint frigidi, tardum. Siq; morbificet propter nimios humores uirtutem grauantes,aut propter chimos multos & craſſos,& ſine febribus in initio horũ accidentium, rarũ patitur pulſum.Si autẽ anguſtia uel ſingultus augmẽtantur,uel confortant̃, & hęc ex colericis ſint humoribus pulſus fit uermiculoſus. Si uero ex plenitudine fit frigidorũ humorum,morbus ſicut eſt boliſmus,pulſum facit rarum,paruũ atq; debilem.Diuerſitas ſua in percuſſione eſt una,& in parte uicina,ut tangens ſub digitis,& organica ſubſtantia arenã putet eſſe. Huiuſmodi pulſus os ſtomachi ex morbis patitur. Idemq; patiuntur qui pharmacia utunt̃. In initio eñ acceptæ potionis cũ iã in ſtomacho potio quieſcit,& humores ſibi ſimiles ex ſui appetitiua uirtute contrahit,& in inteſtina eijcit,& item extra ab inteſtinis, pulſus inquam cum humores hi adhuc in ſtomacho ſint, nec extra exierint,latus eſt & debilis. Latus ex humectatiõe humorum qui in ſtomacho ſunt, & ſubſtantias organicas emolliunt. Debilitas eſt huius propter grauitatem uirtutis ex humoribus.Si autem purgatio potionis inceperit, & anguſtia atq; conturbatio uirtutis aſſit,fit pulſus diuerſus & inordinatus.Si autẽ ſolutio aliquantulum fit leuior,inordinata diuerſitas, fit ordinata.Expleta purgatione,& in priorem ſtatum uirtute redeũte, fit pulſus magnus & compoſitus.Si uero purgatio augmentetur, & complexio acuatur,pulſus erit ſpiſſus,& diuerſus,& ſi ſtomachus pũcturam,pulſus eſt ſpiſſiſſimus & defectiſſimus. Si autem purgatio augmentata ſyncopin, id eſt, defectionem faciat,pulſus fiet uermiculoſus. Purgatione uſq; ad ſpaſmum uel ſingultum deueniente, pulſus erit tremulus.Si autem catharticum nõ ſecundum quod oportet operet̃, pulſus erit debilis & paruus ex uirtutis grauitatibus.Si uero catharticum humores ab inferioribus corporis cõtrahat ad ſtomachum,ſiue quodlibet inteſtinum,& inde non egreditur uirtus grauatur,& pulſus ſit diuerſus,inordinatus,& latus, & æſtuoſus, ex coadunatis humoribus organa humectantibus,huiuſmodi eſt pulſus eorũ, qui pharmaciam accipiunt.Itidem patiuntur qui potionem uomitus accipiunt ſicut eſt elleborum. In initio enim pulſus debilis eſt atq; latus.Qui cum purgetur quantum oportet, pulſus maior fit quam cum biberet. Si autem bibens elleborum ſuffocationem patiatur, pulſus erit paruus, debilis & ſpiſſus. In epate, id eſt, in ſecunda digeſtione, cum ex mala deficiat complexione, hi morbi naſcuntur proprie icteritia, hydropitia, & alij morbi. Hydropiſis triplex eſt, hydrops, tympania, hypoſarca. Hydrops facit pulſum paruũ, atq; ſpiſſum, quaſi durum, & tetinoſum. Paruus fit ex grauitate uirtutis. Spiſſus ex defectiõe.Durus ex ſiphac tetinoſitate. Tympania facit uelocem ſpiſſum, atq; durum. Spiſſitas ex uirtutis eſt defectione. Durities, quia hic

morbus

morbus à ſiccitate naſcitur. Hypoſarca latum facit pulſum, mollem, & æſtuoſum. Quod contingit quia hoc genus morbi ex nimia humiditate fit paruum pulſum, ſpiſſum & durum facit, neq; eſt debilis. Morbi qui naſcuntur in toto corpore propter corruptionem digeſtionis tertiæ, ſunt elephantia quæ pulſum facit paruum, debilem, & ſpiſſum, paruũ, & defectum, quia hic morbus ex grauiſſimis naſcit humoribus. Morphea pulſum facit latũ, mollem, atq; tardum, ex frigiditate & humectatione phlegmatum. Oportet autem intelligas ex ſimilitudine ſcriptorum, non ſcripta. Sufficit quod diximus de pulſibus & eorum ſignificationibus.

De uniuerſali diſputatione ſignificationis urinarum. Cap. XII.

IN quibuſdam locis præcedentium librorum, urinam diximus ſanguinis eſſe colamentum. Hic autem ſanguis in renibus diſcernitur, aut poſt cibi digeſtionem, atq; à concaua uena egreſſione colatur. Vnde poſtea renum eſt officium ſibi trahere ipſum ſanguinis colamentum, & tamdiu tenere quoaduſq; partem ſanguinis in nutrimentum diſtribuat ſibi, aquam uero in ueſicam traijciat, per duas ſcilicet uias nomen ſcalæ ab anatomicis ſortitas, eo quod quidam urinæ deſcenſus ibi fiat. Quod fit ut urina duarũ rerum tantum ſignificatiua fit generaliter, aut qualitatum epatis, & uenarum proprie, & corporis etiã ex horum affinitate, aut paſſionum in inſtrumentis ipſius urinæ contentarum, ſicut renibus ueſica, & in eiuſdem urinæ uia, qua nomen ſcalæ diximus habere. Significationes autem urinæ in uenis & epate in ipſius uidentur albedine & ſubtilitate. Quibus ſignificatur cibus ſumptus pluſquam digeratur. Huiuſmodi enim urina defectionem epatis in digeſtione ſignificat, & uenarum conſtipationem. Ex epatis etiam & uenarum affinitate, morbi per urinam ſignificantur in corpore, ſicut in febribus eſt uidere. Quæ ſi ex humorum ſint putredinibus urinæ albedine & ſubtilitate cruditas & indigeſtio ſignificantur. In ephemeri uero econtrario. Secundũ quod dicturi ſumus in ſubſequẽtibus cũ de febribus diſputauerimus. Significatio item inſtrumentis urinæ, in ſquamulis uidetur & ſanie. Vnde uuluam intelliguntur renum & ueſicæ, uiarum quoq; ipſius urinæ, uel uirgæ, uel fœminę naturæ. Similiter ſi arena uel lapides uideantur in urina ſignificantur egredi à ueſica. Huiuſmodi eſt urinæ ſignificatio circa mẽbra ſupradicta. Sed aliorum membrorum infirmitas non adeo ſignificant in urina. Neq; enim firmiter in ea certificantur morbi pectoris, pulmonis, ſeu cerebri. Si ergo uis fieri per urinam certus, oportet infirmo præcipiat ut in uaſe uitreo albo, claro & magno colligatur poſtq̃ à longiori ſomno fuerit expergefactus, & antequam aqua bibatur, & cum cibus fuerit digeſtus & à ſtomacho & ſubtili inteſtino iam ut deſcẽdat egreſſus. Non autem colligat cum eſuriat uel ſitiat, & oportet poſt quam in uaſe fuerit collecta, aliquandiu in loco quodam conquieſcat, ut in fundum uaſis hypoſtaſis deſcen

dat. Quę omnia iccirco fiunt ne intentio oberret medicorum. Si enim uas fuerit album atq; clarum, apparet urina alba & clara ſecundum eſſe uaſis. Quod ſi magnum fuerit, urinam totam continebit. Vnde melius certificat medicus cum in extremitate urinæ, talis hypoſtaſis quæ non prius exierit, egrediatur. Poſt ſomnum autem longiorem oportet colligat, ut cibus perfecte digeſtus in ſanguinem perfectiorem mutatur. Ante aquæ potū, quia aqua urinę mutat colorem ante cibum, ne cum colera ad digerandū cibum redeat, urina non ſecundum quod colerata exeat, aliquando enim exit alba & ita medicum ludificat. Non famelicum neq; ſitibundū cōueniat eſſe ęgrū quia fame, ſiti, urina ſolet colorari. Ex his enim coleram, certum eſt augmētari. Hæc ad prælibandum fuerunt neceſſaria, ne improuiſus medicus deuiet in horum ignorantia, & econtra quod neceſſe ſit infirmum regat.

De qualitatibus cognoſcendis colorum urinæ & diuiſionibus, & quid per eas ſignificetur. Cap. XIII.

OMnis ſignificatio urinæ, aut ex hypoſtaſi, aut ex liquore. Liquor aut in colorem, aut in ſui diuiditur eſſentiam. Color qualitates humorum denotat digeſtibilium. Qui in ſex diuiditur, in album, citrinum, igneum, croceum, rubeum, & qui uocatur alithinum nigrum. Albedo aut ex nimio eſt phlegmate, aut ex colerę ſublatione. Citrinitas ex parua conſequitur colera. Igneus color contingit cum quantitas colerę citrinitatem exceſſerit. Croceus in colera igneum excedit. In rufitate ſanguinis commiſcetur urinæ. Aliquando etiam urina in hunc colorem mutatur non ex ſanguinis commixtione, ſed ex nimio dolore, ſicut iliorum, aut podagræ, aurium quoq; ſiue ſimilium. Aliquando rurſus color idem conſequitur, cum corpus alchana tingitur exterius, & cum uirtus per poros corporis penetrat ut in urinæ ueniat uaſa, & eam tingat. Idem etiam contingit, crocum comedentibus, aut caſſiam fiſtulam accipientibus. Sed tamen crocus claro, caſſia fiſtula rubore tingit liuido. Vnde non de urina rubea erit ilico iudicandum, donec de eius odore fuerit per ſenſum. Quæ ſi fœtuerit, humores intelliguntur putridi, & cum eis febris. Si autem non ita fuerit, oportet inquiri ſi prædicta tinxerint. Hæc autem inquirantur, ne ſi erremus curandis noceamus. Vrina uero nigra, aut frigiditatem nimiam denotat, aut calorem, & nimiam incenſionem. Differunt autem frigida & calida urina, quia calida in primis eſt ruffa, poſtea liuida, deinde nigra, ſicut uidemus in icteritia. Aliquando tamen nigreſcit urina ex commixtione melancholica. Frigida, in initio eſt alba, poſt liuida, deinceps nigra. Citrinus uero color, in omnibus his eſt laudabilior. Niger, & ſubtilis peior.

De ſigni

De ſignificationibus liquorum urinæ. Cap. XIIII.

Liquor eſſentialis in tria uidet̃ diuidi, aut em̃ craſſa & ſubtilis, aut medius. Subtilis faſtidium ſignificatur, quod ex defectione digeſtionis conſequitur. Forti enim digeſtionem, & urinam, & cæteros humores corporis neceſſe eſt craſſeſcere. Item ex liquoris ſubtilitate monſtratur conſtipatio eſſe. Si enim uiæ conſtrictæ fuerint, dum humores colent̃ ſubtilitas eliquatur, eorum uero craſſitudo intus remanet. Craſſitudo ergo ſignificat digeſtionem, uel humorum coctionẽ, aut craſſorum humorum cum urina cõmixtionem. Vnde fit ut urina in pueris ſubtilis, peior ſit quam in iuuenibus. Vrina enim pueris naturaliter craſſa eſt ex eorum cõplexione humida, & calore nimio & forti. Cum ergo urina naturam ſuam exeat eſt peſſima. In iuuenibus conſequitur econtra. Vrina enim eorum eſt ſubtilis ex uirtute coleræ in eis abundante. Moderatio liquoris in urina, temperamentũ humorum in quantitate, & in qualitate, & eorũ coctionem ſignificat. Vnaquæq; autem harum urina ſubtilis inquam atq; craſſa, in duo diuiditur. Aut enim ſubtilis exit, quod ſignificat, quia nondum concoquere incœperit, natura humores illos qui morborum ſunt materia, aut ſubtilis egrediens, & poſtea craſſeſcens, ſignificat humores incœpiſſe concoqui à natura, quia ut ſupra dixi morborũ ſunt materia. Craſſa ſimiliter aut craſſa exit, ut in craſſitudine permaneat, aut cũ craſſa exeat, ſubtiliatur poſtea. Sed craſſa exiens, & in ſua craſſitudine permanens, humorũ ſignificat ebullitionẽ in augmento uel in ſtatu exiſtentem. Quod ſemper ſequitur urinam in initio ſubtilem, poſtea uero craſſam maxime ſi poſt paruũ tempus hypoſtaſis in fundũ deſcenderit. Si autem in initio morbi urina craſſa fuerit, & ſic craſſa permanſẽrit, perditionem infirmi portendit. Craſſitudo enim ſua ex pollutis humoribus cum colore igneo. Item quod deſignat defectionem naturæ in humorum decoctione, & eorundem diuiſione. Si uero urina cum craſſitudine ſua globoſa eſt uel iumentina, dolorem capitis pręteritum, præſentem, aut futurum, denuntiat. Calor em̃ non naturalis cum in craſſa operetur materia, craſſam uentoſitatem generat. Craſſæ enim uentoſitati calor coniunctus cito caput aſcendit. Vrina exiens craſſa, poſt tamen ſubtilanda, atq; clarificanda, aut natura incipiente digerere morbũ ſignificat, cuius ebullitio atq; feruor iam ſint mitigata. Quod contingit cum paruo poſt tempore hypoſtaſis in fundum deſcenderit, aut defectionem naturę portendit quæ in morbi digeſtione incœpta defecerit. Si autem urina in principio morbi craſſa incipit ſubtiliari poſtea, diuturnitatem morbi ſignificat, ſicut Hippocrates teſtatur in epidimia. Si urina inquit craſſitudine ſua incœperit ſubtiliari die 29. neceſſe eſt expectari creticum diem 40. Vnuſquiſq; ergo color urinæ cũ ſuo liquore qualitates ſuas demonſtrat in corpore. Sicuti ſi urina alba ſubtilis ſit & clara, in ſanis natura oſtendit defectionem propter frigidam com-

plexio

plexionem,utpote in ſenibus,& frigidæ naturæ uidemus hominibus,& itē faſtidium ex multa ingluuie. In morbidis quoq; res monſtrat peſſimas,& in peſſimitate diuerſas.Qui morbi ſi fuerint diuturni, urina iſta materiam unde morbi ſunt neq; coctam neque digeſtam eſſe ſignificat, ſicut uidemus in quartanis febribus, & in paralyſi,epilepſia quoq; & ſimilibus.Quæ urina ſi in ægritudine fiat acuta, ut in cauſon, neq; infirmus alienat̃ à mente, futura phreneſis ſignificatur. Colera enim ad cerebrum aſcendiſſe denuntiat̃. Si autem infirmus à mente deſipuerit, perditio ſubſignificatur ipſius infirmi.Cum enim colera cerebrum aſcẽderit,portendit urina quia ipſa ipſum combuſſerit. Si autem hæc eadem urina cum ſignificatione altera fuerit peſſima,mortem proculdubio ſignat. Quæ ſi in die apparuerit 4. ante diẽ 7. moriet̃ infirmus,maxime ſi ſibi defecerit uirtus.Quod ſi ſignificatio alia non multũ fuerit peſſima in nono die infirmus expectat̃ moriturus. Cõtingit tamen aliquando licet raro, ut ſi uirtus cum alia bona ſignificatione aſfuerit poſt longum tempus infirmitatis cum apoſtemate, aut cum nimium forti euadit purgatione.Si qui uero ſine qualibet horum duorũ liberentur, morbus recidiuus prior peiore futurus aſſignatur. Et ſi poſt criſin hæc urina in ægritudine apparuerit acuta,citam recidiuitatem ſignificat. Et item nimium calorem renibus oſtendit inſiſtentem.Qui morbus diabeta uocat̃, huius enim morbi di urina in colore eſt & liquore ſicut aqua.Quia aqua ebibita ſine mora egreditur aliqua, ut in epate tingi nequeat. Interdum etiam habentes lapidem,uel ſtranguriam,hanc eãdem habent urinam. Item ſicut iam diximus ſignificat conſtipationẽ,uel nimiæ aquæ ebibitionem,aut aſſiduam minutionem. Vnde oportet infirmus inquirat̃ ne medicus in iudicio fallatur. Vrina alba & craſſa,humores craſſos & phlegmaticos ſignat in uenis eſſe adunatos à natura purgandos,& cum urina emittendos. Quæ ſi talis fuerit in ægritudine acuta,in qua ſuſpicandum ſit apoſtema, liberabitur à ſuſpitione apoſtematis infirmus,maxime ſi hæc urina in cretica die appareat.Quod ſi ſicut ſperma fiat,liberãtur ab infirmitate inteſtina maxime frigida. Vrina autem citrina & clara ſignificat naturam nequiuiſſe digerere morbi materiam propter defectionem ſuam. Vnde incipit eam emittere coloratam,mutans eam in citrinam.Natura enim primũ incipit digerere colorata, poſt uero emittit liuida.Quæ cum fiant citrina ſicut poma citrina,& clara,ſalutem ſignificat morbi,ſed tamen poſt paruam longinquitatem tẽporis. Si autem liquor fuerit temperatus, uelocitas ſalutis, & ablatio infirmitatis ſignificantur. Eſt & citrina urina cuius liquor ſicut oleagenus, quia liquor & color aſſimilantur oleo.Eſt item parum citrina,ſed liquor eius ſicut oleum uel mel.Quæ omnia ſunt peſſima, & perditionem ſignificantia.Diſſolutio enim pinguedinis ſignificatur eſſe in uiſceribus maxime ſi urina in quantitate ſit multa,Si enim parua,infirmum non cito periturum denuntiat.

nuntiat. Similiter urina in qua deſuper pinguedo imminet. Nebula diſſolutio pinguedinis in renibus propter complexionem malam & acutam calidam deſignatur. Vrina autem ignea & clara, naturam in colore oſtendit operam eſſe perfecte, ſed nondum in liquore operari incepiſſe. Igneus enim color, nunquam liquori conuenit craſſo. Vrina autẽ rubea ſi ſubtilis ſit uel clara, materiam morbi non incepiſſe digeri, præſertim ſi in illa qualitate lõgo moretur tempore, aut paruitatem materiæ, & eiuſdem abſconſionem in interiori corpore, ſicut pati uidemus iuuenes ieiunantes, aut etiam nimium calorem portendit, in corpore interiori, ſicut patiuntur in febribus tertianis, aut etiam nimias uigilias, & triſtitias nimium calefacientes corpora. Impoſſibile eſt autem hanc urinã liquidam atq; claram craſſo liquori eſſe cõmixtam. Craſſitudine enim liquoris, materia morbi deſignatur eſſe digeſtibilis. In claritate uero eſt econtrario. Vrina rubicundiſſima uel alithina, impoſſibile eſt cum claro & ſubtili liquore conueniat. Rubor enim eius ex ſanguine eſſe ſignificatur. Sanguis uero perfectam digeſtionem ſignificat, quę urinam & alios humores neceſſe eſt craſſeſcat. Huius urinæ ſignificatio uniuerſalis, abundantia eſt ſanguinis, & morbi ſanguinolenti. Secundum diuiſionem partium in febribus ſignificatᷓ ſinochon. Quę ſi à principio morbi multa & craſſa fuerit, neq; ſe clarificauerit, apoſtema calidum epatis ex ſanguine humoribus crudis cõmixto portendit. Ergo eius rubor ex ſanguinis eſt colamento. Craſſitudo ex cruditate humorum. Hæc uero urina ſi cũ qualibet ſalubri ſignificatione ueniat, ſalutem poſt morbi diuturnitatem demonſtrat. Sed ſi ſignificatio affuerit periculoſa, periculum poſt longum tẽpus tamen ſignificat. Si autem infirma urina, 20. die fuerit rubicunda, criſis diem 40. expectat. Huiuſmodi ſignificatio eſt urinæ rubicundæ & craſſæ. Vrina autem nigra ſi ab initio morbi non fuerit ſubtilis, mortem procul dubio oſtendit, maxime ſi eius nigredo ex nimia fuerit combuſtione, uel frigiditate, & ex caloris naturalis extinctione, uel uirtutis digeſtibilis defectione. Quæ omnia mortem ſunt ſignificantia. Vrina nigra & craſſa, aut nimium frigus dominari denuntiat, ſicut uidemus in quibus calor naturalis extinguitur, & congelatur, aut incenſionem ſanguinis ſignificat, ſicut perſpicimus in his qui nimiam caliditatem ſentiũt in interiora corporis, aut purgationem colerę nigrę demonſtrat, ſicut uidemus in declinandis quartanis febribus, & maniæ ſublationibus, quia horum duorum morborũ terminus cum coleræ nigrę eſt per urinam purgationibus. Hoc idem eſt uidere cũ cõſtipationẽ ſanguinis in partu patiunt fœminę. Saluant eñ cũ urina nimia & craſſa. Cum eñ puer intra matricẽ ſanguine puro nutriat & claro, poſt partũ niger intus remanet & turbidus, ita dico ſi cõſtipet, unde fœminę peſſimus generat morbus. Cuius terminus cũ nigra & nimia atq; craſſa

imminet urina. Vbi ergo præter iſta urina nigra fuerit atq; craſſa, peſſimitatem ſignificat.

De ſignificationibus hypoſtaſis. Cap. XV.

HYpoſtaſis in tres diuidit̃ partes, eſt em̃ nebuloſa quæ in ſummitate uaſis apparet, eſt & alia in medio uaſis ſuſpenſa, tertia quæ cum deſcendat uaſis petit ima. Quarũ unaquęq; aut diuerſa eſt in colore utpote albedine, nigredine, uel ruffitate, ſiue liuiditate, aut in forma uelúti leni diſſociata, uel ſimile aſſimilandi, uel craſſiore ſimilia, ſiue furfurea, ſeu ſcintillata, aut arenoſa, aut orobi forma, aut in ſanguine ſiue ſanie. Nebula uentoſitatem craſſam ſignificat, quę morbi materiam ſurſum portat, & incipientem digerere naturam deſignat. Vnde Hippocrates. Si inquit nebula die quarta appareat, criſis erit in ſeptima. Suſpenſa, mediocritatem digeſtionis intimat, & uentoſitatem ſurſum leuatam cito diſſoluendam nuntiat. Hypoſtaſis petens ima ſi ſit alba, digeſtionem perfectam ſignificat, & uentoſitatem à calore naturali diſſolutam. Quod tamen contingit ſi alba & lenis, & ęqualis omni tempore morbi fuerit. Color autem urinę citrinus. Si ergo una die apparuerint talia, altero uero talia qui uiderit, defectionẽ uirtutis intelligere poterit, quæ aliquãdo in digeſtione deficit. Hypoſtaſis quoque lenis & alba, ſed diſiuncta, naturam pigreſcere monſtrat, in morbi materia perfecte digerenda, & uentoſitatem ibi creatam quę digeſtibilem naturæ diſſipat & diſſoluit materiam. Hypoſtaſis ergo diſiuncta peior eſt leni in tempore patenti & occulenti. Peior quoq; erit ſi in toto tempore morbi apparuerit, quia multam uentoſitatem oſtendit, quam natura diſſoluere nequit. Vnde conſtat quod ſit peſſima. Hippocrates in epidemia: Cuiuſdam inquit ęgri hypoſtaſis die octaua apparuit. Quod quidam eum in urina criticum putant de die octogeſima. Hypoſtaſis aũt fuit & in fundo, atq; lenis, cuius cum ſubſequeretur terminus, infirmitatem euaſit infirmus. Alterius autem hypoſtaſis apparuit alba die decima, & in fundo, ſed diſiũcta, mortuus q; eſt die altero. Oportet ergo intelligas, quia hypoſtaſis lenis & alba in fundo quoq; atq; iuncta, omnibus eſt pręferenda, & ſalutis & digeſtionis eſt ſignificatiua. Quod tamen contingit, cum in fundo iuncta & quieta ſubſederit. Qua propter Hippocrates dixit, hypoſtaſis alba & lenis, ſi quarta die in fundo apparuerit, criſis die ſeptima futura erit. Iterum ipſe dixit alibi: Si urinę hypoſtaſis multa & lenis, & in fundo apparuerit, in alienatis mente febres habentibus, poſt capillorum occaſus, reuocatio mentis ſignificatur. Morbi enim materia cerebrum aſcendit in infirmitate iſta. Cum autem in urina huiuſmodi hypoſtaſis apparuerit, comprobabitur aſcendiſſe in inferiora corporis. Hæc eſt ſignificatio urinę albę & lenis, & in fundo iunctę cuius fortitudo ſanitatis eſt demonſtratio. Sed ſi hypoſtaſis in medio ſit uaſis, ſignificatio ad ſalutem eſt debilis. Supernatans uero eſt debilior. Melior autẽ

or autem hypoſtaſis alba & lenis, & in fundo, cũ iam morbi adſit digeſtio, ſi ante tamen ſubtilis fuerit. Si enim ante indigeſtionem apparuerit materię morbi, & in initio morbi, ipſa eadem eſt illaudabilis. Aliquando autẽ in urina hypoſtaſis apparet alba laudanda, quæ de genere eſt phlegmatico, & uiſcoſo, & maxime hęc in urina alba. Differt tamen hęc à ſuperiori, quia ſuperior eſt iuncta, & in nullo diſpartita, phlegmatica non eſt iuncta, quia in ſe partes habet minutiſſimas arenæ ſimillimas. Hypoſtaſis citrina nimium calorem ſignificat, & morbi peſſimitatem. Rubea non bonam digeſtionem, & materiam ſanguinis denũtiat coagulati, & non bene digeſti. Vnde morbi deſignatur longinquitas, ſalubris tamen futura. Eſt enim neceſſe naturę multum immorari in digerendo ſanguine. Morbus uero non aufertur niſi cum tandem materia digeratur. Si autem hæc hypoſtaſis cum mala ſignificatione fuerit, poſt longum tempus mortis denuntiatiua erit. Liuida hypoſtaſis dominari nimium frigus, & mortificatam naturam ſignificat, maxime ſi cum ſignificatione fuerit peſſima. Nigra hypoſtaſis omnium hypoſtaſium eſt peſſima, & ad ſignificationem mortis promptiſſima, quia aut nimiam incenſionem, aut peſſimam frigitudinem quæ calorem congelet naturalem. Differunt autem hæ duæ, quia ſi urina uideatur prius liuida, poſt uero nigra, de frigiditate eſt nimia. Si uero prius purpurea, deinde nigra, de incenſione erit intelligenda. Hypoſtaſis quæ eſt quaſi ſimila, uel craſſior hordei farina eſt peſſima, quia incenſionem craſſi phlegmatis, & diſſolutionem ſignificat carnis diuerſæ & fruſtratim. Igneus enim calor exiccat carnem diſſolutam, & reducit in ſimilitudinem quam uidimus ſimilinam, uel hordeaceam. Hypoſtaſis ſcintillata peior eſt ſupradicta, quia ſolidorũ membrorum diſſolutionem, & in fruſtis ſignificat diuerſitatem. Hypoſtaſis furfurea peior eſt ſcintillata, quia uenarum, & ſubſtantiæ ueſicæ excoctionem ſignificat. Arena in fundo urinæ uiſa, lapidem in renibus futurum uel in ueſica ſignificat. Huius autem urinæ color eſt ſicut orobi, uel ſicut ſandaraci. Huius enim hypoſtaſis eſt hominum, in renibus uel in ueſica paſſionem habentium. Eſt & color arenæ cinericeus, quod contingit ex humoribus phlegmatis, aut ex genere ſaniei commixtæ phlegmatis. Hæc autem renum caloribus coagulantur, & coniunguntur, ſicut lapidi in aqua ſubſiſtenti lutoſa limus, uel caldario balnei coagulatur. Eſt & colore nigra quæ lapidem in renibus de phlegmaticis ſignificat naſcentes humoribus commixtis ſanguineis fecibus. Sanies autem quæ in fundo eſt uaſis, ſignificat uulnera in aliquo membrorum ſuperiora. Differunt autem quia quæ in inſtrumentis ſunt urinæ diu durant, & ſæpe continguut. A ſuperioribus deſcendentia, duobus aut tribus durant diebus. Item ſi cum urina ſquamulæ exeunt, & quaſi quædam coria putentia, uulnera ſignificat

in ueſica. Si cum ſanie hypoſtaſis lenis exierit, & in fundo ſubſederit, ſignificat in ueſica apoſtema calidum iam maturatum. Hoc enim cum matuerit deſcendunt in ueſicam humores maturati, & cum urina exeuntes, coctionis monſtrat ſignum. Oportet autem diſcerni inter ſaniem albam in urina apparentem, & albam hypoſtaſin atq; etiam phlegmaticam. Differunt uero, quia ſanies fœtet, alia uero non. Hæc eſt uniuerſalis urinæ ſignificatio, circa morbos præſentes & futuros.

De ſignificationibus digeſtionum. Cap. XVI.

EXpletis urinę generibus & eiuſdem ſignificationibus, diuerſitatibus quoq; in digeſtionibus ſuis & uirtutibus, oportet ad digeſtionem uertatur ſtilus, & eius qualitatem in corporibus, & quid per eam ſignificetur. Digeſtionis autem ſignificatio qualitatibus corporis minus certa eſt quam urinæ. Vrina enim ſignificat paſſionem uenarum & epatis, atq; urinæ inſtrumentorum. Digeſtio uero ſolius ſtomachi & inteſtinorũ, & uirtutem quam habent, & quomodo digeratur. Significatio digeſtionis quadripartita eſt, ſecundum uim ſui generis, aut enim in quantitate, aut in qualitate, aut quando uel quomodo exeat. Quantitas in tres partes eſt ſubdiuiſa. Autem̃ multa, aut parua, aut media. Quarũ unaquęq; iudicanda eſt, aut ex cibi cõparatione, aut ex quãtitatis eius qualitate, ſicut ſi eſt multus cibus & digeſtio parua, defectionẽ expulſiuæ uirtutis ſignificat, aut defectionẽ paſcitiuę ſignificat aut humores expulſos à natura, per quos digeſtiõis, mutat̃ qualitas ex cõparatione aũt qualitatis cibi, quia eſt cibus qui magis digerit̃ q̃ accipit̃, ſicut ſunt nuces & muſcatę, eſt & cibus de quo tantundẽ egeritur quãtum ſumitur, ſicut panis temperatus, & annuales carnes porcinæ ſiue agninæ, eſt & cibus de quo feces egrediuntur plus quam accipiat̃, ſicut baucia ſunt & rapula. Significationes comprobabuntur ſi cibi qualitas digeſtioni aſſimiletur, temperamentum autem digeſtionis in quantitate naturali dimetienda eſt ex quantitate cibi. Significatio autem in qualitate in tres diuiditur partes, aut liquore, aut calore, ſiue odore. Liquor aut mollis eſt aut durus, mollicies deſignat, quia colamentum cibi non ad epar iuerit, aut quia humores ad ſtomachum deſcendentes, antequam cibus ſit digeſtus, exire eum compellunt, aut etiam humores ad inteſtinum deſcendẽtes, ibi commixta digeſtioni, liquidam eam reddunt, quod poteris intelligere ex digeſtionis calore, quia digeſtio cibo ſimilis, cibum non potuiſſe digerere epar oſtendit. Si autem calor commiſceatur humori alicui humorem, deſcendiſſe ad inteſtinũ, & ita diſſoluiſſe cibum, digeſtio ſi fuerit ſicca, nimium calorem in inſtrumentis eſſe cibi ſignificat, quia humectationem cibi deſiccat, aut nimiũm deſiderium corporis circa cibum. Vnde epar colamẽtum cibi auidiſſime ſibi trahens exiccat, Signifi catio digeſtionis colerate,

ant quaſi ignea, aut uere ignea, aut nullatenus citrina, aut uiridis aut nigra. Quaſi ignea digeſtionē naturalē, ſalutarē ſignificat, ſi tamen & inter durū & molle temperata ſit. Vere ignea dominari ſibi monſtrat colera, & eadem ſæpiſſime deſcēdere in inteſtina. Qui color ſi in morbi apparuerit initio ſignificatur abundantia colerica in corpore. Quod ſi in morbi declinatione mundificationem corporis uidetur oſtendere. Digreſſio nullatenus citrina ſignificat coleram non deſcendiſſe à felle in inteſtina, aut deſcendiſſe in alia quam ſolerent membra, ſicut uidemus in ictericia. Digreſſio citrina colerā plus quam oportet in inteſtina deſcendiſſe, plus q̄ oporteat nūciat. Viridis uero colera incendentia, circa uentrem eſſe, & inteſtina deſignat. Si uero uiriditas ſit quaſi praſſium minus eſt peſſimum, nigrum abundare coleram & mortificationem caloris naturalis denunciat. Hic autem calor cæteris eſt peior & certiſſime mortis ſignificatio niſi paulatim in citrinitate ſe mutauerit, uel uertit, odor ſi acredini aliquo modo attineat, frigiditatem, & phlegmatis aciditatem monſtrat cum digeſtione eſſe commixtam. Quod ſi fœteat nimium in corpore portendit putredines humorum. Tempus etiam eſt diſcernendum, aut enim exit ante quā oporteat, aut poſt tempus, aut in tempore tardans: poſt tempus expulſiuę uirtutis defectionem denotat, aut digeſtionem non cito ueniſſe ad inteſtina, aut digeſtiuę uirtutis tarditatem: ante tempus exiens contentiuęq; uirtutis ſignificat defectionem, aut aliquā uirtutem expulſiuam ante tempus mouentē, id eſt, aut coleram in inciſionē in ſtomacho pugnantem, aut cibum acutum, aut puſtulas, aut uulnera fuiſſe circa ſtomachum, propter quę non potuerit retinere cibum. Digeſtio egrediens in tempore oportuno, ſanitatem ſignificat uirtutis corpus ordinātis. Qualitas etiam digeſtionis quomodo exeat eſt uidenda. Quędam em̄ exit cum ſono, quædam unctuoſa & uiſcoſa, quædam ſpumoſa, alia lenis, & ſuper aquam natatilē, alia cum ſanguine, alia cum ſanie, exiens cum ſono ſignificat digeſtionem cōmixtam cum humore uentoſo, & inflatiuo, & inteſtina contracta ex frigiditate nimia. Vnctuoſa diſſolutionem putredinis ſignificat. Viſcoſa diſſolutionem fundamēti ſolidorum membrorū. Spumoſa nimium calorem, ſicut uidemus in feruenti olla, aut uentoſitatem digeſtioni cōmixtam, ſicut in mari uidet̄ ſpuma cum adſit tempeſtas, leuis & ſuper aquam natatilē uentoſitatē mixtam digeſtioni oſtendit, ſicut in colica paſſione ſolet uideri digeſtionē cum ſanguine aut ſanie, ſic diſcerne ſanguinolenta apoſtemata in inteſtino ſubtili, ſiue groſſo, ſignificat ſanies uulnera in inteſtinis eſſe intimat. Si autem exit ſanguis aut ſanies ante digeſtionem, uulnera erunt in groſſo inteſtino. Quod ſi poſt egeſtionem exierit, erit ſubtilis. Si autem cōmiſceātur digeſtioni intelliguntur uulnera in inteſtino medioeri, Hæc de digeſtione, & eius ſignificatione ſufficiant nos dixiſſe.

De ſignificationibus ſcreatuum. Cap. XVII.

SIgnificatio earum rerum quę expellit natura per ſpiritus inſtrumēta in pleureſi, uel in peripneumonia, ſi ſit indigeſta, ſunt ſputa, ſi cocta & excreatio erūt dicenda. Quorū ſignificatio in morbis inſtrumētorum ſpiritus in quatuor diuiditur, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in tempore, aut quomodo exeat de quantitate, quia quędam parua, quędā multa, quędam media, aliquando nulla, quę ſi ſint multa, coctionem ſignificat, & infirmus eſt in ſtatu. Si autē parua, incipit digerere natura, & morbus tranſit in initium, & peruenit ad augmentum. Si uero temperata inter multum & paruum ſit natura partim morbum digeſſit, cum tamen adhuc in augmento ſit. Si uero nil excreet, morbus eſt in initio. De qualitate uero dicendum eſt, quia in quatuor diuitur, in liquorem, colorem, odorem & formam. Liquor aut ſubtilis eſt ſignificās naturam incepiſſe digerere, ſed debiliter, aut groſſus quo groſſitudo materię, & coctionis tarditas ſignificatur, aut temperatus inter ſubtilem & groſſum, quo materia cum coctione monſtratur, & in ſtatu ſuo incipit eſſe morbus. Color autē aut nimium citrinus, quo abundantia colore ſignificatur, ipſiusq́ꝫ uirtus, aut albus materiam ſignificans phlegmaticam, aut rubeus cui ſanguis dominatur, aut niger, aut liuidus, quo calor aut nimia ſignificatꝰ frigiditudo. Odor autē fœtidus, quo nimia materię putredo portenditꝰ, aut ſine odore qui ſignificat putredinem euaſiſſe. Forma autem cum erit rotunda quo materia groſſa & uiſcoſa pulmonis in canalibus eſt coadunata, & caliditas fortis & nimia. Vnde Hippocrates in epidemia: Sputum rotundū non febricitātium phthiſim ſignificat futurā, teſtatur autē multos ſe uidiſſe qui de huiuſmodi ſputis in phthiſim incidere. Itē in eodē libro: Qui rotundę ſcreauerit & cum febre, & alienatiōis futuræ uidetꝰ ſignū habere, citam & certam habebit alienationē mētis, exit excreatio in forma diuerſa, qua materię deſignatur liquiditas. Tēpus quia aut exit in initio morbi, & ſignificat breuitatem ſui, ac uelocitatē coctionis, aut moratꝰ, & ex hoc diuturnitas morbi deſignatꝰ. Quomodo exeat, qa aut facile exit ſine tuſſi, & ſignificat coctionē & uirtutē naturæ, aut difficulter, & cū nimia tuſſi ſignificās ablationē digeſtionis & defectionis uirtutis. Laudabilior decoctio ſcreationis, & ſignificans uelocitatē ſalutis, eſt alba bene cocta in quātitate multa adunata, in exitu facilima ſine tuſſi, nō bene odoriſera in initio morbi egreſſa, cōtraria ſubtilis eſt parua, cruda & diſiuncta, & cū duritię & forti tuſſi egreſſa,, cuius coloꝛ niger, aut uiridis, aut citriniſſimus, aut liuidus, aut fœtidus, oīa iſta ſignificationes ſunt peſſimę, & mortis annuntiatiuę.

De ſignificationibus ſudorū. Cap. XVIII.

SVdoris in quolibet morborum ſignificatio diuiditur in quatuor, alia eſt enim morbi membri in quo apparet, alia eſt in ſpiſſitudine ſua, tertia in quantitate, quarta in qualitate apparens in membro quolibet cor

bet corporis, in eodem membro morbum eſſe oſtendit. Spiſſitudo ſua eſt laudanda, ſi multa ſit & ſæpiſſima, quia naturam ad expellendos humores fortem, & ad mundificandum corpus ſignificat. Si autem adeo eſt ſeiuncta ut non ſit continua, aut quædam ſudent membra, quædam uero non, quę dam plus, quædam minus, aut in quodam tempore egrediatur, aut quo dam in tempore non, ſed iterum tamen reuertatur, omnes peſſimę eſſe cer tificantur. Significant enim naturam in expellendis humoribus perfecte non eſſe uirtuoſam. Quantitas autem temperata inter multum & parum, & hoc eſt melior, & ad ſalutem promptior, aut maior eſt quam oporteat, & hæc mala quia diſſoluit uirtutem, & deficit natura, aut minor quã opor teat, cum non quantitati materiæ morbi ſufficiat, & debilitatem naturæ ſi gnificat, qualitas in ſex eſt diuidenda, aut enim de calore intelligitur & frigi ditate, aut de colore, aut de ſapore, aut de odore, aut de liquore, aut de ſua æqualitate & diuerſitate. De caliditate & frigitudine. Si enim temperata in ter utrunq; eſt laudabile. Si autem exeat temperamentum eſt malum, ſed ta men minus nociuum erit, ſi calidior quam frigidior ſit, de colore, quia ſi eſt alba, laudabilis. Si citrina coleram oſtendit. Si rubea, erit ſanguinis ſignifi catiua. Si liuida, uiridis quoq; uel nigra, coleram nigrã ſignificat. Si autem ſecundum materiam morbi ſudor cuiuslibet, huius ſudoris fuerit, laudabi lis erit. Significat enim quia natura expulit humores illos, unde materia fu erit morbi. Si autẽ non erit, contrarium, quia ſignificãtur humores expul ſi, quos non oportuerit, de odore quia quidam eſt acidus qui morbi materi am phlegmaticam eſſe ſignificat & acidam, & eſt acutus, quo colera fortis & acuta certificatur, eſt & certus quo humores putridi eſſe deſignãtur. De ſapore, quia quidam acer, quidam dulcis, quidam ſalſus eſt. De quibus eſt iudicandum ſicut de odore & colore eſt dictum. De liquore ſuo, quod qui dam ſubtilis eſt qui materię ſubtilitatem portendit, eſt & groſſus qui & groſſam. De qualitate & diuerſitate, quia ſi eſt æqualis in omni qualitate quam diximus, laudabile eſſe ui detur. Quod ſi non, contrarium.

Conſtan

CONSTANTINI AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber VIII.

CAPITA LIBRI.

De diuiſione ſingularis ſignificationis. 1
De genere febriũ,& diuerſitate eius, & cauſa & ſignificatione eius. 2
De ephemera febri,& cauſa & ſignificatione ſua. 3
De putredine febriũ,& cauſa eius,& cauſa periodis eius. 4
De cauſa putredinum febris. 5
De compoſitis febribus,& cauſis earum,& ſignificationibus. 6
De febri hectica,& cauſa & ſignificatione eius. 7
De apoſtemate & cauſa & ſignificatione. 8
De phlegmone & cauſa & ſignificatione. 9
De colerico apoſtemate & cauſa & ſignificatione. 10
De phlegmatis apoſtemate & cauſa & ſignificatione. 11
De melãcholico apoſtemate & cauſa & ſignificatione. 12
De paſſione quã exterior cutis patitur corporis. 13
De uariola & cauſa & ſignificatione. 14
De lepra & cauſa & ſignificatiõe. 15
De morphea & cauſa & ſignificatione. 16
De ſcabie & cutis excoriatione, peduculis,& puſtulis,porris,& uerrucis,de ſudatione,& apoſtemate quod uocant iporiſma. 17
De morbis illis quæ ſunt propria quibuſdã mẽbris & non alijs. 18
De carbunculis & uulneribus. 19
De morſu beſtiæ uenenoſæ,& incipiendum à rabido cane. 20
De morſu tyrię & ſerpentium. 21
De morſu ſcorpionis & araneę. 22

De diuiſione ſingularis ſignificationis. Cap. I.

OSTENSA in ſuperioribus ſignificatione uniuerſali pulſuum,urinę,digeſtionis,ſputi. Incipiendũ eſt in antea de particulari cuiuslibet morbi & propria. Omnis ergo ſignificatio quæ aut morbi,aut ſanitatis,aut neutri eſt ſignificatiua, aut præterita denuntiat,aut præſentia,aut futura. Quæ ſanitatem ſignificaret cum de naturali complexione tractaremus dictum eſt. Quæ uero morbos ſignificet, in præſentiarum dicendum eſt. Significatio autem morbi prę̨teriti non eſt dicta neceſſaria medicis. Significatio morbi futuri alibi dicenda erit. Significationem neutri perfecti eſt cognoſcere medici, cum ſigna duorum extremorum, id eſt, ſanitatis & infirmitatis nouerit. Significationum partim ſanitatem,partim morbum in eodem monſtratiuum corpore,ſicut ſi quis in uiſu nocumentum habeat, uel auditu, in aliorum aũt membrorum actionibus ſit ſanus,nocitiua uocatur infirmitatis annuntiatiua. Salubris dicitur monſtratiua ſanitatis. Bene autem poterit cognoſci neutri ſignificatiua ubi morbi ſignificatio in corpore ſano, uel ſanitatis dicetur in infirmo. Quod enim ſignificans morbum in corpore ſano annuntiat,morbum nondum inceptum ſignificat. Diffinitio enim morbi corruptio

ruptio eſt actionis rei ſenſibilis. Sed corporis ad morbum apparati actiões in naturali ſua qualitate ſunt ſtabiles, licet partim iã ſint mutatę, aut in quantitate ſicut in ſtomacho appetitus maior uel minor ſit quam oporteat, & digeſtio minor uel maior cibo quam conueniat, aut in qualitate, ſicut cum deſiderium cibi mutetur in dulcorem uel aciditatem, digeſtio uero & urina in citrinitatem uel rubedinem, aut in tempore ſicut ſi deſiderium cibi aſſit ante conſuetudinem, uel moretur poſt conſuetudinem. Hę enim inquam ſignificationes neq; morbum completum, neq; ſanitatem perfectam ſunt annũtiantes. Quãpropter neq; morbum, neq; ſanitatem ſignificantes. Similiter eſt de ſignificatione, ſanitatem in infirmo corpore monſtrante. Nondũ enim completam ſignificat ſanitatem, quia ſignificat morbum iam fere pręſentem. Quod nondum tamen deſignare morbum appellare poſſumus, qa ſignificat naturæ & morbi dominationem. Ergo neutri eſt ſignificatiuum. Similiter eſt intelligendum in ſignificationibus ægritudinũ exeuntium, & in ſenibus. Horum enim actiones corporum non perfecte ſunt ſicut in ſanis corporibus eſt liquidũ, nec corruptę ſunt ſicut in infirmis corporibus. Sed minutę ſunt & debiles propter caloris naturalis defectiões. Quę omia dicturi ſumus, ubi ſignificationes futurorũ morborum dicemus. In hoc ergo loco dicere diſpoſuimus de pręſentium morborum ſignificationibus. Morborum inquam quos patimur, quidam apparent ſenſibus, quorũ ſignificatio leuior & facilior eſſe uidetur, quidam occultãtur, quia in mẽbris ſunt interioribus. Vnde eorum ſignificatio difficilior habetur. Nos autem ſicut oportet de apparentibus ſenſui incipiamus. Sic enim utile introducendis eſſe uidetur. Morbi ergo ſenſui apparentes, interiori & exteriori corpori ſunt uniuerſales, ſicut ſunt apoſtemata & febres. Sunt & ſoli exteriori corpori pertinentes, aut de interiori cauſa, aut de exteriori naſcentes, exterior cauſa eſt bipartita, aut enim de inanimatis corporibus ſicut lapide, gladio, igne & ſimilibus, aut de animatis & uenenoſis naſcitur, ſicut terrę reptilibus.

De genere febris & eius diuerſitate, & cauſa eius, & eiuſdem ſignificatione. Cap. II.

FEbris eſt morbus qui de mala & calida complexione naſcitur, & totum circundat corpus, unde taliter diffinitur: Febris eſt calor non naturalis à corde exiens & arterijs ad omnia membra corporis, eiuſq; nocẽs actioni. Hęc diffinitio de febris eſſentia ſumitur, id eſt, calore curſum naturæ egrediente, non de accidentibus febrem comitantibus, ſicut quibuſdam medicis uidetur. Febres eſſe dicentibus ex accidentibus longo poſt tẽpore ſequentibus. Quidam enim dicunt ex rigore, quidam ex fatigatione, alij ex capitis dolore, uel quibuslibet alijs accidentibus à longe eas ſequentibus. Non ergo diffiniunt eas eſſe de eſſentiali calore curſum naturæ egredi ente, ſicut Hippocrates uidetur in epidemia dixiſſe; Febris, inquit, eſt calor

curſum naturæ exiens,& eius motio. De eſſentiali calore dixit,quædam febres ſunt pertingentes,quędam ſuauiter attingentes. Hæ enim differentiæ calori eſſentiali uidentur attinere. Iterum dixit: Sunt & quędam non pungentes ſed augmentantes. Hæ autem differentiæ ex quantitate caloris ſunt tractę. De motione dixit: Febres quędam in initio ſunt calidę,quædam calidiſſimę,quædam uero inflatiuę. Hæ differẽtiæ ex natura caloris ſunt ſumptæ. Iterum ex accidentium diffiniunt uicinitate cum dixerit: Febres ſunt citriniſſimę, quædam rubicundiſſimæ, aliæ liuiditati & uiriditati contigue. Hæ differentiæ ex uicinis ſumuntur accidentibus, ab humoribus ſcilicet, qui cauſa ſunt febrium naſcentibus,non de remotis ſicut apoſtemate, capitis dolore & rigore. Febrium tamen ſunt tria genera. Vnum eſt in ſpiritu, quod ab ipſo incipit,& ad cor ueniens ipſum calefacit. Poſt arterias uenit, & ab arterijs ad omnia membra corporis. Hæc autem febris uocatur ephimera. Cum enim ſpiritus calefit,& in igneum calorem calor mutatur naturalis,cor inde neceſſe eſt calefieri. Corde uero calefacto,ab ipſo ad arterias penetrat calor,& ab arterijs ad omnia membra corporis. Secundum genus eſt febrium in humoribus. Quod ab ipſis incipiens paulatim ſingula calefacit uicina membra,quoad uſq; ad cor ueniat,& à corde ad arterias,inde ad omnia corporis membra,& ita totum corpus circundat. Hæc uocatur febris ex putredinibus. Tertium genus in ſolidis eſt artubus. A quibus ad cor à corde ad arterias,ab arterijs ad totius progredit̃ membra corporis. Hoc autem genus hectica febris uocatur. Tot eſſe conſtat febrium genera. Cauſa quia ſunt tria,nulla enim febris apparet niſi in materia. Materiæ creſcũt in corpore,ſpiritus,quatuor humores,ſolida membra. In quorum quodlibet cum calor inciderit,febres ſecundum genus ſuum facit. Quas Galenus bonis adaptauit ſimilitudinibus. Ephimera, inquit, febris calido uento uidetur eſſe ſimilis quo uter impletur,ex ſui calore neceſſe eſt calefiat. Idem enim facit ſpiritus circa cor,& totum corpus. Febres ex putredinibus aquę calidæ comparauit Galenus. Aqua enim cum frigidum uas impleuerit, ipſum ex calore ſuo calefacit. Similiter faciunt humores circa cor,& alias corporis partes. Hecticam febrem uaſis comparauit calidis frigida aqua plenis. Aqua enim in his ex calore uaſorum calefit.

De ephimera febris & cauſa & ſignificatione. Cap. III.

EPhimera febris in corpore permanet 24. horis,id eſt,integra die & integra nocte,ſicq; uidetur ſecedere. Aliquãdo tamen in hoc tempore,aliquando diutius uidetur immorari,aut 48. aut 76. horis. Huius ortus cauſa fuit aliqua primitiua, cuius primitiuæ quatuor ſunt genera. Vnum genus eſt cum extrinſecus corpus patitur,& calefit,aut actualiter ſicut calore ſolis & ignis & aëre balnei cum quis immoretur ibi, aut potentialiter,ſicut aqua ſulphurea lauari,& ſimilibus, aut conſtipatione pororum

actual

actuali ſicut ex frigida aqua contingit, quæ fumum in interiora claudit corporis, aut conſtipatione poteſtatiua, ſicut aqua lauari aluminea. Non autē omne conſtipatum corpus ephimeras febres patitur, ſed tantum illud à quo fumus humidus, calidus, aut ſiccus, & calidus emittitur. Cuius cum pori oppilantur, fumus exire diſſolui prohibetur, & ita calor coadunatur. Si autem materia humorum corporis nō præparata ſit putredini, ephimeras febres facit. Quod ſi non imparata ſit, febres ex putredinibus facit ſecundum qualitates humoris intus oppilati. Huiuſmodi autem febris acuta & moleſta eſt ſicut dicturi ſumus. Secundum genus primitiuæ ephimeris ab interioribus accedit corpori, ſicut de cibis, & potionibus calidis. Tertium genus ex nimio eſt motu, aut in corpore ſicut nimia exercitia, & laborioſa, aut in anima ſicut ira, anguſtia, triſtitia, & uigilia. Quartum eſt cauſa quam exteriora patiuntur membra, ſicut apoſtemate calido in inguinibus ex pedum uulneribus cum ab inguinibus calor membratim aſcendit ad cor, & à corde ad cætera membra corporis. Eſt autem ſignificatio febris ephimerę cum præcedunt cauſæ iam dicendæ. Infirmus in initio dolorem non patitur. Pulſus eius æqualis, parum tamen diuerſus & abſconſus. Diuerſitas cito in æqualitatem redigitur. In tactu calor eſt quietus, lenis, & non pungitiuus, ſed ſicut balneati eſt tactus. Infirmus uero facilis eſt in patiendo morbo. Vrina habet hypoſtaſin in fundo, & lenem in morbi tempore toto. Neque nimis fœtet urina, cum uero febris diſceſſerit, aut cum perfecto ſudore diſcedit, aut cum parua quadam quaſi infuſione. Quæ cum receſſerit nullum ſignum ſui in infirmo relinquit, ſicut febris putredinum facit, quæ & in pulſu & urina remanet. Si uero poſt ephimeram æger balneatur in balneo neque ſentit rigores, neque punctiones, ſed in priores ſuas reuertitur qualitates. Hæ ſunt ſignificationes ephimerę febris. Significatio uero unde fiat eſt huiuſmodi. Quæ de ſolis eſt incenſione, uel calido aëre, oculos in tactu calefacit, caput incendit, cutem & faciem exiccat. Quibus ſi manus apponatur, calida inuenietur. Pulſus paruus, & uelox, ex conſtipatione naſcens pororum, cutem facit coniunctam, & ſolidam, cui ſi manus apponatur in initio paruus calor ſentitur. Sed ſi immoretur calor augmentari ſentitur. Calor enim in initio non apparet propter poros conſtipatos. Sed cum manus diu inhæreat ſui calore poros laxat, & ita demum calor emergit, qui ſe prius occultauerit. Oculi eorum & facies parum tument. Pulſus non eſt paruus, quia uirtute cuſtoditur, & calore naturali intra corpus parum tamen eſt diuerſus & occultus. Horum urina aut citrina, aut alba, quia humores aquoſi qui de corpore ſolent diſſolui, cum claudantur ex cōſtipatione cutis urinæ commixti, & ſuo calore mutati, rubore quoquo modo ſunt cōminuti. Hæc tamen febris aliquando in febres mutatur putri-

das, ſi in corpore ſint humores apparati ad putredines. Oportet ergo diſcernatur inter ephimeram & apparatam putredini. Si igitur recedit cum ſudore & urina laudabili, & pulſu æquali, ſignificat procul dubio ephimeram. Si autem moretur in corpore febris, neque à calore corpus mundiſicauerit, & pulſus fuerit diuerſus, & urina non digeſta & fœtida mutatio in febre putridas ſerio deſignatur. Cum uero febris moratur neque in priore periodi diſceſſerit, ſed quaſi continua ſit, uel ſinochos & pulſus diuerſus, & ex illa nulla putredo ſignificatur, oportet te male ſuſpicari, & hecticam eam expectari, & ex parte plurima mutabitur in acutiſſimam. Humores enim putridi neq; ſudores, neq; diſſolutione euaneſcunt, propter concluſionem pororum. Vnde feſtinandum eſt in medicanda hac febre medicamine quod ſumus dicturi antequam putrefiant humores, & peſſimę naſcuntur febres. Febres naſcentes à rebus corpus intrantibus ſicut cibis, aut ex eorum fiunt quantitate ſicut faſtidio, & ſaturitate, aut ex qualitate utpote ciborum, ſiue potionum calore naſcentium. A ſaturitate ſignificatio talis. Fumoſa ructatio & fœtida, ſitis nimia, ardor ex cibi corruptione. Aliquando habent ſolutionem uentris, aliquando conſtipationem. Sed conſtipatio in his eſt moleſtior propter concluſiones malorum chimorũ in interioribus corporum. Quæ ex ciborum ſiue potionum naſcuntur calore. Huiuſmodi notantur ſignificatione. Faciles & oculi in tactu ſunt calidiſſimi & rubicundiſſimi. Et epar ſimiliter in tactu calidum eſt, & infirmus in ſtomacho & epate quaſi ſentit incenſionem & ſiccitatē, & in ore amaritudinem, & ſimilia. Quia calor in hac febri à ſpiritu incipit naturali, & cibus calidus in primis ſtomachum, & poſt calefacit epar quæ illius ſunt fundamenta. Vrina autē in febri iſta rubea alithina febribus à motu uel labore corporis naſcentibus ſi labor ſit fortis, dura & ſicca redditur cutis, & poſt receſſionem permanet febris. Pulſus paruus eſt, quia nimius labor diſſoluit uirtutem. Sed ſi labor nō ſit multus, cutis durities remanebit, dum febris ſeceſſerit, & poſt de cute fumus exiēs humectat cutē poros aperiens. Pulſus magnus eſt, quia uirtus in hac febre multa eſt, & calor augmentat̄, quia non fuit labor multus. Si em̄ labor nō multus fuerit, augmentat̄ calor corporis. Tactus in laborioſa febri ſecundũ qualitates aëris ſi labor præceſſerit. Quod ſi aër ſit calidus ſicut calore ſolis uel ſimilibus, nō multũ cutis exiccat̄, & ſi aër ſit frigidus tactus cutis frigidus erit, neq; ſicca multũ fiet cutis. Si febres ex motibus animę naſcũtur ſicut ex ira & ſimilibus taliter notabuntur, multum exeunt oculi, facies rubuit & tumuit. Calor enim in hac febre expetit exteriora corporis dum uindictam homo ſibi quærit. Pulſus eſt magnus, urinaq; exiens punctiones facit, & ardores propter calorem. Si ex anguſtia ſit & triſtitia, oculi ſunt concaui, facies ſicca, & citrina, quia ſpiritus & calor fugiunt in interiora. Pulſus paruus propter caloris diminutionem, eiuſdemq; occultationem.

Vrina

Vrina ruſſa, ardorem facit cum exeat. Febris ex uigilijs oculos concauos facit, & humidos dormitationi contiguos. Palpebras graues & dure mouentes, facies & totum corpus ſunt inflata, & citrinitati uicina. Quę omnia contingunt ex debilitate digerendi cibum. Digeſtio enim cibi moleſtatur uigilijs, cibus uero indigeſtus non generat ſpiritum, uel ſanguinem animalē, & ſanguis ſi non generetur, neceſſe eſt color mutetur. Iterum ex digeſtione albedo ſequitur urinæ. Si febris in inguinibus uel alijs membris corporis naſcitur taliter ſignificabitur, facies rubet & inflatur propter ſanguinem & calorem corporis non pungentem. Cum autem in ſtatum progreditur, aſcendit ſuauiter corpus fumus calidus. Magnus fit pulſus, uelox atq; ſpiſſus. Vrina albedini pertinet. Magnus & uelox & ſpiſſus erit, ex uirtute & multitudine caloris. Infirmus enim infirmitates duas patitur calidas. Febres ipſas & apoſtema, albedo urinæ, quia colera urinam tingentia tendunt apoſtema. Omnis enim dolor proprie, ſi humores habet trahere. Hæ ſunt ſignificationes unde ephimerę febres omnes intelliguntur ſpecies.

De febre putredinū & cauſa & ſignificatio eius. Cap. IIII.

FEbres putredinum, ex putredine naſcunt, quatuor humorum, quia humores calefacti putrefiunt membrum calefacientes ubi putreſcūt & poſtea alia illi membro uicina. Sicq; membratim ad cor, & de corde in arterias peruenit calor, & de arterijs in omnia mēbra corporis. Et cauſa unde putredo naſcit eſt quincupla. Multitudo quantitatis humorū, craſſitudo eorum, uiſcoſitas, oppilatio ab ipſis generata, concluſio fumorum ab oppilatione nata. Humores enim quia diſſolui non poſſunt putrefiunt, ſicut humiditatem uidemus putrefieri, exteriorem cum non habeat aëris capacitatem. Species autem febrium ex putredinibus naſcentium multæ ſunt. Sunt enim ſimplices, ſunt & compoſitę. Simplices quę palam ſunt, ſicut & humores quatuor ſunt. Vnum qui uocatur ſinochus, & ex putredine ſanguinis naſcitur. Hęc autem moleſtationem facit, quia quieſcere infirmum non permittit. Secundum genus ex colera rubea naſcitur, & tritęus uocatur quæ una die accipit, & alia die permittit. Quæ eſt ſalubris & breuis. Salubris, quia corpus una die quieſcit, breuis quia humor unde naſcit ſubtilis eſt & uelox, & cito digeritur, citoq; diſſoluitur. Tertium ex putredine naſcitur colerę nigræ, & uocatur quartana una die accipiens, & duobus quieſcere permittens. Hæc ſalubris eſt & longa. Salubris, quia corpus duobus diebus quieſcit. Longa quiā materia unde naſcitur dura, & ad digerēdum craſſa, & ad diſſoluendum inobediens. Quartum genus ex putredine phlegmatis naſcitur, & ephimerinos uocatur omni die inuadens, eſt autē longa & moleſta. Longa quia materia eſt craſſa & uiſcoſa. Vnde non eſt digeſtibilis, neque uelociter ſolubilis. Moleſta, quia omni die inuadit, neque

corpus quieſcere permittit. Vnaquæque harum multiformiter diuiditur. Febris enim quæ ex putredine ſanguinis naſcitur in tres diuiditur. Eſt enim quædam ab initio uſque in finem æqualis, & uocatur æqualis. Hęc autem eſt cum tantundem finitur ſanguinis, quantum habet putredinis. Eſt altera in initio debilis, ſed poſtea creſcit. Cum autem in finem peruenerit moleſta fit. Poſtq; minuitur quo ad debilitetur. Hoc eſt cum plus ſanguinis finiat quam quod putreſcat. Febris quæ ex putredine humorum naſcitur unaquæque in duas diuiditur, altera eſt continua, altera interpolata, ſicut iam diximus. Cum enim humores quæ febrium ſunt materia intra arterias ſint & uenas, & ipſis putreſcant, febres continuæ neceſſe eſt fiant. Quod ſi extra uenas & arterias ſunt & putreſcunt, interpolatas febres faciunt. Vnde febris ex putredine naſcens ſanguinis continua fit, quia intra uenas & arterias eſt ſanguis. Et iterum quia cum putredo ſanguinis in parte fit, perforat in totum & comburit ipſum, & febris non dimittit quo ad pars finiatur quæ putreſcit, & digeratur atque diſſoluatur. Febris ex alijs naſcens humoribus eſt continua, quia humores intra uenas & arterias putreſcentes, non cito diſſolui poſſunt propter conſtipationem, & ſuam uiſcoſitatem. Vnde poſtquam prima finita ſit, remanet pars ſui caloris quo ad ſecunda ſuccedat, & à ſecunda ad tertia, & ita continua fit. Si autem humores extra uenas & arterias putreſcunt, febres interpolatas facient, quia materia quæ putreſcit cum non in uno loco ſit paulatim ad putredinis locum accedit. Cuius collectio in tempore illo eſt quod interpolatur inter duas acceſſiones. Aliquando quoque putreſcit ſanguis extra uenas & arterias, & febres facit continuas. Quia cum in uno membro multa coadunetur quantitas, & putridum apoſtema facit, & ex conſtipatione pororum quam facit apoſtema propter putredinem calē fiat, membrum neceſſe eſt calefaciat ubi eſt apoſtema, & calor membratim ad cor uadit per arterias, & à corde per eaſdem ad omnia membra corporis, & ita febris non dimittit donec apoſtema digeritur & mundificatur. Hæc eſt cauſa cuiuſdam febris continuæ, & cuiuſdam interpolatę. Diuerſitas periodum febrium tribus eſt ex cauſis. Vna eſt putreſcentium humorū uelocitas, uel eorum tarditas. Secunda collectionis humorum qui putrefieri debent uelocitas uel eiuſdem tarditas. Tertia purgationis eorum uelocitas uel tarditas. Vnde ephimerinos omni die accipit propter uelocitatem ſuæ collectionis quæ contingit ex multitudine ſuæ quantitatis, & facilitatem ſuæ putredinis, per humiditatem & tarditatem ſuæ purgationis propter uiſcoſitatem. Colera nigra facit febres una die accipientes, & duabus non, quia tarda eſt ad collectionem propter ſuæ quantitatis paruitatem, & ex duritie putredinis ſuæ propter frigitudinem, & ſiccitatem, & ex uelocitate purgationis ſuę quia non eſt uiſcoſa. Colera rubea

febres

febres unius diei, & alterius non facit, quia eſt media inter coleram nigram & phlegma. Minoris eſt enim quantitatis quam phlegma, maioris uero q̃ colera nigra, & phlegmate eſt ſiccior, colera uero nigra humidior. Subſtantia quoq; eius leuior eſt his duobus. Hæc eſt cauſa diuerſitatis periodice febris, & ex hoc cauſa tẽporis ſuæ paſſionis eſt diuerſitas, quia ephimerinos ad multum 18. horas permanens, propter craſſitudinem & uiſcoſitatẽ phlegmatis nõ cito diſſolubilis. Quartana ad plurimũ 24. eſt horarum propter materię ſuæ craſſitudinem & uiſcoſitatem, quæ non cito putreſcit, & ſi putrefiat non cito tamen diſſoluitur. Similiter eſt enim lapidi uel ferro. Ignis enim non cito calefacit, quia & ſi calefiunt non tamen cito refrigeſcunt. Vera tertiana ad multum 12. durat horis. Quod ex leuitate fit materię, & uiſcoſitatis ſuæ paruitate ut cito putreſcat & diſſolui queat. Aliquando harum febrium tempus in quibuſdam eſt longius, in quibuſdã uero breuius. Quod ex tribus cauſis conſequitur. Vna eſt materię natura, quę ſi craſſior & uiſcoſior, & frigidior & longior erit. Si autẽ ſubtilior & calidior, & minus uiſcoſa fit breuior ſecundũ quantitatem uirtutis infirmi. Si enim eſt fortis ut materiam eijcere & purgare cum ſudore poſſit breuior fit. Quod ſi defecta, longior. Tertium eſt ex figura corporis, quia ſi corpus eſt rarum, & pori aperti ſunt breuior eſt. Materia enim cito diſſoluit & exit. Si uero corpus eſt uiſcoſum & conſtipatum, & pori non aperti ſunt eſt longior. Quando autẽ cauſa breuitatis ſuæ tota ſe coadunat, fit breuiſſima. Si autem econtra fit longiſſima. Cum autẽ febris breuis ſit, infirmus quieſcit prima recedente periode donec altera ſuccedit, & corpus à febribus mundificatur. Si autem febris lõga ſit infirmus nõ mundificat̃ à febribus quo ad altera ſubſequit̃, neq; interpolatur ut quieſcat infirmus, & ita ſe habet febris iſta quaſi continua. Oportet autem te intelligere quia febris periodis ſemper ſit ſtabilis in ordinatione ſui, donec putredinis materia in qualitates mutetur alias, neq; cum ab alijs humoribus ſe commiſceat, nec in ordinatione infirmi peccatum fiat. Quando autem illa materia à ſua qualitate in ſpecies mutetur alias, ut ſicut ſanguis mutatus incendatur, & putrefiat, ſubtilis autem pars in coleram mutetur rubeam, craſſa autem in nigram, aut ſi alij humores putredinis ſibi ſint commixti, aut ſi alij humores putrefiant, & febres ſecundum ſuam naturam faciant, aut ſi infirmus fecit peſſimam, unde generentur humores febres diuerſas ſecundum ſui naturas facientes. Hæc omnia ordinationem periodum ſunt corrumpentia & mutantia, ut ante ſuum tempus feſtinent, aut in alias periodicas febres quàm prius fuerint ſe mutent. Eſt autem multitudo & minoratio in hac cauſa ſecundum quantitates humorum ſe mutãtium, & actiones eorum. Hæ ſunt ſpecies febriũ ex putredinibus ſimplices & cauſa diuerſitatis ſuarum periodum.

De ſigni

De ſignificatione febrium & putredine humorum naſcentium. Cap. V.

SIgnificatio putredinis febrium aut eſt ſecundum genus ſuum, aut ſecundum ſpecies earum. Genus ſignificat cum ex putredine febres eſſe denuntiantur, quod ex temperie acceſſionis earum intelligimus, cum debiliter incipiant, & poſtea augmententur & confortentur. Quæ cũ recedunt partes caloris in corpore dimittunt, neq; perfecte recedunt. Item ex caloris ſubſtantia, quia calorem oportet eſſe pungentem, & corpus inflãtem, ſicut flammam ignis rarificantem. Item ex accidentibus febrem comitantibus. Quia hanc rigor & tremor in initio ſequũtur, & diuerſitas in pulſu, & ablatio digeſtionis in urina, ut hypoſtaſis lenis non appareat. Quæ cũ omnia uideantur, febris ex putredine eſſe intelligitur. Significationes ſpecierum ſingularium, quia febris periodis tertiana, aut de re naturali, aut non naturali, aut de re extra naturam naſcitur. De naturali, cum calida & ſicca eſt natura infirmi, cui colera dominatur rubea.. Ætas eſt iuuenilis, tempus anni æſtas, aër calidus & ſiccus. De non naturali, cum infirmus antequam ceciderit calidum aut ſiccum comederit, & habet anguſtiam, triſtitiam, uigilias, laborem nimium, longi temporis ieiunium, ars eius ferraria, aut fornacina. Quæ omia corpus calefaciũt & deſiccãt, aut colerã rubeã generãt. De re extra naturam, quia quædam febris cum calore eſt forti, & ſicut cuſpis acus pungibilis. Quod ex colerę rubeæ eſt acumine, calor eius in tactu fortis, & acutus, atq; pũgitiuus. Pulſus in initio periodis paruus, & defectus atq; rarus. Sed tamen non permanens non per paruum tempus, & in magnitudinem & diuerſitatem mutatur. Magnitudo eius quia colera eſt leuis, neq; grauat uirtutem. Et item ex magna neceſſitate refrigerandi calorem. Diuerſitas enim febris eſt propria, maxime eius quæ ex putredine eſt. Sed tamen in hac non eſt multa diuerſitas. Quia eius leuis eſt materia, neq; uirtutem grauat. Vrina eius febris, ignei eſt coloris, putrida & cum ſiti nimia, anguſtia, abominatione, uomitu, colerę rubeę nimio ſudore propter ſubtilitatem materię. Aliquando quoq; ſuccedit digeſtio colerę rubeę. Cum has ſignificationes inuenias aut eorum plurimas iudicanda eſt eſſe uera tertiana, maxime ſi hæc febris multos fatiget in tempore illius anni. Quartanæ autẽ ſignificatio, aut de re naturali, aut non naturali, aut extra naturam. De re naturali ex complexione infirmi frigida & ſicca, & ſibi dominatur colera nigra, ætate ſenili, tempore anni autumno, aëre frigido & ſicco. De re non naturali. Cũ infirmus ante cibos acceperit, unde colera nigra genita ſit, ſicut lentes, caules, carambiam, caprinas carnes uel bouinas & ſimilia. De re extra naturam, cum aut res antecedit, ſicut ſi ante hanc alia febris fuerit compoſita, & durities ſplenis, aut cum præſens ſit res, apparet quando acceſſio eſt, in initio enim rigorem, & nimium habet tremorem cum grauitate & nimia fatigatione, & totius corporis forti frigitudine. Pulſu tardo &

rara

raro atq; multum diuerſo, cum autem augmentetur, habet calorem non acutum, neq; pungitiuum. Non ergo ſicut calorem tertianę, pulſus mutatur in uelocitatem & ſpiſſitudinem, quam in initio fuerit maiorem. Sed tamen ad comparationem tertianę tardior & minor. Sitis parua, urina putida, & indigeſta. Febri declinante ſentit infirmus frigitudinem, & cum recedit pulſus eſt tardus, rarus, diuerſus, & urina colore diuerſa & non digeſta. Cum has ſignificationes inueneris aut plurimas, quartana eſſe iudica maxime ſi in illo tempore anni quartanam patiant̃ plurimi. Significatio cottidianæ febris, aut de re naturali, aut non naturali, aut extra naturam. De re naturali, ſicut ſi complexio infirmi frigida & humida ſit, & ſibi dominet̃ phlegma. Ætas eius aut pueritia, aut ſenium. Pueritia propter guloſitatem. Senium propter multitudinem phlegmatis in corpore eorum. Tempore anni hyeme, aëre frigido & humido. De re nõ naturali, cum infirmus in ſanitate ſua guloſus & biboſus, non multum quietenus, piger, ſępe balneans poſt cibũ. De re extra naturam, cum infirmus ſentit dolorem in ore ſtomachi, & humiditatem in lingua, inflationem in latere mutato colore, ſiti parua, rigorem, & frigus nimium habet in extremitate corporis, & diu. Cum autem tãgas corpus in hora acceſſionis non apparet calor, niſi cum moretur manus calefit, & aperiunt̃ pori. Calor habet humiditatem propter phlegma, parũ acutus eſt propter putredinem, aliquando ſudans parum, aliquando non. Durat autem in tempus longum, atq; permanet in corpore uſq; ad ſecundã acceſſionem. Pulſus minor, pulſus quartanę ſpiſſior. Paruitas propter phlegma, quia deficit uirtus ex frigitudine eius, & diſſoluit̃ & anguſtiatur propter multitudinem quantitatis eius. Vnde multum eſt diuerſus. Spiſſitudo eius ex neceſſitate recipiendi magnitudinem. Vrina quodam tempore ſubtilis & alba, & quodam tempore craſſa & turbida. Subtilis ex conſtipatione pororum propter craſſitudinem, & uiſcoſitatem materiæ. Albedo ex frigitudine eſt phlegmatis. Craſſitudo & turbulentia, quia natura aliquando aperit illam conſtipationem, & expellit craſſam & uiſcoſam humiditatẽ quę fuit cauſa conſtipationis. Rubor quaſi phlegma moretur & putrefiat neceſſe eſt calefiat. Quas cum inueneris ſignificationes, uel ex parte plurima certificanda eſt, uera cottidiana maxime ſi multi hanc patiant̃ in illo tempore. Oportet autem te intelligere quia febris ephemerinos cum materia habeat uitreum phlegma, in initio paruum habet rigorem. Si autem fit ex ſalſo in initio eſt multus rigor. Si ex acido frigeſcit in initio. Si ex putredine ſit dulcis phlegmatis, nihil horũ habebit. Ex his ergo ſignificationibus intelliges febres ex putredine periodicas eſſe & ſimplices. Oportet item intelligas, quia rigor in febribus incipit à dorſo mulieribus. Viris ab extremitate manuum atq; pedum. Febris autem continue ſignificatio eſt uniuerſalis, quia poſt 25. horas non recedit, Neq; rigorem, neq; tremorem habet, neq; ſudorem

rem niſi cum tota præceſſerit. Pulſus multum eſt diuerſus, urina indigeſta. His ſignificationibus continua intelligitur. Significatio uniuſcuiuſq; ſpeciei quia in ea quę fit ex putredine ſanguinis inuenitur graue corpus infirmi, & fatigatum. Flatus ſpiſſus, cum anguſtia & ſiti. Oculi rubei, uenę eorum plenæ & rubeæ, facies & totum corpus pertinent rubori, & quaſi inflatum eſt. Venæ eorum plenæ & rubeæ, pulſus nimium diuerſus, urina rubea alithina. Quæ autem ex putredine eſt aliorum humorũ hanc habet ſignificationem. Quieſcit infirmus ſicut in continuis febribus. Quæ naſcitur ex putredine coleræ rubeæ, & uocatur cauſon, ex mollitie & fatigatione doloris intelligitur. In die habens remiſſionem & fortitudinem, & augmentationẽ in die acceſſionis, & ſequunt̃ eam nimius calor atq; ſitis maxima, & anguſtia, & acumen, & propinquitas ad perditionem, alienatio mentis cum moleſtior ſit & acutior, tanto criſis uelocior. Naſcitur plurimum his quibus in corporum uenis multa colera adunantur, & maxime his quæ in concauitate ſunt epatis, & in pulmone, & in ore ſtomachi, unde ſitis ſemper ſequitur. Oportet autem hæc membra refrigerari plus quã alia. Febris continua naſcens ex phlegmate, habet remiſſionem quando dimittit & confortatur calor, quando incendit. Quartana naſcens ex colera nigra, habet duorum dierum remiſſionem, & in die acceſſionis caloris confortationem. Cum his ſignificationibus quas diximus certificãt̃ ſimplices ſpecięs ex putredinibus.

De compoſitis febribus & earum cauſis & ſignificationibus. Cap. VI.

FEbres compoſitæ ſunt multæ & diuerſæ. Quia aliquando componit̃ cũ cottidiana, aut tertiana cum quartana, aut tertiana & cottidiana cum quartana, aut cottidiana cum continua, aut quartana cũ eadem cõtinua, aut tertiana periodis cũ tertiana continua, aut cottidiana cõtinua cum cottidiana periodi, aut quartana periodis cum quartana periodi, aut tertiana continua cum cottidiana periodi, & aliquando componuntur ſibi inuicem tres ex his febribus, aliquando quatuor. Et compoſitiones aliæ ſunt plurimæ. Hæ compoſitiones ſunt biformes, aut ſecundum uicinitatẽ aut ſecundum ſimilitudinem. Si autem ambę materię quæ ambas febres faciunt cõmiſceantur, & complectantur ſe. Acceſſiones & receſſiones eiuſdẽ ſunt temporis. Si ſecundum uicinitatem, & unaquęq; propriũ locum habet, acceſſiones earum in duobus temporibus diuerſæ ſunt & ſimiliter receſſiones ipſarum. Omnes humores qui compoſiti ſunt, aut æquales in quantitate ſunt, aut quidam plus, quidam habent minus. Et febres compoſitæ, quędam habent nomen proprium, quædam uero non. Habens nomen proprium eſt hemitritęus, id eſt, media tertiana. Hæc enim febris componitur de febri phlegmatica continua, & periode tertiana ſi ſit uera. Quæ uero non eſt uera componitur aut de tertiana continua & phlegmatica continua, aut

de tertiana periodi & phlegmatica periodi. Et aliquando de duabus febri-
bus in uirtute ęqualibus hæc febris cōponitur, & aliquando ex duabus qua-
rum una maior eſt altera. Hę autem ſunt ſignificationes ſpecierū compoſi-
tarum febrium. Significationes unde unaquęqꝫ poſſit intelligi ſunt hæ. Cō-
poſitæ ſecundum uicinitatem faciliores ſunt intelligi, de tempore ſuę perſe-
uerationis. Quod ſi febres continuę cōponantur cum febribus periodibus.
Periodes intelliguntur de rigore quem habeant in acceſſionis tempore, cō-
tinuę ex ſua ſtabilitate. Si uero compoſitio ſit ſecundum cōplexiones, intel-
lectus harum durus & moleſtus eſt propter diuerſitatē ſuarum ſignificatio-
num. Maxime ſi cōplexio ſit ęqualis, durus & moleſtus eſt. Si aūt una ex ma-
teriebus in cōplexione dominet̃ ſit leuior intellectus, qa ſignificatio domi-
nantis apertior erit. Oportet aūt acutas diſcretiones & tuas in his ſubtiles
intelligentias, & non confidas in periodi compoſitę febris, neqꝫ credas in-
terpolationes ſuæ ſignificationis. Aliquādo enim duę ſunt tertianæ quę ac-
cipiunt cottidie, quas ſtulti medici putant eſſe continuas. Aliquando etiam
duæ cōponunt̃ quartanę accipiētes omni tertia die, & putant̃ eſſe tertianæ
in quibus ſtulti non ſecundū quod oportet ſolent medicari. Vnde febres cō-
fortantur & augmentant̃, & aliquando perit infirmus, quia medicina neceſ-
ſitati eſt contraria. Propter hoc oportet te febres intelligas de eſſentia ſuæ
naturæ, & de accidentibus proprietatis ſuæ, ſecundum quod nos memini-
mus dixiſſe, ut certificatis ſignificationibus cōpetat medicina febricitanti-
bus, neqꝫ confidas in duratione febrium. Febris compoſita ex phlegmate &
colera rubea quæ uocat̃ hemitritęus, ſi uera ſit, ſignificationes quatuor ha-
bet. Vnam quæ eſt continua propter phlegmaticā continuam. Secundam,
quia cottidie interpolat̃, & una die leuior accipiat & facilior. Altera uero
durior atqꝫ moleſtior. Facilitas eius propter febrem phlegmaticā omni die
inuadentem. Rigorem non habet propter materiā in uaſis contentam. Mo-
leſtatio eius & durities in altera die, quia in altera die tertianę cū forti uenit
rigore qui in tertiana ſolet euenire, & mouet̃ febris phlegmatica quę omni
die ſolet inuadere. Vnde die illa moleſta eſt & dura. Tertia quia patit̃ in tē-
pore acceſſionis maximū rigorē, aliquando in una die bis, ter, quater. Quar-
ta, quia ſuum tenere eſt ęquale, dum forti aſſimilatur forte, & debili debile.
Hemitritęus non uera quędā eſt compoſita cum febri in uirtute ęquali, quę-
dam cum altera fortiori. Sed in compoſitione ęqualis, ſi eſt cum tertiana pe-
riodi, & cottidiana periodi, rigorē omni die facit, una tamen die eſt debilis
cum rigore, & habet frigitudinē in corporis extremitate, una die cum forti
rigore & tremore, punctione quoqꝫ & acumine. Quę autem eſt compoſita
cum tertiana continua, & cottidiana continua, non habet rigorem neqꝫ tre-
morem. Compoſita cum tertiana cōtinua & periodi cottidiana ſimilis eſt
ueraci. Sed tamen febris huius rigor non eſt fortis, quia eſt de phlegmatica

febri, & ideo neq; pungit, neq; acuta eſt. Quando hęc febris cõponit̃ cum ſe bribus non ęqualibus, ſignificatio dominantis palàm plus erit, & debilior occulta. Hę ſunt febriũ ſignificationes ex putredine quę ſunt cõpoſitæ. Aliquando quędã accidentia ſunt in febribus cõpoſitis & ſimplicibus. Vnde inter ſe diuerſant̃, ex calore ſuæ materię diuerſitatibus. Inde quod unaquæq; à ſimili denominat̃. Quædã enim cõmixta nimię humiditati uocat̃ eloidis. Quędam cuius calor nimium eſt incenſus, & cauſon uocatur, quam ſemper nimia ſitis ſequitur, & in lingua nigredo, & punctio in ſtomacho. In qua cũ tangit̃ corpus nimia incenſio ſentit̃. Eſt & febris in qua ſentit infirmus calorem & frigiditatem ſimul in corporibus interioribus & exterioribus. Hoc autẽ in phlegmatica contingit cum ex putredine naſcit̃ phlegmatis uitrei. Calor eñ in febri iſta propter putreſcens eſt phlegma. Frigus ex non putreſcenti, & uocat̃ iſelus. Eſt in qua ſentit infirmus nimiũ calorem in corporis interioribus, & tepiditatẽ in exterioribus. Quod ex craſſitate & uiſcoſitate eſt materię, propter quę nõ poteſt calor exire de interioribus ad exteriora. Hęc febris uocat̃ liſuria. Eſt in qua ſẽtit̃ nimia frigiditas in exterioribus corporis, quod ex phlegmate frigidiſſimo cõtingit, & uocat̃ crimodos. Eſt in qua habet̃ calor nimius in corporis interioribus, & de calore illo aſcẽdit fumus acutiſſimus in corporis exterioribus. Quod conſequit̃, quia nõ eſt uiſcoſa materia unde efficitur, & propter hoc cito diſſolubilis, & fumus exit. Vocatur autem febris iſta tinoros. Hæ ſunt omnes ſpecies febrium, quę de putredinibus naſcuntur humorum.

De febre hectica & ſignificatione eius & cauſa. Cap. VII.

FEbris quę uocat̃ hectica diuidit̃ in ſpecies duas. Vna uocat̃ ſenectus in qua humiditas finit̃, & ſuccedit ſiccitas dominãs per om̃ia corporis mẽbra, qua deſiccãt̃ & rugant̃, & calor naturalis diſſolutus finit̃. Senectus ideo uocat̃, quia cũ ſenes ætatem decrepitam ingrediant̃, calor eorũ naturalis eſt extinctus, & ſiccitas illorũ mẽbris dominat̃, quia humectatio eorũ finit̃. Vnde hoc nomẽ huic febri datũ eſt à ſimili. Secunda ſpecies phthiſis uera eſt. Phthiſis uero collectio caloris extra naturã in ſolidis mẽbris. Qua humectatio corporis finit̃, & in tria diuidit̃. Vnum eſt quo humectatio deſiccat̃, quia in paruis uenis habet̃ unicuiq; mẽbro pertinẽtibus, inde tenerorũ calefit humectatio mẽbrorũ, ſicut eſt pinguedo & craſſitudo. Et hęc uocat̃ phthiſis abſoluta. Secundũ eſt quo humectatio finit̃ quæ in teneris eſt carnibus, & incipit calor ab humectatiõibus qua in mẽbris eſt ſimilibus. Quę humectatio eſt ſicut ros, aut aëris umbra, unde nulla nutriuntur mẽbra. Hæc quæ uocat̃ hectica conſumatiua. Tertiũ eſt in quo hęc humectatio finit̃, & illa humectatio incipit calefieri, quæ in coniunctionibus eſt fundamenti cuiuslibet mẽbri. Quæ uocatur phthiſis, & conſumatio. Phthiſis uocat̃ propter conſumptionẽ humectationis in membrorũ fundamẽtis

& propter ſiccitatẽ,eorũq; molliciem. Quæ ex finita ſequit̃ humectationẽ ea membra ſolidante.Sicut uidemus in terra naſcentibus.Quę cum deſicca ri incipiunt emolleſcunt,& ita conſumunt̃. Cauſa unde hæc febris naſcitur aut antecedens,aut primitiua eſſe comprobat̃. Antecedens eſt ſicut febris putredinis immorans incenſa fuerit,& calor ab humectatione incipiẽs cordis,membrorũq; fundamentis ea finierit.Quęcunq; autẽ febris eſt huiuſmodi,in initio cõſumatiua fit.Febris ſicut hectica naſcẽs ex hemitritęo, & apoſtema calidum in pectore natũ. Cuius calor propter uicinitatem tendit ad cor,ſuam & arteriarũ humectationẽ conſumens, & mẽbrorũ fundamentũ deſiccans. Aliqñ hęc eadẽ naſcit̃ ex defectione q̃ infirmus ex acuta paſſione patit̃. Vnde infirmo dare ſyrupum cogit̃.Hac deſiccatur cor primũ, dein de fundamenta mẽbrorũ. Cauſa primitiua eſt anguſtia, ira, triſtitia, labor, uigiliæ,ieiunia,maxime ſi iuuenilis eſt ætas,& cõplexio calida,tempus ęſtiuum,& ordinatio infirmi calida. Quæ de huiuſmodi cauſa naſcit̃. Phthiſis & cõſumatio uocat̃.Significatio unde intelligitur,quia febris ab initio moleſte & dure inchoatur. Mala enim cõplexio quæ eſt calida æqualis eſt per totũ corpus,& nõ diuerſa, nec infirmus ſentit in corpore ſuo calorẽ febris, neq; dolorẽ uel fatigationem,neq; aliq̃ ſignificationẽ quæ ad febriũ pertineat putredinẽ.Sed calor extraneus toti corpori ęqualiter dominat̃, neq; mẽbrum aliquod eſt ſine calore, quod calorẽ ſibi ſentiat cõtrarium eſſe. Calor em̃ nondũ ad plenũ incepit augmẽtari ut ſignificatiões poſſint percipi. Vnde hęc dura eſt ſanari,cum non in initio poſſit intelligi,qua medicina ſibi ualeat ſubueniri.Cum tamen ad conſumationẽ perueniat, aperta ſui mõſtrat indicia.Sed tamen impoſſibile eſt ſanari,quia corpus propinquat perditioni.Eius tamen ſignificatio talis eſt in initio. Si febrẽ inquã inchoantem tres dies uideamus cõtinuantem,neq; calorẽ habere fortem, neq; aliquã habere etiã ſignificationem calori febrium ex putredine attinẽtem,utpote rigorẽ, tremorẽ,ſitim,anguſtiam,ſiccitatem,& in lingua nigredinem,fatigationẽ, capitis quoq; dolorem, urinæ putredinem,pulſus magnitudinẽ, & eius diuerſitatẽ. Aliaq; ſigna quę febrem ex putredinibus ſint comitantia, calorẽ quoq; quietum,mãſuetum,& tribus uel amplius diebus continuũ,ſed tamẽ confortatum cum cibum accipit,uel in nocte cum dormiat, febris hectica eſt intelligenda proculdubio. Talis ab initio eius eſſe debet ſignificatio, cũ uero augmentetur,ab humectatione uenarum inchoat̃, unde infirmus conſumatur.Caro enim eius minuitur, cutis deſiccatur, facies tenuat̃,oculi cõcauantur,imò totum corpus conſumatur.Calorq; ab alia incipit humectatione.Quod intelligitur,quia oculi concauãtur,& lippiuntur,palpebrę pẽdent inferius,ac ſi dormitetur. Hęc autem omnia ex uirtute ſunt defectiua. Totum corpus exiccatur,& rugatur,ſplendor & flos uitæ aufferuntur. Cu

tis faciei,ſiue totius corporis tetinoſa fit ſicut corium,ſuper oſſa extenſum, tempora planiora,auriculæ contractę,color citrinus,ſpatulæ eleuatæ,uenter ſiccus.Qui ſi tangatur ſub diaphragmate omnia uiſcera ſicca inueniuntur,& quaſi non apparent exterius.Venter tetinoſus,& cum dorſo iunctus. Calor corporis in initio tactus debilis,& cum immoretur manus fit acutus pulſus,durus,& extenſus,quaſi corde debiles & firmate. Hæ ſunt ſignificationes febris hecticæ,& eius cauſæ.

De apoſtemate & cauſa & ſignificatione. Cap. VIII.

Apoſtema eſt craſſitudo & inflatio quas de ſuperfluis humoribus mẽbrũ aliquod patit̃.Hi aũt humores aut ab alio mẽbro ſunt effluẽtes, quos ipſum à ſe expellit propter mũdificationes ſui,aut in eodẽ mẽbro colligunt̃ ubi eſſe apoſtema cõprobat̃.Motus materię de mẽbro in mẽbrũ propter adunationẽ eſt 6. rerum,quas diximus cũ cauſas morbi diceremus.Hę ſunt fortitudo mẽbri expellẽtis,debilitas recipiẽtis,multitudo materię,largitas pororũ,defectio uirtutis paſcitiuę in recipientibus membris, & quia recipientia mẽbra expellentibus ſunt ſubdita. Adunatio materię in membris ex defectione eſt paſcitiuę uirtutis,non perfecte cibum ad ipſam uenientem digerentis.Cuius ita permanet ſuperfluitas ut paulatim creſcat & illud membrũ impleat & extendat ubi fit apoſtema. Cum autẽ ſubito in membro naſcit̃ apoſtema,intelligitur de alio membro cucurriſſe materia, quod de calido intelligẽdũ eſt apoſtemate.Si in aliquo mẽbro naſcat̃,& paulatim in aliquo mẽbro augmẽtet̃, de fluxu intelligit̃ eſſe materię, de alio in aliud mẽbrũ effluente,aut de eiuſdẽ in idẽ coadunatione. Hoc autẽ cõſiderat̃ in frigido apoſtemate. Apoſtematis autem genera ſunt duo,aut frigida aut calida. Calida de cõplexiõe mala & calida cũ materia deſcendẽte ad mẽbra.Quę ſi calida ſit & humida ſanguinolẽta generat apoſtemata,quę phlegmones uocant̃.Gal.quidã inqt phlegmones de cõplexione mala naſcunt̃ & calida ſine aliqua materia. Vnde mebrũ ardorẽ patit̃ atq; ruborẽ.Qui cũ augmẽtet̃ atq; cõfortent̃,mẽbrũ illud quodlibet eorũ mortificat̃. Hęc ſpecies eſt quaſi patiens ſuſtineat febres.Quod ſi materia calida eſt & ſicca,atq; colerica,generatur apoſtema quod uocatur eriſipela.Frigidũ apoſtema ex mala complexione naſcitur & frigida, & deſcendente de alio membro materia aut in eodem collecta. Si autem materia frigida eſt & ſicca, atq; melancholica apoſtema quod uocatur ſcliros generat. Si frigida & humida ſit apoſtema quod uocatur idumia. Genera ergo apoſtematum quatuor ſunt. Primum naſcens de ſanguine, & uocatur phlegmon. Secundum de colera rubea, & uocatur eriſipela. Tertium naſcens de phlegmate, & appellatur idumia. Quartum de colera nigra, & nuncupatur ſcliros. Vnum quodque horum aut ſimplex & ſolum, utpote de una materia natum, aut compoſitum, & apoſtemata multa ſunt. Aliquando enim

de duo

de duobus, aliquando de tribus, aliquando de quatuor componitur humoribus. Compoſitio uero aut æqualis eſt in quantitate, aut una plus abundat altera. Vnde apoſtemata ſunt multa ſecundum abundantiam humorū multitudinem, aut in compoſitione minorationē. Intelliguntur autem apoſtemata ex ſignificatione diuerſa. Sed quod ex æquali materia cōponit, dure & moleſte intelligitur. Compoſitum ex diuerſis humoribus in quantitate, ex humore intelligitur dominante. Compoſitorū uero apoſtematum quædam nomen habent, quędam quoq; carent. Apoſtema cōpoſitum ex colera & ſanguine, ſi plus abundet colera eriſipela uocat phlegmatica. Si ſanguis coleram ſupergreditur, phlegmon eriſipelatus uocabitur. Quorum ſingulorum cauſa in qualitatibus eſt diuerſa, aut enim ex cauſa eſt faciēte apoſtema, aut in membro ubi conſtat, aut ex materia ibi habita. De quibus ſingulis ſecundum quod ſufficiat erimus dicturi.

De apoſtemate phlegmone, cauſa & ſignificatione. Cap. IX.

PHlegmon apoſtema, aut ex primitiua, aut ex accedente naſcit cauſa. Cauſa uero primitiua ſunt uulnera, fiſſura, inciſio, ignis incenſio, dislocatio, fractura. Quodlibet horum membrū patiatur, currit ad patiens humor ſanguinolentus. Vſus enim eſt naturæ ſingulis membris ad nutriēdum ſanguinem mittere, & debili membro maxime ut illud poſſit ſanare. Sed cum membrū patiatur ſanguis in illam naturam ſuam non mutatur. Neq; ſufficit ad expellendum uirtus. Remanet ergo in membris faciēs ſuperfluitatem in eo. Quam oſtendit poſtea quia membrū inflat, & ſanguis propter conſtipationem pororum calefit, cum exire non poſſit. Quia apoſtema premit arterias. Cauſa antecedens eſt ſanguinis plenitudo. Qui ſi bonus ſit & temperatus in qualitate & ſubſtātia, & putreſcat cum ad illud mēbrum perueniat, generatur ſimplex phlegmonis apoſtema. Cuius ſignificatio membri eſt inflatio, & dolor, ſed tamen paruus. Pulſationem habet & extenſionem, & nimium calorem, ardorem, & ruborem, repugnans manui dum ipſum tangit. Sed tamen hæc omnia accidentia per materiæ temperamenta non ſunt grauia. Si autem membrum multas arterias habeat, & fortiter ſentiat, dolor & pulſatio ſunt maiora. Quod ſi paucas habuerit & debiliter ſenſerit, habet dolorem, & ſine pulſatione grauitatem. Si uero ſanguis temperatæ ſit complexionis, & craſſus in ſupera, facit in carne apoſtema, & predi cta accidentia ſunt fortiora, quia extenſio & pulſatio maxima. Et ſi ſanguis cū temperamento ſui ſubſtantiæ ſit ſubtilis phlegmonē in cute generat, & minor ſignificatio ſupradicta, neq; pulſationē habet. Si neq; bonus ſit neq; temperatus ſed ſubtilis, & calidiſſimus ſimplex eriſipela generatur. Quæ melior eſt quam ſi cum ſanguine ſit & colera. Significatio huius quia ardor eſt nimius, & plusq̄ phlegmon rubet & incenditur. Quod ſi cū manu

manu tangatur, ab eo manus repellitur, & poſt ſtatim reuertitur. Si ſanguis cum peſſimitate ſua craſſus ſit in ſubſtantia, naſcitur apoſtema quod uocat erisipela, & cognominatur uariola. Alij dicunt ignem eſſe ſacrum. Nos autem dicemus de hoc apoſtemate & eius ſignificatione cum dixerimus de paſſione in exteriori cute permanente. Diuerſa uero ſunt hæc apoſtemata ſanguinolenta, prout membrorum ubi naſcuntur diuerſitas. Si enim in facie naſcatur uel capite, appellatur meſere. Et eius ſignificatio nimius faciei eſt rubor & capitis inflatio, & omnium ſuarum partium tumor, dolor quoq; & pulſatio. Et ſi in cerebri naſcatur pelliculis appellatur phreneſis. In coniũctiuis oculorum panniculis nata, uocat ohpthalmia. In coſtarum pelliculis nuncupatur pleureſis. In pulmone, peripneumonia. In diaphragmate pleureſis abuſiue, & phreneſis. Si in mollitie carnis ſub aſcellis, aut in inguinibus uel oculis, uel poſt auriculas, & cito ſaniem faciat, appellatur peſtilentia & uulnera. Si phlegmõ eriſipelę pertineat, aut phlegmoni eriſipela, & cito ſaniem faciat, uocabuntur uulnera & peſtilentia. Si in alio quolibet eſt membro abſolutus dicetur phlegmon. Quod ſi aperiat anaſtamen uocabitur. Hoc uero nomen ſignificat ſeparationem & elongationem, quia membrũ ubi eſt apoſtema cum de alio membro ad ipſum deſcendat, aut in ipſo ſit collecta materia, neceſſe eſt ſe membrum diuidat, & quaſi uacantem locum faciat, in quo ſaniei ſit collectio. Hæc autem materia aut ſanies eſt aut ſanguis aut de utroq; cõmixtis, quia materiam ſi natura digerat, & fundamento mẽbri eam ſimilem faciat, fit ſanies alba. Sed ſi digerere non poſſit, nec aſſimilare bonæ qualitati propter defectionem ſui perit, & craſſus atq; turbidus fit ſanguis. Quod ſi parum in materia operetur natura partim digerens, partim uero non, fiunt ſanguis & ſanies, & uocat hoc apoſtema uulnus, cuius ſignificatio dolor eſt & pulſatio, & maxime cum materia ſit in initio. Et cum materia perfecte digeratur, totaq; in ſaniem mutetur, dolor mitigat, quia materiæ ſubſtantia facta eſt una non diuerſa. Significatio autem uulneris ſaniem habentis, quia tactum digitis quaſi eis cedit, & ſubtus digitos recumbit. Si habuerit ſanguinem inuenitur uulnus quaſi ſe extendens. Vnde oportet bene intelligas ne craſſitudo membri te decipiat. Neq; enim propter craſſitudinem bene ſenties, quando membrum illud tanges. Quod maxime infirmo nocet, quia ſanies corrũpit mẽbrũ, & quaſi corrodit ipſum.

De colerico apoſtemate & cauſa & ſignificatione. Cap. X.

COlera rubea ſi ſit ſimplex, & ad iã quod membrum uideatur deſcẽdere facit apoſtema quod uocatur formica, & aliud farſa. Quæ ſi cum ſanguine miſceatur, eriſipela inde generatur. Formica uero ſi de ſubtili ſit colera, fit ſimplex in cute apoſtema. Hoc ita ſignificatur quia cutis incenditur. Si autẽ colera ſubtilis ſit & acuta, generatur cutem comedens

dens,& carnem perforans,formica uocatur manducatiua. Huius ſignificatio eſt ut cutem ob ambulet,& ſe ſicut formica dilatet. Hæc pruriginem facit in tactu,ardorem quoq; atq; calorem,& cito uulnerat. Si autem inter ſubtilem & craſſam ſit temperata,neq; multum acuta,formicam quam milium uocāt generat. Significatio eius,ut in cute puſtulæ ſecundum milij ſimilitudinem habeantur. Eriſipela quæ ex ſanguine ſubtili naſcitur & colera, cutis rubore,incenſione quoq; ſignificat atq; calore cum pulſatione. Omnisq; eius ſignificatio phlegmone & eriſipela phlegmatica eſt fortior.

De phlegmatis apoſtemate & cauſa & ſignificatione eius. Cap. XI.

APoſtema naſcens ex phlegmate, inter ſubtilitatem, craſſitudinem quoq; & uiſcoſitatem temperato,& ad membrum deſcendente ſubito,uera uocatur idumia. Aliquando naſcens ex uentoſitate fumoſa, ſicut uidetur in corpore hydropico atq; phthiſico,& in eo quod mēbrorum fundamentum habet corruptum. Huiusq; apoſtematis ſignificatio,albedo eſt & mollities ſine dolore. Quod cum digitis prematur, impreſſio digitorum ibidem formatur. Sed tamen cum ex uentoſitate ſit fumoſa, nulla digitorum remanet forma,& cum percutias quaſi reſonat. Si de phlegmate croſſo eſt & uiſcoſo, uocatur & glans,ſcrophula, & uerruca, & nodi ſimiles glandi. Quod de phlegmate eſt craſſo nigræ colerę cōmixto generat uerrucas. Si phlegma ſit ſalſum, & cum ſanguine mixtum, generantur puſtulæ fauoſæ, & apoſtema craſſum in magnitudine diuerſum. Quorū quoddam ſimile eſt ciceri,& hoc in magnitudinem augmentatur,ut quaſi meloni efficiatur,& melone maius,& in ſacculo ex omni latere circundatur. Quod motum non cum membris uidetur eſſe ſolidatum, ſed & quaſi ſeparatum. Cuius ſolidatio tantum eſt cum cute. Genera eius ſunt quatuor eſt ēm pinguoſum,& mellitiuum,pultiuum quoq; & iuncatiuum. Pinguoſum de craſſo naſcitur phlegmate. Quod intelligitur, quia in initio ſtringit ſenſum habens,& materiam colligens quaſi pinguedinem. Eiusq; tactus,eſt quaſi pinguedinis alicuius mellitiuum ex putredine naſcitur phlegmatis,cuius materia in colore & liquore quaſi mellis. Cum tāgitur cito manus fugit & regreditur. Tactusq; eius ſicut utris mel habentis. Pultiuum & iuncatiuum ex eodem phlegmate unde & mellitiuum naſcuntur. Hæc intelliguntur quia fundamenta eorum dilatantur,paruusq; eſt eorum ſenſus,& mollis tactus. Sed tamen pultiuum materiam habet ſimilem pultium. Iuncatiuum eſt ſimile iuncatę de lacte factæ. Eſt & aliud,de materia naſcens phlegmatis craſſi & peſſimi,cum ſanguine craſſo & putenti mixti. Huius materia quaſi lutum eſt aut aranea,uel quaſi fex olei uel uini,ſiue carbonis,& ſimilium. Cuius tactus durior eſt ſuperioribus. Scrophula eſt apoſtema quaſi glans, in molli carne colli,aut in ea quæ ſub aſcellis,uel inguinibus. Maxime tamen in prora colli uel in latere ſui. Eſt autem ſemper una uel duæ, tres, pluresúe. Et

unaqueq; pelliculis circundatur. Quare ſcrophula uocať, quia in collis porcorum ſæpe naſcitur, uel dicunt alij ut pote ſcropha multos porcellos generat. Ita & hoc in numero augmentata nomen à ſimili eſt ſortita. Verruca eſt puſtula rotunda, in tactu dura, acuta, aut nodo ſimillima, & eſt duriſſima, aliquando autem eſt ſicut auellana uel nucula. Naſcens in locis illis qui ſunt nodi carnis. Hæc aliquando cum prematur digitis quaſi uulnera facit.

De melancholico apoſtemate, & cauſa & ſignificatione. Cap. XII.

APoſtema naſcens de colera nigra quaſi fex olei, aut eius eſt turbulentia, & uocatur ſimplex ſcliros. Eius ſignificatio eſt, durities, neq; dolet. Color eius albedo, uel liuiditas, uel quaſi color corporis in quo eſt. Si autem hæc materia de membro in quo eſt naſcitur, & partim extra uenas eſt, partim uenis includitur. Apoſtema fit quod cancer uocatur. Eius ſignificatio eſt, quia durum & extenſum eſt & durities quaſi petra. Forma eius quaſi forma cancri, quia uenæ quæ in apoſtematis ſunt latere, extēſæ ſunt atq; de materia melancholica plenę, pedibusq; cancrorum aſſimilitatę. Eſt & aliud apoſtema naſcens de colera nigra, de colera rubea eſt incenſa cancerq; generať, quod & comedit, & uulnerat. Significatio eius, quia uulneris labra ſunt craſſa exterius inuerſa, habens quaſi pinguedinem. Color eius uiridis uel ruffus, uulneris niger. Hæ ſunt qualitates apoſtematum & cauſæ, & ſignificationes eorum.

De paßione quam exterior cutis patitur corporis. Cap. XIII.

PAſſiones naſcentes in corporis exterioribus quædam de interiori cauſa naſcuntur, quæ & antecedens uocatur, quædam uero de exteriori, & hæc primitiua dicitur. De antecedenti cauſa naſcētes, quædam in toto corpore ſunt apparentes, ſicut uariola, lepra, morphea, quædam in qnibuſdam membris & non alijs, ſicut alopetia, quæ capitis eſt propria, & lentigo quæ faciei. Naſcentes de primitiua ſunt iuncturæ ſeparationes. Quarum quędam de corpore fiunt inanimato, ſicut de gladij inciſione & lapide frangēte, atq; ſimilibus grauibus corporibus. Quędam de animatis, ſicut animalium cōmeſtionibus, morſibus quoq;, aut punctionibus. Animalium quędam nomen habent ſicut canis rabidus, tiriæ, ſerpentes, & ſimilia, quædam uero ſicut canis & homo. Nos autē incipiamus à paſſionibus exterioribus, quæ de interiori cauſa naſcuntur, & de his incipiatur, quibus omnia membra circundantur, utpote lepra, uariola, morphea, petigo, uiriditas, ſcabies, prurigo, pediculi, puſtulæ paruæ, uerrucæ, uulnera de inciſione naſcentia, deſudatio, apoſtema; quod uocatur iporiſma, fluxus ſudoris, conſtipatio ſui, ſacer ignis.

De uariola & cauſa & ſignificatione. Cap. XIIII.

VAriolæ ſunt multæ puſtulæ in toto corpore, aut ex maiori parte diſperſæ, aut in uno membro, in alijs uero non. Antiqui uocant has ignis carbones, ſiri, filias ignis. Hæ autem puſtulæ augmento

ætatis naſcuntur maxime. Cum enim fœtus in uulua ſanguine menſtruo nũ triatur, qui ex ſuperfluitate muliebris corporis naſcitur, & ab epate per ue nas quaſdam ſicut iam diximus emittitur. Hicq́ ſanguis diuerſus in ſubſtã tia & qualitate fit, in ſubſtantia, quia aliquando ex mundi ſanguinis eſt eſſen tia, interdum autem phlegmatica, aliquando colerica, & aliquando melan cholica. In qualitate, quia aliquando ſanguis eſt laudabilis, aliquando illau dabilis. Fœtus inquam cum meliori qui in fœmina habetur nutriatur, ei uſdemq́ membra augmententur. Fex autem in membris remaneat matris & in uenis, eo quod infans de uentre matris egreſſus nutrimento lactis uta tur, quod de ſanguine menſtruo procreatur, membra eius de meliori nutri untur, & ſuperfluitates remanent in corpore infantuli, quæ poſtea aliundẽ mouetur ad exteriora corporis. Motio uero eius aut de cauſa exteriori ſi cut aëre peſtilentiali, uel etiam de ſedili in quo prius hanc habens peſtem ſe derit, & in ſedili remanentis odorem morbi reſidens poſtea odorauerit, aut de interiori ſicut de infantis ordinatione in arterijs. Quæ ſi ſint calida humi da atq; craſſa ſicut multæ ſunt carnes, Dactili, atq; mel, aliaq́ his ſimilia, hu iuſmodi materiã augmentantia & ebullientia cum ſuperentur à natura, in corporis procelluntur exteriora, & naſcuntur pruritæ quæ uocantur igni tæ prunæ. Quæ ſunt peſſimę ſecundum qualitates ſuæ materiæ. Si enim ca lida ſunt in complexione, & craſſa in ſubſtantia, non tamen in qualitate peſ ſima, naſcunt̃ inde illę puſtulę quę in initio ſunt paruę, atq; tãdem in magni tudinem lacertis maioris & craſſioris augmentantur, & rotundantur, & cõ terantur, & effectę lucidę uelociter aperiantur. Quæ aperte dealbantur, & ſicut perna delucidantur habentes pruriginem atq; duritiem. Hæc autem ſpecies cæteris lucidior, & ſalubrior eſt. Si autem de ſanguine ſint craſſo & melancholico, & peſſimę qualitatis, in initio puſtulæ ſunt liquidę, medio punctum nigram habentem. Cumq́ augmententur dilatantur & altera al teri coniungitur. Neq; rotundantur, ſed earum forma in lateribus diuerſat̃. Color earum liuidus atq; plumbeus, cinerinus, aut citrinus, aperte habent putredinem & ardorem, nigra ſicut ignis incendia, aliquãdo uero non ape riunt̃. Huiuſmodi peſſimę ſunt & mortales. Quibus ſi admiſceatur ſanguis cum putredine acuta, fit ueſica ſicut igni incenſa, & uocatur ignis ſacer. Quod iterum peſſimum eſt. Eſt item uariola de ſanguine calido & ſubtili, non multa in peſſima. Hęc autẽ cum ueniat ad ſtatum quaſi milium eſt, aut minor. Color eius rubeus, neq; aperitur ſed dilatatur & euaneſcit. Vniuer ſalis ſignificatio uariolę in initio eſt febris, & inflatio in facie, & temporibus & gutturi, & arterijs maioribus, prurigo in natibus, & rubor in mẽbro ubi naſcitur, aſperitas in lingua, in capite grauitas. Quæ ſigna cum uidentur cũ febri continua certificatur uariola uentura.

De lepra, cauſa & ſignificatione. Cap. XV.

LEpra eſt morbus deſiccans omnia membra corporis. Quæ concreatur cumq́ in carne eſt deficiat mutatiua uirtus. Eſt autem de cõplexione mala, frigida & ſicca, & de dominatione melancholię ad ſanguinem & corruptione eiuſdem. Quę cum ueniat ad corporis nutrimenta, corrumpit ea & deſiccat, & ita corrũpit humores corporis atq; ſperma. Quæ utraq; de ſolo naſcuntur ſanguine. Hæc autem paſſio in generatione inuadit filios. Subſtantia enim ſpermatis commixta eſt cum humoribus malis de quibus lepra procreatur. Humoresq́; corporũ filiorum, humoribus patrũ ſimiles ſunt, & ſubſtantię eorum fundamenta de hac ſubſtantia ſunt facta. Vnde neceſſe eſt à patribus ad filios malum protendatur. Item occupant quidam cum ſani huiuſmodi aſſideant & eis confabulentur. Malus enim fumus de corporibus infirmis diſſolutus à ſanis odoratur. Lepræ ſpecies ſunt duæ. Aut enim ex colera nigra, quæ fex ſanguinis eſt & eius turbulentia, de hacq; lepra non cadunt mẽbra, & aliquãdo huiuſmodi infirmo prodeſt medicina, perfecteq; ſanatur, ſi ſibi ab initio ſuccurrat. Aut ex nigra colera quę de colera rubea eſt incenſa. Hęc & membra conſumit & cadere facit, eſtq; incurabilis. Initiũ autẽ huius leprę intelligitur, quia albedo oculorũ liuida efficitur, & apparet oculus in forma rotundus, unde leonina uocat. Quę cũ ueniat ad ſtatum membra cadunt, depilant palpebrę, & ſupercilia, gutturis ſuccedit raucitas. Facies inflat & erumpit, & rubea efficitur. Digiti ſunt fiſſi, nares deſiccatę, uenæ linguę incraſſatę, nares aliquando cadunt.

De morphea, & cauſa & ſignificationibus. Cap. XVI.

MOrphea eſt albedo in exterioribus apparens corporis, aliquãdo in quibuſdã mẽbris, in quibuſdã uero non. Aliquãdo in omnibus ut totum corpus album eſſe uideat. Naſcit autẽ de craſſis humoribus phlegmaticis dominantibus ſanguini, & defectione mutabilis uirtutis quę eſt in mẽbris. Hęc de cõplexione fit mala & frigida. Eius ſignificatio quia mẽbra & pili patientium albeſcunt. Cum autem cutis cum phlebotomo uel acu pungitur non ſanguis egreditur, ſed albi humores potius eſſe uidentur. Huiuſmodi eſt incurabilis, unde uero ſanguis exit, aut humores roſei, de ſanitate non debemus deſperare. Eſt & altera morphea ſubtilis & alba in cute exteriori, de eodem naſcens unde & altera, ſed tamen non de forti materia. Differunt autẽ quia hęc in exteriori apparet cute, illa uero in interioribus eſt. Morphea nigra eſt mutatio cutis in nigredinem, & naſcitur de cõmixtione colerę nigræ, & ſanguinis. Significatio eius, quia cutis denigratur, & quaſi furfura cadunt cum fricatur, locusq́; remanet rubeus. Maxime hæc morphea naſcitur iuuentutem uicinantibus, & ipſis iuuenibus propter incenſionem colerę rubeæ, in eorum corporibus, & mutatione ſui in nigram. Petigo quoq; eſt aſperitas naſcens in cute, & color eius quidam

niger

niger, quidam ruffus, & ex calido & ſubtili naſcitur, qui cum colera nigra miſcetur. Aliquando etiam naſcit̃ ex cõmixtione craſſæ humiditatis, cum ſalſo phlegmate mixto cum ſanguinis calore. Neq; petigo ſi ſit diuturna ex coriatur de cute ſicut piſcis ſquama.

De ſcabie, & cutis excoriatione, pediculis, porris, & uerrucis, de ſudatione & apoſtemate, quod uocant iporiſma. Cap. XVII.

SCabies & prurigo atq; cutis excoriatio fiunt de phlegmate ſalſo mixto cum ſanguine colerico, quem expellit natura ab interioribus ad cutem, ſubtusq; eam permanet. Si humor ſit ſubtilis, pruriginẽ cito ſalubrem facit. Si craſſus ſit diuturna ſcabies, & excoriatio cutis. Aliquãdo hæc paſſio uenit ex defectione cutis, cum natura expellit ſuperfluitatem in exteriora corporis ut membra mundificet interiora. Quam ut expellat & diſſoluat non habet uirtutem, & ita ibi permanet. Maxime hoc contigit comedentibus multum, & accipientibus ea cibaria quæ craſſos chimos habeant, neq; balneantur. Quibus prurigo naſcitur propter lutum in corpore coadunatum. Item ſenioribus prurigo naſcitur propter defectionem cutis eorum & multitudinem ſalſorum humorum in corporibus ſuis. Significationes ſcabiei, ſunt puſtulæ paruæ incipientes rubeæ, & poſtea inflatiuę nimiam habentes pruriginem, & plurimam in manibus, & inter digitos, in cubitis, & ſuper anum, & circundat. Aliquando eſt in toto corpore. Pediculi ſunt de ſuperfluitate humida & craſſa atq; corrupta, quam expellit natura ad cutis exteriora, neq; exit poros ex craſſitudine ſua, & ita miſcetur cum luto corporis unde generantur pediculi. Ideoq; ſemper abundant pediculis non habenti, & quorum non mundificatur cutis, ſicut uiatoribus cõtingit. Sudor enim corpus exit, & permanet in poris, putrefacit quod ſubtile fuit, & pediculos facit. Aliquando etiam pediculi fiunt ex multa commeſtione ſiccarum ficuum. Puſtulæ paruæ naſcuntur ex peſſimis humoribus qui extra corpus à natura expelluntur. Qui ſi ſint calidi & acuti, puſtulas acutas in corpore neceſſe eſt fieri. Si craſſi & frigidi puſtulæ latæ & extenſæ. Plurimum autem naſcuntur puſtulæ his qui cutis ſunt duræ, & conſtipatę. Eſt & aliud genus puſtularum, quarum quædam maiores, quædam minores, & quædam latiores in capite ſunt cum nimia prurigine incipientes, ex quibus putridi effluunt humores, & naſcuntur ex ſanguine cum colera ſe miſcente, & coloris ſunt rubei, & in diem augmentantur, unde infirmus nimios ardores patitur. Cuius pulſus uelox eſt & magnus. Si autẽ ex commixtione ſalſi phlegmatis, & ſanguinis ſubtilis, ſunt albæ in colore & maxime augmentantur in nocte. Et aliquando ex horum triũ humorum naſcuntur commixtionibus quorum color non multum eſt rubeus. Deſudatio eſt puſtula parua ſicut milium quæ in exteriori cute excoriatur, & de humore ſubtili calido & colerico naſcitur & cum ſanguine miſcetur, & ma

xime in æſtate naſcitur, præcipue his qui in aqua frigida balneantur. Hu-
mores enim qui de interioribus egrediuntur corporis in cutis clauduntur
poris. Verrucæ paruę ſunt puſtulæ duriſſimæ, & rotundę ſicut acumen, in
plurimis naſcentes membris, de commixtione humoris phlegmatici & me
lancholici. Vulnera de incenſione naſcentia, de ſanguine ſunt incenſo & me
lancholico ad exteriora corporis à natura expulſo. Sunt autem puſtulę ma
iores in initio, & deinde ſe aperientes, & dilatãtes, crepantes, & nigram pu
tredinem facientes. Apoſtema quod uocatur iporiſma ex ſanguine & uen-
toſitate & de inciſione naſcitur arteriæ, ſi quædam membra percuſſionem
patiantur, unde arteria ſubtus cutem incidatur, aut uulnera fuerint. In loco
ubi arteria fit, & cute ſolidata exteriori inciſio intus remaneat, arteria non
ſolidata & aperta, ſignificatio huius apoſtematis, quia locus eius, & manu
tactus ſubtus eam diſſoluitur. Aliquando diuq́ꝫ ſonitus auditur, color eius
quaſi flos uiolæ. Galenus: uulnera, inquit, & puſtulæ in corpore naſcentes
nimiũ albæ, aut uariæ, humores peſſimos denotant̃ habere. Et propter hoc
ſunt durę, & ad ſanãdũ moleſtæ. Quia humores unde uulnera illa ſunt facta,
non permittunt ſolidari ipſa. Et iterũ propter minutionẽ boni ſanguinis.

De morbis illis qui ſuns propria quibuſdam membris & non alijs. Cap. XVIII.

DIximus de paſſionibus totius exterioribus corporis. Oportet nos
in hoc loco eas dicere, quę quibuſdam membris, & non alijs ſunt
priuatę. Sunt enim quędam ſoli pertinentes capiti, ſicut alopecia,
tiria,, fauoſitas, furfura, capitis magnitudo, quę ex apertione eſt oſſiũ ſerrã
aſſimilantiũ, & molle apoſtema quod ſubtus cutem capitis eſt atqꝫ ſuper cra
neũ. Sunt & quędã paſſiones faciei pertinẽtes, ſicut lentigines & paruę pu-
ſtulę lentiginoſæ, faciei fiſſuræ, & celſa quæ eſt in maxilla, atqꝫ incenſiones.
Sunt & quædam pedibus attinentes, ſicut elephantia, uarices, & uulnera
quæ uocantur dactilia. Sunt & quas patiuntur pedes & manus, ſicut uenã
mediantem, & fiſſuras in plantis manuum atqꝫ pedum, calcaneoq́ꝫ. Et uul-
nera ex ſtrictis ocreis contingentia, & excoriatio ex equitatione multa.
Sunt & quas patiuntur digiti & ungulæ. Nos autem incipiamus ab his quę
pertinent capiti, & primum de alopetia. Alopetia & tiria ſunt duæ paſſio-
nes, capillos à capite, & pilos à barba, & ſupercilijs euellentes. Suntq́ꝫ hæc
nomina à ſimili ſumpta. Alopetia, quia lupi plurimũ patiunt̃ ut pili ſibi ca-
dant & cutis uulneret̃. Tiria, quia ſerpens illa ſępe cute excoriatur. Vnde &
tiria uocatur morbus cutem excorians hominibus. Dicunt tamen alij mor
bũ iſtũ inde ſit uocari, quia in hoc morbo pilorũ auulſio eſt, ſicut tiriæ uul-
neratio, ſed non eſt ita. Hę ambę paſſiones aut de colera ſunt acuta cum ſan
guine mixta, quæ utraqꝫ pilos nutriunt, & cum ad eos perueniant cadunt.
Cadunt autem ex incenſione quam patiũtur. Significationes ſui quia color
illius loci pertinet albedini, & aliqñ om̃es pili corporis hãc patiãt̃ ut cadãt.

Hippocrates. Habentibus inquit alopetiam ſi uarices ueniant capilli rede unt. Sed non eſt uſuale ut hi uarices habeant. Aliquando autem capilli cadunt propter paruitatem cibi, & boni fumi eos nutrientis. Aliquando autē ex raritate pororum, per quos cum fumus exeat diſpergitur, & rarificatꝰ, nec pili conficiuntur. Alij quoq; ex pororum conſtipatione quæ contingit ex phlegmate & humiditate. Quia cum fumus unde ſunt pili ſi cum hac humiditate exierit deforis, poſt humiditas reuertitur ut poros claudat, & ita contrahit, alterum fumum ad exeundum paratum ne continuetur, & inde pili naſcantur. Aliquando quoq; pili cadunt poſt acutum morbum propter calorem nimium, & fumum peſſimum. Aliquando etiam propter ablationem boni humoris ſicut uidetur in phthiſicis, & hecticis. Mellitiua etiā puſtula in capite eſt natiua habens putredinem. Huius multæ ſunt ſpecies, eſt enim quæ uocatur fauus, & de phlegmate ſalſo naſcitur. Significatio eius quia ſunt puſtulæ perforantes cutem capitis cum ſubtilitate foraminis quę habent humiditatem, fauum mellis aſſimilantem. Eſt & alia quæ uocatur ficoſa. Sunt autem puſtulæ iocundę & durę habentes ruborem, & interioribus quaſi ficuum ſunt grana. Eſt & alia habens perforationem in capite, ſubtilem prioribus minorem, de qua currant humiditates quaſi carnis lauationes. Eſt & alia rubea parua quaſi mammillę ſummitas, de qua exit humiditas ſicut ſanguinis aqua. Eſt & alia ſicca, alba, de qua albi cadunt cortices. Furfur eſt ſubtile & album ſicut furfur, cadens à capite ſine uulneratione. Quod ex fumo contigit phlegmatico, & ſalſo, aut de ſanguine melancholico humori mixto. Capitis magnitudo, longitudo, & tortio, ex uentoſitate craſſa naſcuntur quæ oſſibus ſerram aſſimilantibus inuiſcantur, & ita alterum ab altero diuiditur, & elongatur, unde caput magnificatur, apoſtema quod ſub cute capitis eſt cum digitis tāgatur leuiter mouetur. Eſt autem de humoribus ſubtilibus & aquoſis ſubtus cutem capitis ſe coadunātibus. Lentigines ſemper in maxillis naſcentes, ſunt de fumo qui de ſanguine eſt incenſo, & humoribus melancholicis, qui ſunt in ſtomacho, aut in alijs locis corporis, ſicut mulieres patiuntur concipientes cum in corporibus earum mali coadunantꝰ humores. Celſaq; in maxillis ſolet effici, de humoribus naſcitꝰ craſſis & acutis. Eſt autem puſtula uulneratiua incipiens in maxilla. Incenſio uero faciei, uel narium, eſt quaſi mellitiua puſtula, ruffa, liuiditati tamen cōtigua, aliquando faciens uulnera. Oportet autem intelligi qualia uulnera ſint, in hoc loco uel in alio membro. Si enim rotundum & profundum, peſſimum & moleſtum, quia de materia naſcitur craſſa & calida. Elephantia eſt melancholicum apoſtema naſcens in crure uel calcaneo. Significationes eius, quia forma pedis eſt quaſi elephantis non diuerſa ſed æqualis. Varices ſunt uenæ in cruribus plenæ & nimium craſſę, naſcentes de humoribus melancholicis in has uenas deſcendentibus, & eas implentibus. Pluri-

mum

mum autem his naſcuntur qui laborant in pedibus,& erecti ſtant. Deſcendunt enim humores in has uenas quæ ſunt in cruribus, & propter hoc marinarijs plurimum naſcuntur,& in agro laborantibus, & ſimilibus. Significationes earum quia uenæ tortæ ſunt & craſſæ,uiriditati & nigredini pertinentes. Dactilia in crure naſcuntur,& eſt uulnus concauans atq; perforans, rotundum & manducans circundantia, & ad ſanandum eſt moleſta. Quæ autem in ſimul in manibus naſcuntur & pedibus. Vna eſt uena mediantis fiſſura in manibus & pedibus. Vena iſta in crure naſcitur & in brachijs, aliquando pueris in lateribus. Plurimum autem hæc paſſio naſcitur in calidis regionibus ſicut India, Æthiopia,& Ægypto. Sunt & aliæ paſſiones ſub cute naſcentes,& ſunt ſicut uenæ forti motu ſe mouentes ſicut uermes,& cum aperiatur locum ubi harum uenarum eſt caput,fit dolor nimius. Fiſſuræ autem manuum,pedum,calcaneorũ,ex colera ſunt nigra,& ex alijs ſiccis humoribus illis locis dominantibus. Quæ in digitis eſt fiſſura, calidum eſt apoſtema in uicinitate naſcens ungularum,dolorem & ardorem faciens nimium.

De carbunculo & uulneribus. Cap. XIX.

CVm morborũ ſpecies in ſuperioribus nominauerimus dixiſſe nos meminimus, quia ſi iuncturæ ſeparatio fit in carne uocari debeat plaga. Si putreſcat dicentur uulnera. Si in oſſibus eſt fractura. Vulnera ergo quædam ſunt ſola & ſimplicia, ſicut fiſſura ſola, unde membri in quo eſt nulla perditur pars. Hæc autem fiſſura aliquãdo inciſio eſt parua, aliquando magna. Sola, quia nulla ſequũtur accidentia. Fiſſura magna quędam eſt ſicca, quædam habens putredinem. Et hęc eſt in facie propter defectionem digeſtionis cibi ad eam uenientis. Omne enim membrum duas habet ſuperfluitates,unam ſubtilem quę per poros diſſoluitur corporis, alteram craſſam unde naſcitur lutũ ſuper cutem. Putredo in uulneribus ex humoribus eſt ſubtilibus qui calore diſſoluuntur. Quodcunq; uulnus eſt huius modi in propatulo eſt,neq; ſignificatione indiget. Vulnera compoſita, quędam ſunt cum cauſa,aut cum morbis,aut accidentibus. Cum cauſa, ſi cum in loco ſuo inueniant ad ſe deſcendentem materiam. Significatio eorũ multitudo eſt humiditatis in uulneribus & ipſius fluxus. Cum morbo aliquando ex calida eſt complexione. Significatio eius rubor eſt membri illius,& incenſio atq; dolor. Aliquando ex frigida eſt complexione. Significatio eſt liuiditas coloris,& paruitas caloris, aliquando ex complexione humida. Significatio humiditatis eſt multitudo & uulnerum putredo, & mollities in tactu, aliquando ex complexione ſicca. Significatio uulnerũ eſt ſiccitas,& eorum duritia cum morbo officiali, quędam ſunt ſecundum minorationem ſicut carnis in uulneribus,& partis de membris cadentis, quędam ſecundum magnitudinem ſicut apoſtema quod de calore eſt & uulnus facit. Eſt autem ſecundum ſeparationem iuncturæ, ſicut inciſio nerui, ant fractura oſſis. Cõ-

poſitio

poſitio uulnerum cum accidentibus eſt ſicut cum dolore qui uulnera ſequitur. Vnumquodq; autem uulnus ſimplex ſiue compoſitum, ſiue inueteraſcat, & 40. dies tranſeat, appellatur fiſtula, quod uulnus profunditatem habet, & os eius ſtrictum eſt, profunditas lata, caro dura & alba ſine dolore. Aliquando autem uidetur ſicca, aliquando multam humiditatem habet, & aliquando ab ipſa multa currit humiditas, aliquando uero non, aliquando os eius clauditur, aliquando aperitur, aliquando profundatur, & putreſcit, aliquando in neruum uenit, aut in uenam, aut in aliquod nobile membrum & comedit ipſum. Aliquando cõcauatio eius eſt recta, aliquãdo tranſuerſa, aliquãdo in fiſtula multa habens ora. Sufficit dixiſſe de iuncturæ ſeparatione quæ eſt in carne, id eſt, uulnere, apoſtemate, & de qualitatum ipſorum diuerſitate. Separatio iuncturę quæ in oſſibus eſt, eſt fractura, quędã ſimplex quędam cõpoſita cum uulnere uel apoſtemate facile appareant. Separatio iuncturæ quæ ex animalibus eſt facta, ſi ex animali ſit uenenoſo, non differt ab alijs uulneribus & aperta eſt, ſed interrogatione infirmi indiget, quid eũ comederit, aut momorderit. Morſus animalis uenenoſi, uel comeſtiones, uel puncturas, ſequunt̃ accidentia peſſima & diuerſa quæ ſunt dicenda, ut intelligamus unde ſint & qualia, & ſecundum quod oportet medicemur, & non erremus.

De morſu beſtiæ uenenoſæ, & incipiendum à rabido cane. Cap. XX.

ANimalia uenenoſa quædam ſunt comedentia, quędam mordentia, quędam pungentia. Comedentia ſunt, canis rabidus, muſtela, & illa quæ uocatur ephaleputis, & anicla. Mordentia ſunt tiriæ, & omnia genera ſerpentium. Tirię ſitientes, & glandoſæ, & in aqua profundãtes ſe, & hæ quæ dicuntur pichrinos, & quę oſios, & cornutæ. Animalia pungentia ſunt, ſcorpiones, gueſpę, apes, araneę, & ſcorpius qui uocat̃ raſtellatiuus, & reptilia, pediculi uulturis uocata. Omne inquã uenenum canis rabidi nimium eſt ſiccum, & deſiccatiuum, & cerebro nocens plurimũ, unde ſpaſmus & horror aquæ. Canis cum hominem comedat uel mordeat, peſſima patitur homo accidentia. Cui comeſtio ſi medicina nõ ſuccurrerit perit. Oportet ergo intelligi ſignificationes canis, ut cuſtodiamus & uideamus canem qui cum momorderit, ut cum morſum caninum ſcierimus ſecundum quod oportet medicemur. Signa ſunt, quia ſic ſe habeat ut rabidus, refutans comedere & bibere, ſitim nimiam patitur, & incenſionem, aquam fugit, os aperit, linguam emittit, de ore ſpuma effluit ſicut ſpuma cameli. Caput eius in aliud latus ſuſpenditur. Oculi eius rubicũdiſſimi, auriculę ſuſpenſæ ſed ſemper motę. Aliquibus quaſi ſpuma egreditur, cum autem latret raucus eſt. Aliquando uocem non habet, cum ambulet nutat in diuerſas partes. Negat ſuos domeſticos latrãs in eos, latrat etiam itidem in canes ut in homines. Quem cum alij canes cernunt, eum fugiunt. Ruffus

hęc inquit:patitur canis ex dominatione colerę nigræ, & eſt quædam ſpecies melancholiæ. Quod plurimum patiuntur canes in æſtate,parum in hyeme. Accidētia hominis de cane huiuſmodi morſi. In initio nihil niſi plagę dolorem ſentit. Plaga autem iſta non ab alijs differt uulneribus. Cum autem dies elongatur,tetinoſitatem patiuntur, & ruborem in corpore maxime in facie,ſudorem quoq; & defectionem, & aquæ timorem. Quam cum uideat tremit,fugit, neq; eam bibit. Similiter etiam omnem fugitat humidam rem, & aliquando latrat ſicut canis,atq; hic cum homines mordeat,eadem morſi patiuntur accidentia. Quæ aut poſt 40. dies ueniunt, aut poſt ſex menſes, aut poſt nouem. Cauſa accidentium pręter aquæ timorem perforatio eſt ueneni per totum corpus. Timoris quę cauſam quidam philoſophi dicunt propter nimiam eſſe ſiccitatem corpori dominātem. Venenum enim nimium eſt ſiccum, & deſiccatiuum. Fugiunt,quia eorū naturæ eſt cōtrarium. Ruffus hanc paſſionem melancholię dixit eſſe ſpeciem de colera nigra naſcentem. Et cani coleram nigram dixit dominari, quę peſſimę ſit qualitatis, & ſicut uenenum. Quomodo uero multi quaſdam res patiuntur melancholici,ita & canes iſti aquę ſunt timidi. Dicuntur autem quidam in ea uidere formā canis qui eos momorderit. Alij dicunt quia inteſtina uel eius ſtercus ibi cernunt. Hæc eſt ſignificatio unde intelligitur canis rabidi morſus ab alijs animalibus diſcretus. Hæc pro ut diximus,aut poſt quadraginta dies aut poſt ſex,aut poſt nouem conſequūtur menſes. Sed in initio nulla eſt differentia inter plagam hanc, & ab alio cane,uel alio animali non uenenoſo factam. Oportet tamen in principio diſcernatur,ut priuſquam aquæ timor ueniat medicetur. Qui timor cum uenerit, nulla euaſio mortis eſſe poterit. Sed ſi ante timorem aquæ ei ſuccurrat ſanatur & liberat,maxime ſi perfectum inuenerit medicū. Differentia,ſi morſus canis rabidi uel nō rabidi ſit, qa ſi ſuper ponat emplaſtrū de nuce bene piſtata una die & una nocte,deinde ablatum det gallo uel gallinæ eſurienti ad comedendum,ſi poſtquam comederit, uiuerit, non eſt morſus canis rabidi. Si autem econtra, moritur. Oportet die illa & nocte expectetur, quia non tam cito moritur. Alij dicunt ſi panis fruſtum accipiatur, & ſanguine plagam exeunte ungat, caniq; proijciatur nullatenus comedit ſi canis rabidi ſit. Cum huiuſmodi ſignificationibus canis rabidi morſus diſcernitur. Muſtelæ morſus dolorem nimium infert patientibus, & color plagæ eſt liuidus. Morſus ſimiæ eſt quaſi hominis.

De morſu tiriæ & ſerpentum. Cap. XXI.

TIriæ & ſerpentium uenenum eſt calidum, & qui ab eis mordentur dolorem nimium in loco illo patiuntur, & poſtea dolor ſecedit ad totum corpus. In loco autem morſus duo foramina ſeparata uidētur,quæ ſunt dentium ſuorum locus. Poſt ab ipſis humiditas currit quaſi ſit

olei

olei, deinde humiditas fumoſa,& in circuitu loci apoſtema calidum eſt păti,quod habet ruborem & liuiditatē,atque ueſicas,quaſi ab igni combuſti ſint. Corporis color mutatur,abominationem,& uomitum colerę patiuntur, & defectionem, tremorem, & frigidum ſudorem, caro comeditur, & de membro in membrum corroditur. De gingiuis ſanguis effluit,atq; ſtringit. Morſus glădoſę eſt putidus,de quo eminus peſſimus odor egredit. Dicunt autem quidam quia pedes ſuper illam incedentes excoriantur, & patitur apoſtema in crure. Qui autem ei medicatur manus eius excoriantur. Qui uero hunc ſerpentem occiderit odor eius putidus fit,& omnē odorem perdit niſi ſolius illius fœtoris. Significatio huiuſmodi morſus,quia apoſtema in illo loco ſubſequitur cum rubore. Veſica illa membra circundat, aliquando ſummatim currit quaſi aqua ſanguinis. Dolorem in ore patiuntur ſtomachi. Serpens quæ uocatur ſitibunda,morſu infert dolorem eis qui ab ea mordentur,& eſt continuus,& ſanguis inde egreditur,ſitim multam pătiuntur, neq; aqua ſaturantur, propter caloris huius tiriæ magnitudinem, neq; ab hac morſi euadunt mortem. Serpens quæ in aqua profundatur,largitudinem plagæ eius facit quos mordet & liuidum colorem,ab ipſa humiditas exit nigra, multa & fœtida,ſicut fœtor qui à corporibus mortuorum egreditur. Serpens quæ uocatur pichronis eſt tiria minor ſuperioribus, & latioris colli. Quemcunq; momorderit, quod & tiria idem facit, & emollitionem in carne & tumorem ſicut hydropiſis,& caro eius ex humiditate cădit. Tiria quæ eſinus uocatur,cuius collum ſurſum erigitur atq; extenditur & de ore ſanguis ſputatur, plaga quam morſu facit, parua eſt nimis quaſi acus perforatio,& parum ſanguinis ab ipſa effluit, neq; apoſtema uel tumorem facit. Qui autem ab hac mordentur, obſcuritatem uiſui patiuntur, & dolorem corporis totius, & ſenſus corporis perditur, neq; euadunt ab hac morſi. Serpens cornuta quæ uocatur baſiliſcus,locum quem momorderit citrinum facit, & uirgæ erectionem cum pedonibus.

De morſu ſcorpionis & tiriæ. Cap. XXII.

SCorpij uenenum frigidum eſt. Vnde qui mordentur quaſi niuem frigidam percuſſionem patiuntur. Locus cito tumet,& ruborem atque duritiem habet,& extenſionem,ardorem aliquando & frigiditatem aliquando augmentatur dolor,aliquando mitigatur. Dolor eſt quaſi punctura acus, aliquando faciens defectionē ſi ſuper arteriam ciciderit,aliquando epilepſiam ſi ſuper neruum cadit. Gueſpę atq; apes eis quos pungunt, tumorem calidum,& ruborem faciunt & calorem. Roſtrum earum remanet ubi tangunt. Aliquando morſi ſudorem patiuntur,& abominationem, labrorum ictigationem,inguinum tumorem, uirgæ erectionem. Aranearum multæ ſpecies ſunt. Quæ ubi mordent faciunt multum dolorem, ruborem,frigidum ſudorem,& citrinum colorem. Aliquando quaſi ſtrangu-

rię in urina duritiem,& uirgæ extenſionem,intra inguina,& genua,tetino/ſitatem in ſtomacho. Linguæ extenſionem, ut eorum ſermo non poſſit di/ſcerni. Vomunt humiditatem quaſi araneæ telam, & uētris emollitionem ſimiliter. Si aqua calida infundatur dolor dimittitur, cum exeat reuertitur. Aliqua ſpecies aranearum in loco quem mordeant dolorem faciunt,rubo/rem,ſubtus diaphragma conſtipationem,in urina frigiditatem,in corporis extremitate uirgæ extenſionem. Scorpius qui uocatur raſtallatiuus,eſt par uus,& habet caudam retro raſtellantem. Hic plurimum inuenitur ubi ſac/charum efficitur. Quem momorderit dolorem non patitur in primis. Se/cunda uero & tertia peſſima patitur accidentia, ſicut tumorem in lingua, ſanguinem mingere, tremorem cordis,defectionem,anguſtiam. Multi mo riuntur de huiuſmodi ſcorpionum morſibus. Hæc eſt ſignificatio ſeparati/onis iuncturæ quæ ex animalium eſt uętoſitate. Finis paſſionum quæ in ex terioribus corporum ſunt.

CONSTANTINI AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber IX.

CAPITA LIBRI.

De uniuerſali uia unde intelligantur paſſiones interiores. 1
De intentione interiorum membrorū & diuiſione eorum. 2
De cephalea & cauſa & ſignificatio/ne ſua. 3
De phreneſi calida & frigida, & apo/ſtemate cerebri,alienatiōe mētis. 4
De cauſis & eorū ſignificationibus. 5
De lethargia & cauſa & ſignificatio/ne ſua. 6
De apoplexia & cauſa & ſignificatio/ne, & de epilepſia ſimiliter in eodē capite. 7
De melancholia & amore qui eros di citur,& cauſa & ſignificatione. 8
De paſſionibus quas patitur nucha ſi cut ſpaſmo. 9
De mollitiōe,tetinatiōe & ſimilib. 10
De ſpaſmo qui ex plenitudine eſt. 11
De ſpaſmo ex inanitione. 12
De tremore qui & paraliſis. 13
De gibboſitate. 14
De paſſione quę naſcitur in membris ſenſuum,& ab oculis incipiendū. 15
De auriculis. 16
De membris odoratus. 17
De lingua & oris parte linguę perti/nenti. 18
De ore. 19
De paſſione in membris anhelitus na ſcente. 20
De paſſione in gula & pulmonis ca/nalibus. 21
De pulmōe,& de lacertis pectoris. 22
De panniculis coſtas operientibus. 23
De diaphragmate. 24
De corde. 25
De inſtrumentis cibi, & à ſtomacho incipiendum. 26
De profunditate ſtomachi. 27
De inteſtinis. 28
De colica paſſione. 29
De lumbricis & aſcaridis. 30
De ano. 31
De epate. 32
De hydropiſi. 33
De ſplene. 34
De felle. 35
De renibus. 36
De ueſica. 37
De ſiphac. 38

De

De teſticulis. 39 De mamillis. 42
De uirga. 40 De coxis. 43
De uulua. 41

De uniuerſali uia unde intelligantur paßiones interiores, Cap. I.

MOrbi naſcentes in interioribus corporis non adeo faciles ſunt intelligi ſicut qui naſcũtur in exterioribus corporis. Oportet ergo medicum notitiam habere actionis ſingulorum membrorum, & complexiones eorum, ſubſtãtias ſuas, & uniuſcuiuſq; iuuamenta, quantitates, & formas, & locos in corpore, & quam colligantiam habet ſingulorum ad alia membra, & quantum habet humorum, uel aliarũ rerum ſicut nos diximus ubi qualitates membrorum tetigimus. Ex his enim intelligitũ unius cuiuſq; membri interioris morbus, & in quo membro & quali membri loco perpenditur, & qualitas morbi, & eius quantitas diſcernitur. Sanitas quoq; eius uel moleſtatio notificatur. Cum horum igitur notitia ſit neceſſaria monſtranda eſt uia, & menſura unde poſſint intelligi. Hęc uia & mẽſura eſt octonaria. Vna eſt qua intelligimus nocumentum in actionibus. Secunda qua de corpore exeuntia. Tertia dolorem unius cuiuſq; membri priuatum ſignificat. Quarta ex loco infirmi ſignum dat. Quinta, ex apoſtemate. Sexta ex proprijs unius cuiuſq; morbi accidentibus. Septima, ex aliorum colligantia. Octaua ex interrogatione, & inueſtigatione. Ex nocumento actionis intelligimus membrum infirmum. Quæ enim actio patiatur, & cui noceat, membrum oſtendit infirmum cuius actio eſt, aut ex ſui propria cauſa, aut alterius membri colligantia, ſicut in deſiderij cibi uidetur defectione qua paſſio in ore ſtomachi certificatur. Hæc autem paſſio aut eſt propria, aut ex cerebri colligantia, à corpore exeuntia membra monſtrant infirma, & paſſionum ſuarum naturas. Intelligendi modi ſunt, aut exeũtium eſt ſubſtantia, aut de loco unde ſunt egredientia. De ſubſtãtia exeuntium ſicut hipoſtaſis quæ eſt in urina, ſi eſt furfurea ueſicæ infirmitatẽ ſignificat. Si ſicut fruſtũ carnis, paſſionẽ in renibus oſtendit. Similiter ſi cũ tuſſi corpuſcula exeant ſimilia pelliculis, ſignificatur quia pellicularum ſubſtantia quę ſunt ſicut fruſtula, fit corrupta & putrida. Exeuntia etiam intellige ex quantitate, ſicut cum indigeſtione fruſtum carnis exeat, maius, unde uulnus in craſſo inteſtino eſſe certificatur. Si paruum ſit, ſubtilis inteſtini uulnus erit. Vel ſicut ſi ſcreatur, uenæ fruſtum cum tuſſi ſi maius ſit, pulmonem infirmum oſtendit. Si paruũ, in canalibus pulmonis erit. Pulmonis enim uenæ magnę ſunt canalium econtra paruæ. Et iterum, ſi cum tuſſi exeant, anuli pulmonis & ſunt parui. Intelligenda eſt eſſe putrida pulmonis ſubſtantia. Illa enim anuli ſunt pars pulmonis. Si magni certifica putreſcere ligamenta pulmonis, & marceſcentia exire cum tuſſi, quia illi non putreſcunt ex ſui duritia, ſed liga

menta ex ſui duritia. Et ſimiliter fit in alijs membris. Ex loco ſi de pectore exeat ſanies ſignificat uulnus eſſe in ſpiritus inſtrumētis. Si cū uomitu in ſtomacho erit. Si cū digeſtione in inteſtinis. Si illa quæ eſt ſicut lauatura carnis cum digeſtione exeat, paſſio eſſe intelligit in cōcauitate epatis. Si cū urina in eius parte gibboſa. Et ſi uulnera ſint in ſpacio uentris & ſiphac fiſſus fuerit, ſi ſciſſura ad interiora uiſcera perueniat, et cibos aut chilos exeat, uulnera uſq; in concauitatē ſtomachi perforantia. Si cū egeſtione, perforata ſunt inteſtina. Si cū urina, ueſica eſt perforata. Si in pectore cadat uulnus & inde exeat quaſi uētus, uulnus perforare intelligit uſq; ad pelliculas operientes coſtas. Iterū cum ſanguis de quibuſdā exeat mēbris uena rupta intelligit. Si autem exit ſaliens & ruffus & clarus, uena inciſa arteria ſignificatur. Significatio uero de dolore membris priuato, membrorum infirmorū ſubſtantiam demonſtrat. Si dolor cum pulſatione fit, paſſio eſt in arterijs, aut in mēbro multas arterias habenti. Si cum punctura, paſſionem eſſe in membro paruum ſenſum habenti ſignificat. Si dolor ſit extenſiuus, & in ambo latera progrediatur, paſſio nerui ſignificatur. Si mollitur, extenditur, paſſio in pelliculis eſt oſſa operientibus, & cauſa faciens dolorem perpenditur. Si eſt cū dolore ſine ardore, ex frigida eſt complexione. Si habet extenſionem ſignificat uentoſitatem. Si pruriginem & uulnerationem, acutos humores ſignificat. Significatio de loco infirmi membri, quia ſi dextri ſit lateris, epar & cætera membra eiuſdem partis oſtendit infirmari. Si ſiniſtri, ſplenem cum cæteris ſimiliter membrorum locis. Significatio apoſtematis, monſtrat mēbra infirma ex ſua forma. Quia ſi apoſtema in dextro ſit latere, & quaſi medius circulus in epate eſſe intelligitur. Si longum, aut quadrangulum, in lateris erit uentris. Significatio de proprijs accidentibus eſſentiam morbi monſtrantibus, & de membris infirmantibus, aut eſt de colore ſicut maxillæ rubore, peripneumonia monſtrante, & liuido colore epaticos ſignificat & linguæ nigredine peracutas febres portendente, aut de forma ſicut de inguinum concauitate phthiſicos denotante, aut de exeuntibus corpus ſicut digeſtione quæ eſt ſicut carnis lauatura, & paſſionem epatis deficientis notat. Significant de colligantia alterius membri ſicut cum digiti deficiunt in ſenſu, & totum corpus nihil patitur. In paucis neruis ad manū uenientibus paſſionem intelligimus. Si paſſio ex alterius membri colligantia, ex compoſitione intelligitur ſua, & ſic augmentatur cum paſſione altera. Verbi gratia. Alienatio mentis ſi creſcit & augmentatur cum febri, & mitigat ex minoratione febris intelligimus eam eſſe ex colligantia cerebri cum alijs membris. Si alienatio ſit æqualis, neq; cum alia paſſione augmentatur uel quieſcit, intelligimus eſſe alienationem ſolius cerebri. Et ſimiliter omis paſſio ſi in membris fit, itidem ſe habens & ſtabilis ſignificat quia paſſio infirmantis membri ſit ſolius. Et ſi quieſcat aut augmentatur cum paſſione

alia

alia certificatur ex alicuius alterius membri eſſe colligentia. Significatur de interrogatione & inueſtigatione. Interrogatur infirmus & ſub diaphragmate pati certificatur, ex dolore quomodo ſentiat. Si in dextro latere eſſe dixerit, intelligimus eſſe epatis. Si in ſiniſtro ſplenis. Si in medio ſtomachi. Et ſimiliter interrogatur de qualitate doloris priuato illis membris. Significatio de eſſentia naturæ morbi infirmum interrogari quid ſuæ conueniat paſſioni, & quid non. Sicut ſi dubitemus paſſionem eſſe ex calida uel frigida complexione interrogandus eſt infirmus, quæ cauſa poteſtatiuę calida uel frigida dolorē ſuum mitigat. Si dixerit calida, ex cōplexione intelligit eſſe frigida. Si frigida econtra; ſimiliter antiqui medici faciūt. Si in aliquo morbo dubij ſunt, neque certificare poſſunt, tentabit ut refrigeret, aut calefaciat, humectet, aut deſiccet. Sed tamen cauendum ſibi eſt, quid poſt actionem ſuam appareat in iuuamento uel nocumento, & operetur ſecundum quod ſibi uidebitur. Et iterum: Si morbus ſubito ueniat, & uelociter quieſcat, de complexione eſt calida. Quod ſi paulatim & moretur, ex frigidis eſt humoribus. Significatio cauſæ morbi, ut ſi dubitemus aliquem morbum ex calore uel frigore, interrogetur infirmus de dieta qualis fuerit. Si fuit calefactoria ſicut eſt cibus calidus & potus. Aut nimium exercitium, aſſiduūq; balneum, & in ſole ſtare intelligimus eſſe ex calore. Si contraria contrarie. Sicut ſi interrogetur ſpaſmaticus an dieta plenitudini pertineat, utpote ſi craſſus cibus ſit, & quies, aut balneum poſt cibum. Spaſmus ex plenitudine intelligitur eſſe, & ſi laborem uel nimia exercitia ante fuiſſe profitetur, & inanitionem cum ſudore uel phlebotomia, uel digeſtione, aut acuta febri præcedente, intelligitur eſſe de inanitione. Si autem interrogetur ſtranguriam habens, aut craſſam ante habuerit dietam, aut ſanguinem minxit, uel ſaniem, uel arenā, & craſſam dietam fuiſſe dixerit, intelligimus aut propter humores craſſos & uiſcoſos conſtipationem fuiſſe unde ſtranguria fuerit. Si autē dixerit quod ante ſanguinem uel ſaniem minxerit, ex uulnere eſſe eſt intelligi. Si ante arenam uel lapides paruos minxerit, intelligimus quia lapis ceciderit in uia. Si autem nullum horum habuerit, & defectionem expulſiuæ uirtutis quæ in ueſica eſt eſſe intelligis. Maxime ſi infirmus aut miniſtri ſui dixerint, quia cum iaceat ſupinus uel ueſica præmatur, urina egrediatur. Similiter ſi homo patiatur ęgeſtionis egreſſum ſine uoluntate interrogetur infirmus in loco frigidiſſimo ſi ſederit. Quod ſi profiteatur lacertos nates circundantes friguiſſe, & uirtutem contentiuam intelligimus defeciſſe, qui emolliti ſenſum ſuum perdiderint. Si percuſſus in dorſo fuerit, intelligimus quia neruus qui ad neruum natium tetenderit, & nucha paſſa ſint. Si dixerit percuſſionem in eſſentia eſſe lacerti, incenditur, quia lacertus apoſtema habuerit, neq; ad medicandum ſe infirmus feſtinauerit. Vnde apoſtema induruit. Iterum ſi urina ſine uoluntate exierit oportet infirmus inquiratur, ſi antea

tea percuſſus fuerit,aut ſuper pectinem ceciderit,aut ueſica nimiam frigiditatem perpeſſa ſit,ſicut ſi quis in aqua frigida ſederit,uel loco frigido.Si hęc dixerit ſicut de natibus iudicandum erit.Significatio ex colligantia alterius membri paſſionis, ut ſi interrogemus qui ante oculos imaginationem uiderit,aut in ore ſtomachi punctūram,uel tetinoſitatem ſenſerit. Si dixerit ſic, intelligimus quia propter fumum aſcendētem ab ore ſtomachi ad cerebū imaginatio ſit.Sic oportet morbos intelligi interiores,ut interrogetur infirmus omnia quę neceſſe eſt ab eo inquiratur.Medicus enim non aliter intelligit niſi ex reſponſione infirmi, aut alicuius infirmo aſſiſtentis, ſecundum quod nos dicturi ſumus in ſingulorum morborum ſignificationibus.

De intentione interiorum membrorum & diuiſione eorum. Cap. II.

PAſſiones in interioribus membris naſcentes,aut in membris naſcūtur animatis,ſicut cerebro,nucha,& ab ipſis procedentibus, aut in inſtrumentis ſenſus,ſiue ſpiritus,ſicut pectore,diaphragmate, corde, & pulmone,canalibus, & gutture,aut in cibi inſtrumentis , ſicut meri, ſtomacho,inteſtinis,epate,ſplene,& felle, alijsq; cibalibus membris, aut in membris generatiuis,ſicut uulua,uirga,& teſticulis. Nos autē incipiamus à paſſionibus quę in membris animatis naſcuntur interioribus.Et in primis à cerebro,poſt ordinem conſequamur ad inferiora pertingentes à ſuperioribus.Sed tamen paruam præmittere uolumus excuſationem,quia paucas exteriorum tractaturi ſumus paſſiones mēbrorum.Non enim excipere eas poſſumus,ne forte noſter tractatus minus ſit completus , ex paſſione membrorum non exequantur ordines. Paſſiones inquam quæ naſcuntur in cerebro & eius pelliculis ſunt cephalea,phreneſis frigida & calida,apoſtemata, alienationes,lethargia,obſtupefactiones,uigiliæ quæ uocantur chuma,cōgelationes,memoriæ,corruptiones,ſcotomia, & uertigines , dormitationes, apoplexia, epilepſia, melancholia,amor . Nos autem ordiamur à cephalea.

De cephalea & cauſa & ſignificatione ſua. Cap. III.

CEphalea aut in in toto eſt capite, aut in medio,& uocatur hemicranea. Vnaquęq; autem harum, aut eſt propter pelliculas quæ ſunt ſub cute capitis,aut propter eas quæ operiunt cerebrum . Quæ in toto eſt capite,aut eſt ſecundum criſin,aut cōſecutiua febris,aut ſola per ſe. Conſequens febrem,aut de plenitudine eſt humorum,& fumi acuti in capite, qui fumus de malis eſt humoribus ſtomacho ſe includentibus cuius ſignificationes,abominatio,cordis tremor , aut de humoribus toto corpore coadunatis,aut ex defectione capitis,aut ex acumine febris, ſicut tertianæ, & cauſon. Cephalea ſola per ſe,aut ex ſola eſt capite,aut ex ſtomachi colligantia,quæ aut de mala eſt complexione,aut de officiali morbo,aut de uentoſitate,aut de percuſſione.De complexione mala,aut ſimplex eſt,aut cum materia. Simplex aut calida & de interiori naſcitur cauſa, ſicut ſi calefiant

pelliculæ cerebri, aut ex calidorum ciborum acceptione, unde capitis generantur dolores, ſicut nucum, ueteris caſei, allij, ceparum, aut de exteriori ſicut eſt calor ſolis. Significationes eius, quia ſi caput tangitur calidum inuenitur, & ſi res actualiter frigida ſupponatur, & flores frigidi in naribus, dolor mitigatur, ſicut ſi naribus camphora apponatur, & ſandali. Et de floribus, uiola, roſa, & ſimilia. Vrina & digeſtio ſunt temperata quibus non dominat colera, aliquando rubent oculi, ſi dieta infirmi calida fuit, ætas & tẽpus calidum. Aut eſt frigida, quæ aut de interiori ſimiliter eſt cauſa, ſicut ſi refrigeſcunt pelliculæ cerebri, aut de exteriori, ſicut ſi frigido in aëre caput diſcoopertum fuerit, & ſi aqua bibatur frigidiſſima. Cuius ſignificationes, quia caput eſt frigidum tactu. Cui ſi cauſa actualiter calida ſuperponatur caput mitigatur, facies nõ rubet. Infirmus nullã appetit frigiditatem, ſi dieta eius fuit frigida, ſimiliter tempus & ætas. Mala complexio ſicca, in dolore capitis eſt debilis. Humida uero ſola niſi ſit cum materia dolorem capitis non generat. Si mala complexio ſit cum materia ſanguinea, ſignificationes habebit, quia frigidis quieſcit actualibus & poteſtatiuis. Dolor eſt cum pulſatione, rubor in facie. Venæ eius rubeę & plenæ, quæ ſi tangãtur inueniuntur calidæ. Si de materia eſt colerica, ſignificatio eſt ut frigidis capiti ſuperpoſitis requieſcat, & ſi caput tangatur calidum inuenitur. Color faciei eſt citrinus, amaritudinem habet in bucca, facies eſt ſicca, pulſus uelox, ſpiſſus, ſubtilis atq; durus. Vrina alba propter calorem caput aſcendentem, habet uigilias. Si de materia eſt phlegmatica, ei quæ de frigida eſt complexione aſſimilabitur. Sed his humiditas eſt in bucca, paruus tumor in facie & corpore. Vrina craſſa, pulſus craſſus & tardus. Si cum colera ſit nigra, erit ſicut illa quę de complexione eſt frigida, ſed facies eſt liuida, cogitationis & uigiliarum eſt plurimarum. Vrina alba & ſubtilis, pulſus tardus, & ſubtilis. Dolor capitis qui ex officialibus naſcitur morbis, aut ex conſtipatione eſt quæ de multis craſſis & uiſcoſis naſcitur humoribus, eius ſignificatio, quia infirmus pleniter dietauit, facies eſt plena, & cum dolore capitis grauitatẽ habet, & tetinoſitatem, aut ex apoſtemate. Apoſtema autem aut de cauſa eſt exteriori ſicut percuſſione, colliſione, cum apoſtema de pelliculis quæ ſunt ſub cute capitis, perforat ad pelliculas durę matris ex ſuis colligantijs, aut de interiori ſicut omnia apoſtemata quæ caput patitur. Significatio doloris qui ex apoſtemate eſt calido, quia infirmus cum dolorem pulſationis ſentit, & grauitatem, febres, & capitis dolores, in facie rubet. Si eſt frigidũ dolor eſt paruus. Si apoſtema quod cauſa eſt doloris in pelliculis circundantibus cerebrum ſit, infirmus ſentit quaſi ad interiora ſibi trahantur oculi. Si autem nihil horum ſentit intelligitur eſſe paſſio in his quæ ſub craneo ſunt pelliculis. Quæ de percuſſione aut colliſione eſt cauſa, eius nulla eſt

ſignificatio neceſſaria, niſi infirmi interrogatio ſola quia eorum cauſa palā eſt & aperta. Hæ ſunt ſignificationes dolorum capiti propriorum. Si dolor capitis qui ex colligantia eſt ſtomachi, aut ex humoribus eſt colericis in ſtomacho clauſis, eius ſignificationes, puncturæ ſunt & anguſtiæ, tremor cordis, & ardor capitis, qui augmentatur cum ſtomachus exinanitur, aut poſt ſomnū, aut cum ieiunatur, aut eſt de phlegmate in ſtomacho putente, eius ſignificationes, quia ſentit abominationem, & poſt uomitum quieſcit, augmentatur autem cum cibis plenus, maxime frigidis, acide eructat. Item dolor in capite ex multa naſcitur cōmeſtione. Eius eſt ſignificatio deſiderij cibi ablatio, pigritia, & emollitio, ſtomachi defectio, ſentit dolorem in capite medio. Naſcitur item dolor capitis ex potatione uini, cuius fumus calidus ad cerebrum aſcendit, & ebrietas uocatur. Hoc autē ex defectione eſt cerebri fumum recipientis. Omniſq; dolor capitis qui eſt ex ſtomacho alleuiatur cum ſtomachus exinanitur, augmentatur cum grauatur, & cibus ſtomachi in malas qualitates mutatur. Hæ ſunt ſpecies cephaleę quæ eſt in capite. Sed oportet intelligere quia quædam eſt acuta, & uelociter finienda, quæ uocatur cephalea abſoluta, & eſt tarda, ad diſſoluendum & finiendum dura, & uocatur galeata. Hæc autem ex parua augmentatur cauſa, ſicut uoce, ignis ſplendentis uiſione, & odore uentriculos cerebri implente, & uini potatione. Hæc ſpecies ex frigidis & craſſis humoribus naſcitur maxime, & ex conſtipationibus, & forti uentoſitate. Aliquando tamen ex humoribus calidis. Galenus in libro loci paſſibilis: Cephaleam, inquit, dolorem capitis quæ galeata ſolet uocari, conſtat ex paſſione eſſe hominis. Quam ſi cū paucis diffinire uelis uerbis, cephalea erit diuturna, ad ſanādum dura, parū nociua, donec in maius nocumentum ueniat, ut nullam uocem tangibilem ſuſtinere ualeat, nec ſermonem aliquantulum clamoris habentem, nec motum, uel ſplendorem aliquem. Sed maxime amat ut in quiete, & obſcuritate maneat propter magnitudinem doloris quem ſentit. Quorum alij cogitant, quod caput quaſi uas luteum habeant. Dolor autē huiuſmodi multis in radices oculorum ſecedit. Hæc paſſio ſicut in epilepſia tempora habet interpolata, & in intermiſſionibus habet qualitates, ſicut & epileptici. Plus autem habent epilepticis, quia defectior his eſt ſuperior pars capitis. Vnde Galenus: Quorum facile capita implentur, & corpora ex capitis plenitudine ſauciantur, loca capitis, quæ recipiendę apparata ſunt infirmitati, inuenientia & appetibilia ſunt ſuſcipiendi morbi. Cum ergo mala ſit eorum dieta, cadunt in galeatam paſſionem. Neq; longum eſt à ueritate, quoſdam horum dolorem in pelliculis cerebri ſentire, & quoſdā in pelliculis cerebrū circundantibus. Quibus dolor uenit uſq; in radices oculorū, quia paſſio eſt in pelliculis ſub exteriori craneo. Itē Galen. longa uigilia, dolorē capitis generat, Corruptione eñ digeſtionis fumus ad caput aſcendit. Simile facit &

longus

longus ſomnus. Ex multa em̃ digeſtione caput implet calida humiditatē. Dolor capitis qui hemicraneus ſolet nuncupari, in media eſt parte capitis, & ex humoribus naſcit̃ peſſimis calidis uel frigidis pelliculas implentibus cerebri. Aut de fumo ad cerebrum aſcendenti à ſtomacho. Significatio ſenſus eſt doloris, ex una parte in interiori craneo capitis. Huiuſmodi habētes dolorem patiuntur ſicut & in galeata paſſione. Quod cum ſit peſſima accidentia patiuntur oculi. Aliquando enim perditur uiſus, aliquando hæc paſſio cum interpolatione uenit. Aliquando etiam dolor eſt capitis ex inanitione quæ propter ſiccitatem fit, ſi cum ſanguinis fluxus nimius eſt ex naribus aut ex menſtruis, aut hęmorrhoidę, aut fluxu uētris, aut multa effuſione ſanguinis, ſicut fœminæ patiuntur in parturitione, leuitatem ſcilicet alienationem, atq; uanitatem. Dolor itemq; capitis etiã poſt coitũ ſolet naſci. Quod ex defectione eſt cerebri, & plenitudine corporis. Item ex anguſtia, & ſanguinis minoratione, aut ex cerebri defectione, & ſenſuum multitudine. Sicut Galenus dixit in quarta particula libri, de interiorum membrorum paſſione: Poſſibile eſt, inquit, dolorem continuum capitis de defectione eſſe cerebri, aut de ſenſuum ſuorum multitudine. Item dixit in libro de cuſtodienda ſanitate titulato: Caput ſępe dolens ex perfectione eſt ſenſuum nerui qui à cerebro ad ſtomachum procedit. Naſcitur quoq; dolor capitis ex multitudine fumi caput petentis. Cuius ſignificatio, ſonus eſt in auriculis, & plenitudo in faucibus & mutatio ex latere in latus. Naſcitur item de apoſtemate calido uuluæ, poſtquam genuerit, aut abortierit, & non mũdificatum fuerit, & dolor eſt in ſummo capitis. Oportet autem intelligi quia dolor capitis qui ex paſſione eſt cuiuſdam membri, in membro quod cauſa eſt doloris, ante incipit, & poſt caput aſcendit. Dolor capitis proprius permanet diutius. Aliquando quidam patiũtur dolorem capitis, adeo ut perdant uocem. Quod ex paſſione eſt nerui ad lacertos gutturis & gulæ uenientis. Galenus dixit in libro ſermonis. Eſt quando caput partim dolet, partim non. Aliquãdo eſt in pelliculis, aliquando in uenis, aliquando extra craneum, aliquãdo intra. Quorum inueſtigatio moleſtiſſima eſt, & ad ueritatem dura.

De phreneſi calida & frigida, & apoſtemate cerebri, alienatione mentis, deq; cauſis & eorum ſignificationibus. Cap. IIII. & V.

PHreneſis aut ex calida eſt complexione quam patitur cerebrum, aut ſuæ pelliculæ, aut de calido apoſtemate in pelliculis ipſius cerebri, aut in cerebro, aut eχ multitudine coleræ quæ in uenis eſt cerebri. Qui autem dolor eſt ex apoſtemate durior & ſiccior eſt. Calidum uero apoſtema, aut de ſanguine, aut de colera rubea. Significatio febris eſt continua calor non fortis ſub tactu. Tactus capitis & faciei, calidior eſt tactu totius corporis, alienatio habetur mentis & uigiliæ, aliquando ſom-

nius cum imaginatione, & ſuſcitantur cum clamore & fortitudine, craſſeſcit in gula nigreſcens, accipit de ueſtimentis flocculos propter corruptionem imaginationis. Eorum oculi aliquando concauantur, & lippi ſunt aliquando ſicci. Quod ſi ſit ex apoſtemate ſanguineo, omnia accidentia cum riſu ſunt & ſomno, rubore oculorum, alienatione, calor eorum eſt pungitiuus, facies non multum rubea, ſed citrinitati contigua cum ſiccitate. Quod qui patiuntur ex apoſtemate colerico hæc habent accidentia ſupradicta cum ira, contentione, & perfidia. Si autem apoſtema eſt melancholicum, eadem ſunt accidentia cum uanitate, leuatione aſſidua, alienatione nimia, timore, & ſuſpitione, & ploratione. Cum his autem materijs parum miſcetur phlegmatis, habent ſuperiora accidentia cum uigili ſomno. Pulſus in tota hac paſſione paruus, defectus, parum durus, nimium diuerſus, anhelitus ſpiſſus. Eſt & alia phreneſis naſcens in cerebro ex apoſtemate diaphragmatis propter colligãtiam nerui ex cerebro deſcendentis. Omnia ſuperiora accidentia phreneſis habet iſta. Sed tamen illa non adeo fortia: Febris eſt fortior. Per totum corpus plus apparet calor ex uicinitate loci infirmantis ad cor. Hypochondria autem ſurſum trahitur, anhelitus anguſtioſus. Pectus latum, & hypochondria ſunt calida, quia cerebro ſunt uicina. Hæ paſſiones ambæ ſunt moleſtiſſimæ. Oportet autem intelligas quia qui phreneſin inciderint, & ad hanc ætatem peruenerint, non euadũt plurimi. Paſſio enim iſta huic ætati eſt contraria. Apoſtema naſcens in cerebro ſanguinolentum eſt unum in ipſo, facie & arterijs tumeſcens, ut ſentiant oſſa ſerram aſſimilantia quaſi ſint ſeparata, & nimius his eſt dolor & continuus, rubor in facie. Oculi quaſi exeunt, abominationem patiuntur. Eſt & aliud apoſtema quod uocatur eriſipela, nimium faciens dolorem, & ardorem quaſi igneum. Color eius citrinus, bucca nimiũ ſicca, alienatio mentis eſt in phreneſi ex apoſtemate calido quod eſt in pelliculis cerebri. In alia phreneſi ex calore apoſtematis in diaphragmate ad cerebrum, & eius pelliculas aſcendente propter colligantias eorum. Eſt & alienatio propter fortem calorem febrium, cum & fumus febris aſcenderit, & caput inde defecerit.

De lethargia, & cauſa, & ſignificatione. Cap. VI.

LEthargia eſt corruptio quam patitur memoria naſcens ex complexione mala & frigida, aut de materia phlegmatica, quæ cerebro ſiue puppis ſuæ dominetur, ſicut phreneſis quæ naſcitur ex coleræ rubeæ dominatione. Similiter hæc eſt ex abundantia humiditatis & phlegmatis. Significatio eius tepida, & febris lenta propter putredinem phlegmatis. Et habent ſtuporem & ſomnum difficilem, ad excitandum. Si autem de aliqua re interrogantur, duriter & moleſte ab eis reſpondetur.

Mente

Meu te alienantur, oſcitationem habẽt nimiam. Buccam apertam, quaſi oblati ſint cludere eam, alij habent ſolutionem phlegmatis, alij ſunt conſtipati. Vrina eorum turbida quaſi aſinina, uel iumentina, habent etiam tremorem, & in extremitate corporis ſudorem. Eorum facies nigredini pertinet. Tremunt, pulſus eorum mollis eſt & magnus, diuerſus & æſtuoſus, ſicut peripneumonicorum pulſus, anhelitus tardus, defectus, & diuiſus. Si lethargia ex ſiccitate ſit habent uigilias, non ſtuporem, ſomnum qui cauma uocatur uigilem. Stupor eſt aut de frigida complexione quam patitur cerebrum, aut de materia phlegmatica, aut de febri acuta, aut ex percuſſione quam lacerti patiuntur corporis, aut ex compreſſione cerebri, aut ex confractione oſſium capitis, aut de fruſtulis quæ fractis oſſibus capitis ſuperponunt cum medicari uelit medicus. Vigilia ex complexione ſicca, aut ex materia melancholica, ſiue colerica, cum autem cauſa faciens uigilias cauſæ commiſcetur facienti ſtuporem, fit illud quod cauma uocatur. Si phlegma plus abundet, ſtupor maior fiet. Si ſiccitas maior uigilia. Infirmus ſe habet quaſi uigil dormiens. Oculi enim eius aperti, mens turbata, & alienata. Significatio qua monſtratur hæc paſſio, ex phreneſi & lethargia eſt compoſita. Significatio propria, infirmus iacet ſupinus, & extenſus quaſi mortuus. Oculi ſunt ſani, facies in quodam tempore eſt tumida, color quaſi niger. Aliquando habet duritiem urinæ, aliquando mollitiem. Quæ paſſio cum ſit debilis, ſi mittas aliquod iuſculum in os ægroti tranſgluciunt. Sin autem fortis, non tranſit, ſed naribus exit. Huiuſmodi ægroti uigilias habent nimias, conſtipationem urinæ, neque anhelitus eorum apparet. Pulſus eorum eſt paruus, defectus atq; ſpiſſus. Differt ab apoplexia, qui habens hanc paſſionem, habet anhelitum rectum & ſanum. Si autem hanc paſſionem mulier patiatur, uidendum eſt ne ſuffocatio matricis habens ſuffocationem, iacet ſecundum ſuam conſuetudinem. Aliquando alleuiatur paſſio, & intelligit quod audit, aliquando nimiam habet defectionem. Illa autem quæ uocatur ſcotocos, id eſt, congelatio, naſcitur ex oppilatione quod eſt in uẽtriculis puppis cerebri de humoribus frigidis, & ſiccis, aliquãdo ex nimia potatione aquæ frigidæ, & in ea balneatione, & fructuum refrigerantium commeſtione. Significatio ſua, quia totum corpus eſt ſine ſenſu, & motu, & ſuſpenſus eſt ſicut mortuus. Differt autem à ſtupore, quia in ſtupore oculi ſunt clauſi, in cõgelatione uero aperti. Quando autem paſſio hęc homini incipit uenire, remanet prout hominem inuenit ſe habentem, ſiue ſedeat, ſtet, aut dormiat, aut oculos apertos ſeu clauſos habeat. Similiter aliquid operetur, eodem modo operatur. Præter has ſignificationes habet & eas quas & cauma. Corruptio rationis & memorię, aliquando unum corrumpitur ſolum, aliquando utrunque ſicut ſeniores patiuntur. Quibus contingit ex defectione cerebri. Corruptio hæc aut ex frigida & ſimplici

eſt complexione, aut ex phlegmatica materia. Si ex complexione eſt frigida, infirmus patitur grauitatem cum obliuione, & pigritiam cum ſomno. Si cum humiditate ſtuporem & obliuionem. Si de frigiditate & ſiccitate, uigilias patitur nimias. Si de materia eſt phlegmatica, purgatur per os, nares, & aures. Scotomia autem & uertigo aut proprie ſunt ex cerebro, aut ex alterius membri colligantia. Si ſcotomia ſit ex cerebro, aut de complexione eſt frigida & humida, aut de phlegmaticis eſt humoribus proræ cerebri dominantibus. Vertigo aut de humoribus eſt phlegmaticis in uenis cerebrum circundantibus coadunatis, aut de humoribus colericis, uel ſanguineis qui non poſſunt diſſolui, & ita rotatur circa cerebrum, aut de compreſſione cerebri propter fracturam oſſium capitis, aut preſſuram alterius rei. Significatio ſcotomiæ, quia homo eſt ſicut manioſus, omnia eius membra debilia propter mollitiem nerui de phlegmate cerebri. Significatio uertiginis, quia infirmus omnia ante poſita uidet moueri, maxime res rotundas ſicut molas & ſimilia. Si de phlegmate, os habet acidum, uel ſalſum. Si de colera rubea, os habet amarum. Vniuerſales ſignificationes utriuſq; paſſionis obſcuritas eſt oculorum, grauitas & tinnitus aurium. Si ex colligantia ſit cerebri ad alia membra ex ambarum erit paſſione arteriarum, quæ ſunt poſt auriculas propter complexionem frigidam, aut ex humoribus phegmaticis uel colericis. Signa quia hæ uenæ ſunt extenſæ & plenę. Alia ex paſſione ambarum uenarum iuuenalium propter frigidam complexionem, aut humores phlegmaticos, uel colericos. Signum, quia collum eſt extenſum. Alia ex ſtomachi patientis eſt colligantia, propter complexionem frigidam aut phlegmaticam. Signum, quia infirmus habet abominationem, cordis tremorem augmentantur per nimiam commeſtionem. Item quando naſcitur ſcotomia ex continuis acutis febribus.

De apoplexia & epilepſia & cauſa & ſignificatione. Cap. VII.

APoplexia & epilepſia naſcuntur ex uentriculorum cerebri conſtipationibus. Eſt autem apoplexia cum tres uentriculi cerebri omnino oppilantur & ſubito. Vnde uirtus ſenſibilis & mobilis tranſire prohibentur, ut membra ſenſibilia & motus uoluntarius aliquid operentur. Ceſſant ergo uirtus & motus, & regitiuæ uirtutis actiones ceſſando minuuntur. Oppilatio autem huius paſſionis ex humoribus eſt phlegmaticis, craſſis & uiſcoſis, aut de phlegmate cum melancholia ſe miſcente, ſeu ex craſſiſſiſſimo ſanguine, aliquando ex uini plenitudine, & ebrietate. Quæ apoplexiæ ſpecies mortalis eſt ſicut Hippocrates in aphoriſmis. Si, inquit, ebrius apoplexiam patiatur, ſpaſmatur atq; moritur, ſi non febres ſuperueniant aut non loquatur cum ebrietas diſſoluitur, antecedit paſſionem hanc dolor in capite acutus, tumor in faucibus, obſcuritas in uiſu, uertigo, ſplen-

doris

doris imaginatio,extremitatum frigitudo,corporis titillatio. Significatio huius paſſionis,uicina eſt ſignificationi congelationis. Infirmus nõ dormit nociua ſuper corpus cadentia non ſentit. Anhelitus eius quaſi ſtertentis au-ditur. Cum augmentetur paſſio anhelitus fit ſtertentior, & in anhelitu ali-quando ſonus pectoris auditur. Quod ex duritie & anguſtia fit ipſius anhe litus. Si autem paſſio non confortetur. Phlegma ſonans non tranſglutitur, ſed per nares emittitur. Si hæc paſſio fit ex phlegmate, uel ſanguine, facies rubet. Si de colera nigra, facies nigredini pertinet. Patientes oculos habẽt apertos, ſiue clauſos & permanent ſicut fuerint in latere ſcilicet aut ſeden-tes. Hæc paſſio ſi ſit fortis non ſanatur. Si debilis ad ſanandum dura ſit, ſed mouetur in epilepſiam, & paraliſin. Sicut Hippocrates dixit. Apoplexia ſi ſit fortis non eſt ſanabilis. Si debilis non facile curabis. Epilepſia eſt cum to-tum corpus ſpaſmum patitur, uel in terram cadat infirmus, aliquando tem poribus conſtitutis, aliquando interpollãs diuerſis. Cauſa eius cauſa eſt apo plectica. Sed tamen minor in fortitudine & uirtute. Cauſa enim quæ epile-lepſiam facit, non eſt in omnibus cerebri uentriculis, Sed quidam oppilanẽ uentriculorum, & uiæ neruorum membra corporis mouentium. Sua mate ria minor etiã apoplectica. In quantitate, qualitate, & ſubſtantia. Vnde fit ut infirmus in epilepſia ſentiat, & ſe moueat. Quod non fit in apoplexia, & inde dicunt epilepſiæ cauſam apoplexiæ eſſe mediam. Quædam autẽ epi-lepſia eſt à cerebro, quædam ex neruorum ſpaſmo. Quę eſt ex cerebro, quę dam eſt ex ipſo ſolo, quędam ex colligantia oris ſtomachi, uel alterius mem bri. Quæ eſt ſolius cerebri, naſcitur ſicut dixi ex conſtipatis ipſius uentricu-lis, & quia ſpiritus atq; uirtus motiua prohibentur, ne ad membra tranſeãt quæ uoluntarie mouentur. Hæ oppilationes ex humoribus ſunt phlegma ticis craſſis & uiſcoſis, in hora paſſionibus ad uentriculos deſcendentibus cerebri, aut ex craſſis humoribus melancholicis, aut ex compreſſione ce-rebri cum franguntur oſſa capitis. Aliquando hæc paſſio naſcitur cum ro-tando uel circũeundo homo ſe moueat centies uel amplius. Humores atq; ſpiritus caleſiunt & mouentur, & ita homo in terram labitur. Epilepſiam de cerebro, procedit capitis nimius dolor cũ grauitate, & uiſus obſcuritate, corruptionibus ſenſuum, auditus, guſtus, & odoratus. Si ſit ex phlegmate fit corpus plenum, craſſum, & album. Eius dieta fuit refrigeratiua, humecti ua, & phlegmatis generatiua. Si de colera eſt nigra, fit homo macidus co-lor niger, eius dieta deſiccatiua fuit, & melancholica. Epileptici propter ſto machum, ex fumo patiuntur phlegmatico uel melancholico ad cerebrum aſcendentibus, & uentriculos eius implentibus & oppilantibus. Pręcedit hanc nimia anguſtia oris ſtomachi, abominatio, cordis tremor, punctura in ſtomacho, maxime ſi tardetur cõmeſtio, aut minoretur. Hec cum termi-nentur ſubito labuntur, Aliquando pręcedit obſcuritas, aliquando clamãt

uoce

uoce magna, aliquando non cadunt ſed debilitantur, & deficiunt, currit de oribus eorum ſaliua. Epileptici ex alijs membris corporis, ex fumo patiunt frigido aſcendente ad cerebrum de patiente membro, ſicut in manuũ, pedum, digitorum uidemus paſſionibus, & in colica & matricis paſſionibus. Omnium horum ſigna ſunt paſſioni oris ſtomachi ſimilia. Fumus enim ab his ad cerebrum aſcendit. Aliquando etiam contingit mulieribus cõcipientibus, ſed cum parturierint ſanantur. Aliquando morſis à ſcorpionibus ſi neruos inciderit morſus. Signa harum omnium, quia fumum frigidum ſentit aſcendere à membris ubi ſunt, & hoc ſubito à mẽbro ad membrũ quod perueniat ad cerebrum. Et ita cadunt homines huiuſmodi paſſionem habituri, paruum ante tempus prænuntiant affuturam ſibi, ex his quæ ſentiunt indicijs. Epilepſia ex ſpaſmo quæ cæteris eſt peior: eſt cum ſpaſmus per omnia membra corporis conſequitur. Cum enim à cerebri uentriculis, & omnes ex illa abundantia impleantur nerui, actiones principales membrorum, & maxime regitiuæ uirtutis patiuntur. Et ſicut antediximus ex humoribus phlegmaticis uel melancholicis conſequitur cum nerui per latum extendãtur. Vnde neruus ſpaſmus prouenit, deinde homo in terram decidit. Hæc ſpecies epilepſiæ uicina eſt apoplexiæ. Precedunt ẽm epilepſiam, abominatio, & obliuio. Quando ſtabilis eſt, omnium ſpecierum habet ſignificationes. Sputa in ore, flagellationes ex ſui parte. Sputorum cauſa eſt, quia natura expellere uult cauſas morbum facientes. Flagellationum cauſa uirtutis expulſiuæ, motus eſt ad eoſdem expellendos humores: particularia ſingulorum hominum in hac paſſione accidentia fortiter cadunt, clamant, linguam maſticant, preter uoluntatem exeũt digeſtio & urina, in alijs ſperma. Signa, ut infirmus cum uino & myrrha & cornu caprino fumigetur. Detur ad comedendum epar caprinum aſſatum, & odoret ipſum. Cito enim propter hoc incidunt terræ, & apparent ſignificationes dictæ. Alij dicunt ſi pelles caprinas ueſtiunt nouiter excoriatas, quæ ſi infundant aqua ilico cadũt. Multi hac paſſione moriuntur, quia accidentibus his moleſtantur. Plurimũ hoc paruis pueris euenit poſteriori quoq; ætati & iuuenili. Raro ſenium & ſenectus propter ſiccitatem membrorum ſuorum patiuntur. Pueri duabus habent ex cauſis, aut propter naturalem humectationẽ ſui cerebri, aut propter malam dietam. Si cauſa huiuſmodi ex complexione eſt naturali, in initio natiuitatis contingit. Si propter malam dietam ſit, poſt cõſequitur, neq; unquam ſanantur ſi poſt ætates has uenit. In pueritia multi curantur, ſi ſecũdum quod oportet medicinentur. Sanitas eorum in ætatis, regionis, & dietę eſt cõmutatione. Sed ſi uiginti annos tranſeat, morietur cum ipſa. Eſt & paſſio altera ex craſſis naſcens phlegmatibus. Hanc aliquãdo propter ebrietatem ſolent pati, & ex mala digeſtione, & multa cõmeſtione craſſorum ciborum maxime, & quia neq; balnęãt, uel exercent ſe. Hæc paſſio præcedit

ſtuporem

ſtuporem & epilepſiam. Oportet ergo hanc negligi ſi appareat homini. Signa, quia uident in ſomnis quaſi res incidat ſibi grauis, aut quaſi eum aliquid accipiat, & conſtringat, aut ſicut ab aliquo ſuffocetur, uellet aũt clamare cum non audiatur.

De melancholia & timore qui eros dicitur, & cauſa & ſignificatione. Cap. VIII.

MElancholia eſt ſine febri, alienatio mentis, contingit autem aut ex cerebro, aut ex colligato ſibi membro. Si ex ſolo cerebro fit, ex humoribus eſt melancholicis in cerebro naſcentibus, aut à ſtomacho uenientibus, & paulatim ibi ſe coadunantibus, & ipſum incendentibus. Vnde animus conturbatur, & rationabilitas mutatur. Ex colligantia cerebri ad alia membra fumei & melancholici ſunt humores à ſtomacho ad cerebrum aſcendentes, ex materia quæ eſt in ſtomacho, aut ſub hypochondria. Eſt & melancholia quæ ex totius corporis humoribus eſt incenſus. Aliquando eſt ex timore & triſtitia. Signa melãcholiæ uniuerſalia, eſt timor & triſtitia, & incenſio mala. Alij enim timent mortem, alij deſiderãt eandẽ, alij multum rident, alij multum flent, alij ſe negant, alij ſe uaſa eſſe lutea putantur, & cauent ne ea frangantur, alij ſperant quod ſint bruta animalia, & ſicut galli clamant, alij diuinant, & ſe de diuinis prædicere putant. Significatio unius cuiuſq; ſpeciei propria. Quæ enim de humoribus eſt melancholicis in cerebro incenſis, nimiam habet alienationem, anguſtias, triſtitias, timores, dubitationes, malas imaginationes, ſuſpitiones & ſimilia. Si ex ſtomacho, acide ructant, uel fumoſe, malam habet digeſtionem, ſputa multa, dolorem ſub hypochondria, ardorem, ſonitum, tetinoſitatem. Similiter inter ſpatulas, hæc autem accidentia poſt cibum ſunt uenientia. Quæ ex ſanguine eſt ardente, alienationẽ, cum riſu & lętitia. Corpus infirmi macidũ. color rubeus. Pili in corpore ſunt nimij, niſi in pectore, uenæ latæ, oculi rubei, pulſus magnus, parum uelox, dieta eius calida & humida, ſicut carnes, dactili, mel, uinum forte. Hæc ſunt eius ſigna quæ ex multo eſt ſanguine, grauitatem ſentit in corpore, & per hæmorrhoiden ſanguis effluit ex conſuetudine, & reſtringitur, fœmina perdit menſtrua. Hæc omnia abundãtis ſanguinis ſunt ſigna. In humoribus ex colera rubea, habent alienationem, clamorem, inſtabilitatem, uigilias, non quieſcunt, multum iraſcuntur, calidum habent tactum ſine febri, maciditatem, & corporis ſiccitatem, oculorum inſtabilitatem, aſpectum quaſi leonis, citrinitatem coloris. Ætas eſt iuuenilis, complexio naturaliter calida, fabulatores antea. Dieta calida & ſicca fuit, ſicut allia, cepe, ſinapi, & ſimiles herbæ calidæ, laborioſos ieiunatores, parum comedentes, multum bibentes uinum dulce & uetus, & ſimilia. Vnde paſſio certificatur durior & moleſtior. Si humores ſint melancholici, infirmus anguſtiatur, triſtatur, cogitoſus fit & timidus, plorãs & mala imaginans, ſolitudinem amans. Et habet omnia accidentia melancholicis uni-

uerſalia: Sed tamen habens in cerebro, ex colera nigra. Hęc habet proprie tumorẽ, triſtitiam, quæ accidũt ex nigredine & obſcuritate humorũ, & turbiditate animorũ. His ſignificationib. ſpecies huius infirmitatis intelligũt. Hippocrates in ſecunda epidimiæ particula, cuius cor inquit complexionẽ habet calidam & ſiccam, complexionem uero cerebri humidam, facile cadunt in melancholiam. Colera enim dominans uſqꝫ in iuuentutem incenditur, & in coleram nigram conuertitur. Complexio cerebri cum frigida & humida ſit, molleſcit & deficit, unde fumum melancholicum aſcendentem à corpore recipit, deinde obſcuratur, triſtitia & timore ſibi dominantibus. Hæc duo accidentia melancholiæ ſunt propria. Vnde in aphoriſmis Hippocrates: Timorem & triſtitiam diu patiens, melancholiam intelligitur habere paſſionem. Hæc autem paſſio plurimum fit in autumno. Eſt & alia ſpecies melãcholica, quam qui habent galli ſibi habere uidentur ſimilitudinẽ & clamant ſicut galli, & latrant ſicut canes, imò ſe eſſe dicunt canes, exeunt noctu ad monumenta, & ibi uſqꝫ in diem morantur. Signa, quia color eſt citrinus, oculi obſcuri, ſicci, concaui, os eius ſiccum, ſitiens multum. In pedibus eius uulnera, & puſtulæ uidentur, in facieqꝫ ſimiliter, quia offendens cadit ſuper faciem. Cruribus ſemper habent caninos morſus. Nunquam ſanantur qui hac ſpecie infirmantur. Oportet autem intelligatur quia hæc paſſio à parentibus hereditetur. Amor eſt conſidentia animæ ſuſpicioſa in re amata, & cogitationis in eadem aſſiduitas. Cuius ſignificatio, oculorum eſt concauitas, & eorum motio aſſidua, maxime palpebrarum, neqꝫ lachrymantur, pulchritudinem habent in uiſu. Membra pręter oculis in maciem mutãtur. Pulſus eorum ſicut triſtium. Sed ſi res amata nominetur, pulſus de ſua natura mutatur, diuerſatur & turbatur. Hæc eſt ſignificatio morborum in cerebro naſcentium. Oportet autem intelligi quia ſignificationes quorundam morborum, duorum uel trium, cõmunes ſunt paſſionum. Sicut eſt alienatio pertinens phreneſi, & melancholiæ, & ſtupor lethargię, & paſſioni cauma uocatę, aliæ unius cuiuſqꝫ morbi ſunt propriæ, ſunt triſtitia, & timor melancholiæ. Spuma quoqꝫ epilepſiæ. Vnde non eſt neceſſe in cõmunibus ſignificationibus confidere, niſi proprias unde poſſit iudicare ſatagat his adiungere.

De paſſionibus quas patitur nucha, ſicut emollitione, titillatione, & ſimilibus.

Cap. IX. & X.

PAſſiones in nucha & neruis à nucha procedentibus, ſeptem eſſe perpenduntur, mollities, epilepſia de ſpaſmo, epilepſia, dormitationes, ſpaſmus, tremor, titillatio. Mollities eſt cum in initio neruus ad aliquod membrorum ueniens oppilatur. Virtus enim motiua contrahitur ne trãſeat ad membrum illud, deinde membrum illud emollitur, ut neqꝫ ſentiat neqꝫ moueatur. Si autem oppilatio ſit in omnium neruorum initijs, au

fertur ſenſus cum motu corporis totius,& inde actioni regitiuę nocetur,& tunc epilepſia de ſpaſmo uocatur. Quæ de phlegmate eſt frigido cerebri implente uentriculos. Si autem oppilatio in latere ſit uno, totius illius lateris & faciei ſit emollitio, & uocatur epilepſia uel paralyſis. Si quæ oppilatio in nucha ſit in initio, fit membrorum quæ ſub facie ſunt emollitio. Et ſi unum latus nucha oppilatur membra illius lateris emolliuntur. Si uero ſit oppilatio in neruis ad lacertos faciei uenientis initio, & hoc in latere uno, in latere illo faciei eſt emollitio, & uocatur paralyſia. Quę paralyſis ex mollitie & ſpaſmo naſcitur coadunatis. Quia emollitur unius maxillæ lacertus & alterius ſpaſmatur. Si conſtipatio ſit in initio nerui ad guttur uenientis amputatio fit uocis. Si in neruo ad pectoris ueniente lacertos fit anguſtia anhelitus. Et ſi in neruo qui uenit ad ueſicæ lacertos, exit urina præter uoluntatem. Si in lacertorum natium neruo, exit ſine uoluntate digeſtio. Itidem de cunctis eſt intelligendum membris, ſi ad lacertos eorum uenientes oppilentur nerui. Emollito enim neruo, membri ſenſus ex neceſſitate amittitur atque eius motus. Conſtipatio autem naſcitur aut de phlegmaticis & craſſis humoribus, aut de compreſſionibus. Compreſſiones aut ſunt ligamēti, aut apoſtematis in nucha naſcentis, aut oſſis locum ſuum exeuntis, & neruum comprimentis. Iterum mollities membri ex inciſione ſui nerui ad illud uenientis, & fractione ipſius ſi per latum incidatur. Quæ mollities nunquam ſanatur. Sed ſi per longum amputetur nihil nocumenti membrum patitur. Galenus: Hæc paſſio inquit, plurimum ſenibus contingit, ſi eorū capita humoribus frigidis ſint plena. Quibus ſi ſubito ſuperuenerit calor, aut nimia frigitudo, humores liquefiunt, & in locum ubi neruus incipit deſcendunt. Maxime patiuntur hæc qui neruos habent debiles. Fortibus enim neruis raro hoc euenit. Significatio unde nerui intelligitur mollitio, ſatis eſt in propatulo. Ex ſui ſcilicet emollitione, & ſenſus, motusq́ ablatione. Si ex humoribus ſit phlegmaticis, fit ſubito ſine cauſa exteriori. Si ex compreſſione ſit ligamenti, intelligitur quia ex ligamento fuerit. Si de inciſione aut compreſſione nerui, neceſſe eſt præceſſiſſe percuſſionem aut caſum. Aliquando tamen emollitio ſubſequitur, cum membrum à ſui concatenatione diſſoluitur. Propter humiditatem enim uiſcoſam infunditur ligamentum, & lubricatur os, ut exeat locum ſuum. Aliquando ex materia contingit. Sicut uidetur in fine acutę paſſionis, utpote phreneſis ex emollitione membri. Sępe etiam ex colica paſſione ueniunt emollitio, & concatenationis ſeparatio, cum morbus ſecundum criſin finiatur, natura humores expellente ab interioribus ad exteriora. Vidi autē multos ileon habentes quibus cubitorū ſeparantur concatenationes, alijs coxarum, alij motum ſpatulæ perdunt. Sed tamen horum ſenſus eſt perfectus. Paulus dixit quia multos colicam paſſionem perpeſſos uiderit, & de emollitionibus extremita-

tum curati ſunt, neque ſenſus perdiderunt. Epilepſiæ ſignificationes quĩ habens cadit ſupinus, uox, & uoluntarius motus amittuntur. Præcedit autem hanc paſſionem dolor in capite nimius, & plenitudo in faucibus. Vertigo & obſcuritas uiſus, frigiditas in corporis extremitatibus, titillatio in corpore toto, grauitas in motu, ſtridor dentium in ſomno. Vrina nigra, hypoſtaſis eius quaſi farina craſſa, aut ſcabies. Hæc paſſio plurimũ ſenioribus contingit, & hominibus frigidæ & humidæ complexionis, & quorum dieta craſſa eſt, & phlegmatis generatiua. Iuuenes non liberantur, ſi hanc paſſionem in calido tempore patiantur. Peior qualitas huius paſſionis, habitus eſt anhelitus mali, & diuerſi, & ſuæ diuerſitatis ablatiui. Separatio concatenationis palam eſt. Cum enim oſſis fruſtum uideatur paret quod ſuas cõcauitates exierit. Aliquando in membro uno ſimul ſunt emollitio, ſpaſmus & ſeparatio. Quod uidere poteris cum mẽbrum emollitum, & ſeparatum tremat contra ſui initium. Aliquando uidebis ſeparatum, ſpaſmatum, & tremulum. Vnde oportet præuideri ne in medicina decipiaris. Paralyſis eſt faciei tortio, & maxillæ in latus unum motio. Quod contingit ex motiua uirtute ad lacertos faciei & oculorum non tranſeunte. Naſcitur item paralyſis ex ſpaſmo unius maxillæ lacerti, qui ſanam maxillam ſibi trahit. Cuius ſignificatio, quia oculus infirmi ex parte ſani lateris non poteſt claudi. Inferior enim palpebra, retinetur circa inferiora. Quem ſi ſufflare præceperis, flatus ex una tantum oris parte exit. Quod fit quia maxillæ lacertus in unum latus protrahatur. Quia uero ſenſus & motus amittuntur, omnes ſpecies emollitionis certificantur. Dormitatio naſcitur unde & emollitio, ex neruorum ſcilicet conſtipatione. Sed tamen emollitionis cauſa eſt fortior hac. Vnde & ſenſus perditur & motus. Item dormitatio ex frigida complexione naſcitur, quia neruus in ſuam partem cõplicatẽ & corrugatur. Et ideo parum uirtutis animatæ ad illum poteſt tranſire, & quod tranſit, non perfecte tranſit. Aliquando ex nimia naſcitur frigiditate niuis, & corrugatione. Aliquando ex nerui defectione, ſicut illius qui ſuper membrum iacuerit. Aliquando ex uentoſitate clauſa ſubtus nucha, & ipſa comprimente nucha, quæ uirtutem motiuam oppilat, ne ad neruum tranſeat. Significatio huius paſſionis, quia quaſi formicas ambulantes per membra ſentit, ſicut uidemus in ſuper membra ſedentibus.

De ſpaſmo ex plenitudine. Cap. XI.

SPaſmus eſt minoratio longitudinis membri infirmi in quantitate ſua naturali. Quod aut in toto eſt corpore, & uocatur tetanus, quo corpus totum extenditur, uel multa membra in utraq; ęqualiter latera. Et eſt extenſio erecta in neutra ſe mouens latera. Tetanus uero in acuta eſt paſſione. Si autem ſpaſmus in membris eſt anterioribus, anterior ſpaſmus uocatur. Hic fit cum paſſione in poſterioribus lacertis. Si retro ſpaſ-

mus uocabitur poſterior. Tunc uero in anterioribus lacertis eſt paſſio. Spaſmus autem eſt unius cuiuſq; membri cum patitur neruus ueniens ad lacertos patientis membri. Spaſmus uel tetanus ſiue ex plenitudine uel ex inanitione ſint, aut ex mala complexione frigida naſcuntur, aut ex apoſtemate alicuius nerui calido. Ex plenitudine cum impletur neruus ex malis humidis & phlegmaticis humoribus eum extendentibus, & a lõgitudine ſua, eum minorantibus, & lacertum ad quem ipſe uenit neruus ad ſe contrahentibus. Vnde membrum infirmum curatur ſicut ſuccus de corio factus. Cuius ſi de aliqua re plus quam capere poſſit. Plurimum naſcitur hic ſpaſmus in pueris craſſum lac ſuggentibus, & multis ſine cautela commeſtionibus, & neruorum defectionibus, eorumq; emollitionibus, & eorum extendendorum facilitatibus. Quorum ſanitas eſt facillima. Significationes pręcedentes ſpaſmum in pueris, acuta eſt & continua febris, uigiliæ, & conſtipationes uenarum, citrinitates colorum. Virilia membra fortia ſunt & ſicca, paruum ex plenitudine ſpaſmum patientia. Qui cum euenerit durus eſt ſanari. Significatio eius quia uenit ſubitus. Dieta ante fuit pertinens plenitudini. Aliquando etiam poſt ebrietatem uenit. Hippocrates: Qui habent inquit ſpaſmum, ſi febres quartanæ ſuperueniunt cito ſoluitur ſpaſmus eorum. Hæc enim febris ex putredine craſſi & melancholici eſt humoris. Quod cum calefit diſſoluitur, & conſumit in membris. Oportet autem intelligi, quia ſi iuuenes & adoleſcentes epilepſiam, paralyſim, apoplexiam, & epilepſiam paſſi in æſtate fuerint, ex plenitudine peſſima & moleſta eis contigerint. Cauſæ enim has facientes paſſiones, ætatibus eorum non ſunt conuenientes. Minus moleſtę ſunt & citius deficiunt, ſi ſenibus in hyeme ueniunt propter concordiam paſſionum, ad complexiones eorum & naturas temporis anni.

De ſpaſmi exinanitione. *Cap.* XII.

Spaſmus ex inanitione, ſiccitas eſt nerui, & contractio ſui cum contractione lacerti in ſe, & membri cuius erat minoratione, ſicut uidemus in cordis citharæ, quæ cum igni appropinquent, aut calido aëri contrahuntur, & per ſe rumpuntur. Eſt autem hunc ſpaſmum intelligi de inanitione præcedenti, ſicut nimia ſolutione uentris, aut in mulieribus fluxu ſanguinis, ſeu fluxu de uulneribus, ſiue de naribus. Similiter de re ſiccatiua, ſicut labore, fame, uigilia, febri acuta. Hic ſpaſmus peior eſt quã ex plenitudine, humores diſſoluit, & propter calorem deſiccat materiam unde ſpaſmus. Si uero ſpaſmus poſt febrem uenerit, ex ſiccitate & conſumptione fit humiditatis propter calorem præcedentis febris, quod peius eſt priori. Maxime hic ſpaſmus poſt febres quæ ſunt ex apoſtemate cerebri naſcitur. Vnde Galenus: Omnis inquit ſpaſmus poſt febres naſcens, peſſimus eſt. Spaſmus ex frigida naſcens complexione, aut eſt interior ſi

cut cum ex humoribus frigidis congelantur,& corrugãtur lacerti corporis,& maxime illi qui ſunt ſuper ſpõdyles dorſi,uel colli,ſeu totius corporis. Si in membris ſit anterioribus,anterior uocatur ſpaſmus. Si in toto corpore ſpaſmus abſolutus. Cuius ſignificatio eſt,quia rubeus,uiridis,uel liuidus eſt color,oculi quaſi foras exeũt,& maiores apparent quã fuerunt, infirmus quaſi ridet,corpus inflatur. Sonant digiti eius,uigilias, urinæ ſolutionem,digeſtionis conſtipationem patitur. Vrina paulatim exit ſicut ſanguis. In initio morbi patiuntur ſingultum,& dolorem in capite, cubitis & dorſo,aliquando tremorem,& à lecto propter ſpaſmũ cadunt. Hunc ſpaſmum & tetanum habentium expectet mors in diem quartum. Quẽ diem ſi tranſierint morbus tranſit,& ſpes eſt ſanandi. Spaſmus quem neruus patitur ex apoſtemate calido eſt,cum ad cerebrum uenit paſſio. Vbi apoſtema naſcitur,inde pelliculæ patiuntur.

De tremore qui & paralyſis dicitur. Cap. XIII.

TRemor contingit ex defectione motiuę uirtutis,quę in trementibus eſt membris. Eſt autem duabus de cauſis, aut ſcilicet de interiori,aut de cauſa exteriori. Ex interiori, ſicut de frigida complexione ſicut patiunt ſeniores,& aquã frigidam bibentes, ſiue in ipſa balneantes,ſeu nimium uinũ bibẽtes. Multum eñ uinum corpus refrigerat, uirtutem diſſipat. Aut ex oppilatione craſſorum humorũ uirtutem motiuã cõtrahentium,ne perfecte tranſire poſſit ad membrum. Vnde deficit motio illius membri,aut de humoribus craſſis in ipſo membro coadunatis. Quia cum uirtus motiua membrum trahit ſurſum, ipſi ſui grauitate deprimunt deorſum. Interq́; duo motus ueniunt cõtrarij, qui iunoti tremor ſunt uocãdi. De exteriori cauſa,ſicut anguſtia,ira,ſuſpitione,& tremore. Titillationes,ſeu iectigationes de uentoſa craſſa & fumoſa ſunt naſcentes. Quod intelligimus quia nõ niſi frigidis naſcuntur temporibus, & frigidis atq́; phlegmaticis corporibus cum in aqua frigida balneentur.

De gibboſitate. Cap. XIIII.

GIbboſitas aut eſt anterior, quod fit cum dorſi ſpondyles exeunt anterius,aut poſterior, cum protenduntur in poſterius. Aliquando etiam exeunt in aliquod laterum,& quod inde fit uocatur tortuoſum. Exitus autẽ ſpõdylium,aut de cauſa eſt interiori,aut exteriori. De interiori,ſicut cum humores ſint craſſi,& uiſcoſi, quibus nucha extenditur, & ligamenta ſpondyliũ infundunt,& lubricę ſpõdyles efficiunt. Deinde ſeparate locũ ſuum exeunt. Itẽ de cauſa interiori,ſicut cũ calidum apoſtema naſcit in lacertis ſpondylibus uicinis. Quas cõprimẽs de loco ſuo expellit, aut de uentoſitate ſubtus ſpõdyles ſe claudẽte. Hęc ſpõdyles premit, & à loco ſuo ſecludit. De cauſa exteriori, ſicut caſu, percuſſione,& ſimilibus. Gibboſitas aũt adeo eſt aperta ut nõ ſignificationibus indigeat. Sed tñ eã

quæ

quę eſt ex apoſtemate ſequit̃ tuſſis, anguſtia, anhelitus, quę eſt ortomioſus. Oportet aũt intelligi qđ gibboſi propter apoſtema pectoris ante ętatẽ citò ſunt morituri. Apoſtema enĩ naſcens his quorũ mẽbra augmentant̃, & ipſum in pectore augmentabitur, neq; pectus propter hanc paſſionem dilatatur, neq; coſtę creſcunt, cor autem & pulmo ſemper accipiunt incrementũ. Quod cum fiat, pectus nimium ſtringit̃ propter non creſcentes coſtas. Apoſtema uero, cor quoq; & pulmo ſemper augmentant̃, unde neceſſe eſt anhelitus conſtringat̃, ex qua duritie moriuntur. Hippocrates: Habentes gibbũ cum tuſſi & anhelitu ante ætatem moriuntur. Locum ſpondylis infirme poteris certificare, ſi ſuper ſpondyles dorſi manũ tuam à ſurſum uſq; deorſum moueris. Cum autem manus tua ſuper ſpondylem quæ foras exierit ceciderit, aut quę ſurſum aſcenderit, aut introierit, aut deorſum deuenerit, aut de medio dorſo ſe mouerit, intẽdes quia ibi infirma ſit. Hę ſunt ſignificationes & cauſę morborũ in cerebro & neruis ab ipſo procedẽtibus naſcentiũ.

De paßionibus quæ naſcũtur in membris ſenſuum, ab oculis incipiendum.

Cap. XV.

PAſſiones oculorum in coniunctiua, uel in cornea ſunt, uel in uuea, uel in euagaoido, uel inter uueam & criſtallinã, uel in palpebris, aut in angulorum oculis, aut in pelliculis uiſus, aut in lacertis oculos & palpebras mouentibus, aut in uenis quæ ad oculos ueniunt de pelliculis cerebri. Paſſiones in coniunctiua naſcentes, ſunt ophthalmia, tumor, duritia, prurigo, ſiuila, pectia, ungula. Ophthalmia eſt calidum apoſtema naſcens in coniunctiua, & eſt triplex. Vna eſt naſcens de cauſa primitiua, ſicut ſole, fumo, puluere, oleo calido, & ſimilibus. Eſt & febris quam ſine apoſtemate patiuntur oculi, cuius cauſa ſi auferatur, quies eis ſuccedit. Significationes huius ophthalmiæ lachrymæ ſunt, rubores, ardores, & omnia praua. Secunda eſt turbulentia in oculis, & rubor priore maior, & dolor. Naſcitur hęc ab exteriori cauſa ſicut & prima, ſed fortior eſt cauſa. Aut de interiori, ſicut de calido apeſtemate in coniunctiua naſcente, propter humores calidos deſcendentes de cerebro, & defectione ipſius membri. Huiuſmodi quædam eſt debilis, quædam fortis. Significatio debilis, quia cauſa ſua diſcedente, & ipſa diſcedit. Eſt & durior, cuius ſignificatio, oculorum tumor, dolor, durities, & multæ lachrymæ, plenitudo uenarum. Quod ex nimia fit materia, & fortitudine ſui calida. Tertia durior eſt ſecunda, accidentia eam ſignificantia duriora ſunt, & fortiora, & maius apoſtema, tumor in ambabus palpebris ad exteriora ĩnuerſis, graues ſunt in motu, oculorũ albedo, nigredo ſua eſt altior. Qđ ex nimia eſt materia, & ſanguinolẽta. Tumoris ſunt 4. modi. Vnus quẽ ſubito patiunt̃, & maxime eſt in ſeniorib. Significatio eius color eſt albus, anguli oculorũ quaſi morſurã muſcarũ, aut cimi-

cum

cum patiuntur. Secundus modus peior eſt, tumidior, & frigidior. Quem ſi tangas digitis, forma digitorum remanet ibi, aliquando lachrymæ habentur, aliquando non, paruus eſt dolor. Tertius eſt fortior, quem & ſi digitis perforet, nullum tamen ueſtigiũ ibi remanet, neq; dolorem habet. Quartus eſt fortiſſimus, atq; maximus, in quo apoſtema oculi & palpebræ aufert partem uſq; ad ſupercilia. Eſt autem apoſtema durum & non digitis perforandum. Color eius liuidus, dolor nullus, & plurimum in uariolis, & ophthalmia diuturna naſcitur, & maxime in hyeme. Duritiem patiuntur oculi cum palpebris cum dolore & rubore, motuum grauitatem nimiam ſiccitatem, marcoris parua & dura coadunatione, grauitate aperiendi oculos in ſuſcitatione à ſomno. Pruriginis ſignificationes, lachrymę ſunt ſalſæ, nitreæ, oculos incendentes, in palpebris rubores, & prurigines. Siuila eſt uena, ſanguine plena & craſſa, quę ſemper augmentatur, rubeſcit & incraſſatur. Aliquando lachrymas habens, ruborem quoq; & pruriginem. Oculi quaſi nebulam fumoſam habent. Pectia eſt ſanguis deſcendens ad coniunctiuam de ruptura uenarum. Quæ aut de percuſſiore naſcitur, aut de uulnere. Vngula eſt ſuperfluitas neruoſi, naſcens in maiori angulo oculi. Quę extenditur uſq; in nigredinem cooperiens uiſum & contrahens. Hæ ſunt paſſiones in coniunctiua naſcentes. Quæ autẽ naſcuntur in cornea, cancer ſunt & uulnera, puſtula, & puſtulæ albedo. Cancer eſt calidum apoſtema durũ, naſcens in cornea cum dolore nimio pertingenti ad tempora, maxime in motu dolorem faciens capitis, & faſtidium. Currit autem ad oculos acutus humor, ut non poſſint oculi acutum collyrium pati. Vulnerum ſunt ſeptem ſpecies. Quatuor naſcuntur in ſuperficie ſua, & tria accubantia in ipſa. De quatuor in ſuperficie, eſt unum fumo ſimile, incipiens à nigredinis oculi loco maiore. Secundum eſt profundius & minus eius color priore eſt albior. Tertium naſcitur ſuper coronam nigredinis oculi accipiens paruũ locum albedinis. Color eius ſuper nigredinem albus, ſuper albedinem rubeus. Similiter omnes puſtulæ & uulnera ſuper nigredinẽ ſunt alba, quia ſuper cornea poſita. Quæ autem ſuper albedinem rubea, quia ſunt in coniunctiua. Quartum uulnus eſt in extremitate cornee, aſſimilatum furculæ. Trium occultantium, primum eſt profundum, cameratum, putredinis habens multũ oculos cum ſtringas currit inde humiditas. Quod contingit, quia oculorũ panniculi ſunt cõmeſti. Puſtulæ naſcuntur de humiditate in corticę cornee ſe coadunante, & ſunt multę & diuerſę in colore, aut in dolore, aut in qualis futura ſit oſtenſione. In colore, quia quædam eſt alba, quędam uero nigra. In dolore, quia quædam eſt nimij doloris, quædam uero parui. In oſtenſione qualis futura ſit, quia quædam futura eſt ſana, quædam maximam paſſionem generat, minimam uero cœcitatem. Hæc diuerſitas aut eſt de materia, aut de loco ſuo. De materia, quia quædam multa, quędam pauca, ali-

quando

quando acuta, aliquando uitrea, aliquando ſuauis, aliquãdo ſubtilis, aliquãdo craſſa. De loco, quia aliquando poſt locum primum corneæ, aliquando poſt ſecundum, interdum poſt tertium. Quæ de materia fit multa ſubtili & acuta duriſſima eſt, & periculoſa, cum multa materia extenſionem in loco facit & acumen, quandam punctionem. Si de materia eſt craſſa & parua, ſalubris erit, & minus habens doloris. Quæ ſub primo eſt cortice minoris eſt doloris, & coloris nigri. Sed tamen ſpiritum contrahit uiſibilem, & uueam nigredinem. Quæ poſt ſecundum mediocris & ſalubrior eſt. Salubrior inquam omnibus puſtulis quæ in cornea ſunt exteriori, ablatæ perforatione oculi. Si autem putreſcat cornea, aut eius fundatur pars, non magnum eſt periculum. Si remanet cicatrix non uiſum contrahit, cum non ſuper perforationẽ fit. Sed ſi ſuper perforationem ſit, & putreſcat cornea, aut findat, perforat ad uueam. Et ſi cicatrix permaneat, contrahitur ſpiritus uiſibilis, ne per foramen tranſeat. Eſt & aliter morbus qui retro corneam naſcitur, aut de uulnere, aut de cephalea, aut de ophthalmia, paruum ſibi accipiens locum in cornea, ungulam aſſimilans in forma. Eſt & aliter maioris capacitatis peior priori in extra mittendis oculis. Emiſſio autem iſta de fiſſura naſcitur cornea. Et eſt aut ex uulneribus, aut ex puſtulis. Exitus autem quatuor ſunt genera. Primum cum de uueæ ſubſtantia paruum quoddam quaſi formicæ caput exeat. Quod qui uiderit, ęſtimat q̄ puſtula ſit, ſed differt, quia hæc colorem ſecundum uueam habet. Vt pote ſi uuea ſit nigra, & iſta colore erit nigra. Si alba, & iſta alba. Si glauca, glauca, & radix eius alba. Puſtula in albedine oculi naſcens, habet ruborem & pulſationem. Secunda ſpecies eſt maior ſimilis uuæ. Tertia eſt ita alta ut tranſeat palpebras, & ueniat ad cilia. Quarta uocatur acuta, & in exitu longa, ut pars corneæ iungatur cum ipſa, & quaſi caput acute efficitur. Panniculi qui dicuntur maculæ oculi ſunt ſubtiles in cornea exteriori, & quidam craſſi in interiori. Hæ ſunt paſſiones corneæ. Vuea foraminis habet largitatem, atq; ſtrictionem. Largitas duobus eſt modis, aut naturalis, aut de apoſtemate in uueam naſcẽte, & eam extendente, aut de multa euagaoido. Hęc ſępe naſcitur pueris & mulieribus. Quam qui multam habet, aut parum, aut nihil uidet. Parua res maior eis uidetur quam eſt. Secundus aut de magna eſt percuſſione, aut de calido apoſtemate. Strictio aut naturalis eſt, aut de mollitie uueę. Cauſam mollitiei diximus in præcedentibus cum cauſam accidentalem tetigerimus. Significationes harum duarum paſſionum ſenſui palam ſunt. Si enim infirmũ ad ſolem ſtare feceris, & oculos eius ſoli appoſueris, perforationem uidebis in uuea, ſicut maior aut minor ſit quam oporteat. Paſſio inter uueam naſcẽs & criſtallaoidẽ, aqua eſt & fumus aſcendens à ſtomacho. Aqua ex humiditate eſt craſſa, inter uueam & criſtallaoidẽ congelata, ſpiritum uiſibilem cõtrahẽs ne foras exeat. Significatio ſua, in initio quia infirmus quaſi cimices,

muſcas,fuſtes,pilos,ſplendorem uidet ante oculos. Sed hæc accidentia ex paſſione naſcũtur cerebri,aut ex ore ſtomachi cum fumus inde aſcenderit. Ex ſtomacho intelligimus, ſi perforatio oculorum clara & nullã maculam habens uidebitur, & imaginatio apparuerit ad tempus,ad tempus auget, & ad tempus minuitur,& in oculis utriſq; fuerit infirmus,in ſtomacho punctúram & ardorem ſenſerit.Si uero uomitũ,aut hierapicra acceperit, imaginatio aufertur & quieſcit. Augmentatur cum nimium comederit,minuitur cum minimum.Imaginatio ex aqua eſt cõtinua, in qualitate augendi & minuendi una.Neq; augetur cum homo ſaturatur,neq; minuitur cum parũ comeditur,neq; picra uel uomitu adiuuatur.Aliquando ab uno oculo incipit,& cum perfecta ſit,uiſum contrahit,eſt autem multarum ſpecierũ.Quędam enim colorem habet oculorum,quędam uitreũ,quædam album, alia hyacinthinum,alia uiridem,alia uenetum. Aliquando tamen ex aqua non eſt hic color,ſed potius eſt euagaoidos exiccatio. Quod diſcernitur , quia in aquatica imaginatio ab initio uidetur . Cui ſi quis medicetur redit uiſus. Quæ ex deſiccatione euagaoidos ſit,nullam imaginationem habebit.Oculi minorantur & conſumuntur. Vnde hæc paſſio oculorum uocatur cõſumptio.Ex aqua aliquando oculi ſi medicentur proficitur,aliquando nũquam inde adiuuatur.Quod probabitur ſi oculo uni clauſo digitus ſuperponatur & de altero proſpiciatur. Si ergo perforatio oculi large dilatetur adiuuat. Sin autẽ pro impoſſibili habeatur. Altera probatio, infirmus in ſole ſtet, & te aſpiciat firmiter . Tu uero ſuper ſuperiores palpebras utrũq; tuũ pollicẽ pone, & ſubito inde tolle. Si aquam uideris moueri & diſpergi , deſiſte medicari,quia nihil eum adiuuabis. Quod ſi aqua ſteterit medicina proderit. Paſſiones in palpebris naſcentes,ſunt auratus, ſcabies, grando, petroſitas, uiſcoſitas,accubitas, coopertio, pili ſuperflui, pediculi, hordeum, pili inuerſi, morum, fauus,formica, glans, caſus ciliorum. Auratus eſt pingue corpus & uiſcoſum cum neruis & pelliculis telatum naſcens in palpebra interiori deſuper propter mala accidẽtia maxime in pueris. Signa quia palpebra emollita, non ſecundum quod oportet ſurſum aſcendit, neq; ſplendorem poteſt uidere ſolis . Quem ſi aſpexerit cito lachrymatur,& ſæpe ophthalmiam patitur.Scabiei quatuor ſunt genera: Vnum naſcitur deſuper interiori palpebra,& eſt aſperum,alterum aſperius & rubeum granę, & doloroſum. Ambo oculi habent humiditatẽ. Tertium, fortius eſt & aſperius, ut interior palpebra quaſi ficus uideatur, fiſſa,& eſt rubicundus,in quo maior dolor,grauitas & prurigo habentur. Quartum autẽ fortiſſimum eſt & rubicundiſſimum,dolorem habens maximum,grauitatem quoq; & pruriginem,aſperitatẽ,atq; grauitatẽ,& in palpebra duritiem . Hæc ſpecies diuturna eſt. Grando humiditas eſt congelata in interiori palpebra,ſicut grando alba.Eſt autem de humoribus frigidis & phlegmaticis.Petroſitas eſt hu

mor in palpebra ſicut petra. Viſcoſitas aut unius eſt palpebrę cum albedine oculi, & nigredine, aut ad ſe inuicem utriusq;. Hæ naſcuntur aut ex oculorũ uulneribus, aut ex ungulæ medicaminibus, & ſimilibus. Accubitas eſt grauitas in palpebra de uentoſitate craſſa. Sentit autem infirmus cum à ſomnio excitetur, quaſi arenam aut puluerem in oculo. Coopertionis tres ſunt ſpecies. Vna eſt altitudo ſuperioris palpebræ, cum oculum non poſſit cooperire. Hæc autem aut naturaliter eſt, aut quia palpebra nõ eſt conſuta ut oportet. Secunda eſt palpebræ paruitas naturalis. Tertia inuerſitas inferioris ad exteriorem. Hęc autem ex uulnere naſcitur, aut ex ſuperfluitate carnis propter uulnus. Ordeum ęſt apoſtema naſcens in extremitate anguli palpebrę ut hordei forma. Pediculi ſunt minuti naſcentes in palpebris. Plurimũ his qui dietantur unde humores in corpore naſcantur. Morum eſt carnis peotia rubea pertingens nigredini ſuſpenſa intus in oculis naſcẽs ex putredine ſanguinis. Formica eſt fiſſura naſcens in extrema palpebra. Vnde paulatim ora palpebræ cadit. Fauus eſt quaſi formica, ſed uueo humori magis eſt uicina. Pili naſcuntur in palpebra interiori contra oculum pungentes eum, in quo humores coadunari faciunt. Palpebra autem emollitur, & inde in oculo propter punctionem lachrymæ augmentantur. Hoc autem ex humoribus eſt putridis coadunantibus ſe in palpebris. Cadere cilia aut ex acutis eſt humoribus, aut ex alopetia. Eſtq; cum palpebrarũ groſſitate, & duritie, rubore & eorum dolore. Glans naſcitur in oculis ſicut in membris totius corporis. Paſſio naſcens in angulis palpebrarum, uulnus eſt inter nares & angulum. Quod cum aperiatur, inde putredo egreditur. Aliquando hæc putredo ad nares currit, per foramen quod inter nares & oculum exiſtit. Aliquando exit ſubitus palpebræ cutem, & corrumpit eius cartillaginem. Qđ poteſt intelligi, qa ſtricta palpebra putredo inde effluit. Eſt & alius morbus, id eſt, magnitudo carnis maior quã oporteat. In angulo maiori oculi humiditatem ab oculo uenientem contrahit, ne ad foramen narium tranſire poſſit. Paſſio naſcens in perforatione utriusq; nerui, eſt oppilatio ex nimia humiditate neruum circundante, & ipſum comprimente, aut ex apoſtemate uicinitus naſcente, & ſimiliter neruum comprimente. Vnde aut aufertur uiſus, aut minoratur. Signum, grauitas eſt capitis, maxime contra inferiorem partem oculi. Eſt etiam ex humore intra neruum deſcendente, & eum oppilante. Signum, quia pili, cimices, muſcæ apparent in initio morbi ante oculum. Neq; in oculo aquæ uidetur ſignificatio. Si autem claudatur unus oculus, alterius foramen non dilatatur. Hæc oppilatio eſt peior quia ſpiritus uiſibilis non poteſt ad alterum oculum trãſire & dilatari. Eſt & altera paſſio id eſt, contuſio naſcens ex percuſſione caſus, uel capitis colliſione, aut ex nimio uomitu. Hæc paſſio aut aufert uiſum ex toto, aut minorat. Eſt & altera id eſt, nebuloſitas quæ ex defectione eſt ſpiritus uiſibilis à cerebro uenientis

& pauritate ſui. Eſt & altera cum homo in nocte nihil uideat, ex craſſitudine eſt ſpiritus animati, & turbulentia humoris. Idem patiũtur quia ſe remota non uident, propinqua uero aſpicient. Paſſiones naſcentes in neruis & lacertis oculos & palpebras non mouentes, propter cerebrum patiuntur. Signum eius rei, quia motus utriusq; oculi corrumpitur. Aliquando contingit in alterutro duorum neruorum ad oculos uenientium. Signum, quia motus illius oculi corrũpitur ad quem ueniebat ille neruus. Aliquando fit in diuiſione utriusq; nerui. Vnde lacertus ille corrumpitur à quo diuiſio illa mouebatur. Lacertos oculos mouentes diximus cum de membris tractaremus. Vnuſquiſq; enim oculus, nouem lacertos habet. Sex oculum mouentes, tres radices nerui unde ſpiritus exit conſtringentes, & oculum ſurſum leuantes. Sex mouentes qui ſurſum ſunt ſi emolliantur, deorſum oculus deprimitur. Si ſpaſmentur ſurſum erigitur. Inferiores ſi emolliantur ſurſum oculus erigitur. Si ſpaſmentur deſcendit inferius. Lacerti angulorum emolliti, oculum mouent in alteram partem. Si ſpaſmentur, in alterum angulum oculus mouebitur. Ambo lacerti oculorum regitiui, emolliti, aut ſpaſmati, dolorem oculorum ſunt facturi. Tres lacerti qui in initio ſunt nerui unde exit ſpiritus, ad hæc facti ſunt ut diximus, ut neruum teneant, & contrahant à motu, oculumq; leuent ſuperius. Qui ſpaſmati non nocent oculis. Sed emolliti nocent, quia oculum exire faciunt. Quod aut de interiori eſt cauſa cum materia ad neruum & lacertos deſcẽdat, aut de exteriori ſicut percuſſione. Si exeunt oculi, & uiſus ſanus remanſerit, ſignificatur neruus luminaris extendi ex nerui mollitie eum tangente, & ſtringente. Si autem uiſus perierit, ſignificatur nerui emollitio luminaris. Si oculi ex percuſſione, uel qualibet huiuſmodi re exierint, & uiſus ſanus fuerit, intelligimus quia ſolus lacertus læſus ſit. Quod ſi uiſus annulletur, neruus proculdubio eſt læſus. Lacerti palpebras mouentes, ſicut diximus ſunt tres, unus ſurſum erigens, duo inferius deprimentes. Si leuans ſurſum emolliatur, palpebra nõ leuabitur. Si ſpaſmetur non claudetur. Si ambo deprimentes emolliantur, palpebra non leuatur. Si unus tantum media leuatur, & media claudatur. Si uero lacertus molliatur, media palpebra ad ſanum lacertum torquetur. Si ſpaſmetur, palpebra ad infirmum lacertum reuoluetur. Significatio paſſionis uenarum à craneo capitis ad oculum uenientium, extenſio uenarum frontis, & temporum. Venarum quæ ſub craneo ſunt ſignificatio, nimia eſt ſternutatio, & aſſiduus humorum curſus per nares, atq; oculos. Venę frontis & temporum ſi patiantur, nõ extenſæ uidentur. Hæ ſunt paſſiones oculorum, & cauſæ, & ſignificationes earum.

De auri-

De auriculis. Cap. XVI.

PAſſiones membrorum auditus, aut uniuerſales ſunt omnibus, aut in ſolo uno membro naſcunt. Vniuerſales ſunt dolores ex mala cõplexione uenientes, ſiue ex apoſtematibus, ſeu iuncturarũ ſeparationibus. Ex complexione mala calida, ſunt ardor, rubor, calor circundantes auriculas. Quibus accedens cauſa actualiter frigida eas adiuuat, ſi dolor ex frigida ſit complexione. Si dolor ex frigida ſit cõplexione, erit ſine rubore & ardore. Quem adiuuat cauſa actualiter calida, maxime ſi infirmi dieta fuerit ante refrigera aqua. Complexio humida & ſicca, nullum auricularum dolorem generat. Apoſtemata calida faciunt dolorem nimium, & pulſationem. In capite & in fronte grauitatem, in facie ruborem. Quæ ſi magna ſint, non erunt ſine febri. Frigida faciunt grauitatem, & extenſionem, ſine pulſatione & non multo dolore. Quælibet harum paſſionum in perforationibus fuerit auricularum, dolores omnes faciet hos in profunditatibus eorum. Si uero in primis inſtrumentis, aut in auditus neruis, dolorem gignet intra craneum capitis, in parte pertinente auricularum fundamentis. Si exteriora membra patiantur foraminis palam erit ſenſui. Iuncturæ ſeparatio ſicut fractura & cõtuſio, ſi interiori eſt eo auditus cũ ſenſu intelligit. Sãguis enim inde egreditur. Si infirmius auditus ſit inſtrumentis, aut in neruo, percuſſio fuerit exterior, aut contuſio. Si intrinſecus paſſio auriculas circunderit, & percuſſio uel contuſio præceſſerit, conſtat quia inſtrumenta auditus aut eorum neruus fracturam, ſiue contuſionem patiantur. Paſſiones membrorum auditus, aliæ in primo foramine naſcuntur, aliæ in membro quolibet interiore, ſiue neruo auditum faciente. In primo foramine, uulnus, uerruca, caro ſuperflua, uermes, aut mundicia, uel aliquod corpus cadens extrinſecus uel aqua, uel beſtiola, ſicut cimices, muſca, uel uentoſitas. Vulnus quia apoſtema quod ante fuerat rumpitur. Signum eius quia ſanies ab auricula egreditur. Vermes naſcuntur ex putridis humoribus. Quorum ſignificatio, intra auriculas eſt prurigo, & ſentitur eorũ motio, & exeunt foras aliquando. Caro ſuperflua, uerruca atq; mundicia, de ſuperfluis humoribus ſunt orientia. Quæ in propatulo uidentur, ſi infirmi auricula ſoli apponatur. Similiter quod in ipſam cadit deforis, palam eſt ſenſui. Aqua eſſe perpenditur cum quis balneatus fuerit, aut capite lotus. Hæ omnes paſſiones ſi magnæ ſint, uiam auditui claudunt, & ſurditatem faciunt. Si paruæ, detrahit auditus, quę inde neruo naſcunt, ſunt ſonitus, ſuſurrus, uoces non reales. Quæ contingunt ex uentoſitate in panniculis cerebri ſe claudente, ex parte auricularis nerui, ſiue nerui auditus, ſeu ſui inſtrumẽti, aut ſunt ex humoribus in illis locis ſe mouentibus. Si ex craſſis ſint humoribus, grauitas cum ſonitu in his locis & in capite ſentitur. Si ex uentoſitate ſit tetinatio.

Grauitas auditus quæ ſurditas uocatur,ſi ueniat ex accidentibus quę membra ſua patiātur,aut ex mala erit complexione, aut ex morbo officiali ſicut oppilatione,ex apoſtemate,uel craſſo humore, aut ex iuncturæ ſeparatione, ſicut fractura uel fiſſura. Aliquando grauitas ex cerebro naſcitur cum quodlibet ſupradictorum trium patiatur. Si autem auditus uni auriculæ auferatur uel ambabus,& alij ſenſus omnes ſiue plures infirmentur poterit intelligi,quia paſſio ex cerebro fit. Sed ſi alij non corrumpantur, auditus uero ſolus damnet,neruū ex quo eſt auditus,aut inſtrumētum eius pati intelligimus. Audito uero ablato ſiue minorato,& paſſione neq; in foraminibus auricularum,neq; in exterioribus membris apparente,ſi infirmus uerſus auriculas dolorē grauiter in capitis inferioribus ſentiat, intelligimus craſſos humores ad neruum & auditus inſtrumentum decurrentes. Quod ſi cum tetinatione fuerit,& pulſatione percipitur eſſe ex apoſtemate. Si cum fractura,uel percuſſione,intenditur neruus fiſſus ſiue fractus uel commiſſus eſſe. Item auditus deficit ex debilitate uirtutis audibilis, ſicut ſenioribus contingit. Aliquando fit ſurditas, cum puer procreatur in uulua, ſi natura auditū uel eius inſtrumentum negligat perforandum,ex ſui defectione, uel ex materię craſſitudine. Item ex acuta ægritudine cum humores colerici ad cerebrum aſcenderint hos iuuat ſi per digeſtionem purgent colera. Sicut Hippocrates in aphoriſmis: Colericam inquit ſolutionem habentibus ſurditate ſuperueniente ſolutio tollitur. Surdis ſi ſolutio colerica ſuperuenerit ſurditatem tollit. Hæ ſunt paſſiones in membris auditus naſcentes.

De membris odoratus. Cap. XVII.

PAſſiones in membris odoratus, uel in naribus ſunt uel in pelliculis eas operientibus,uel in oſſe colamentum aſſimilante,& in pelliculis cerebri illud os operientibus,uel in primo inſtrumēto odoratus, id eſt,in uentriculis cerebri quæ ſimiles ſunt māmillarum ſummitatibus. In naribus ex mala cōplexione uel morbo officiali, uel iuncturę ſeparatione. Ex mala cōplexione,uel eius ſignificatione, uel cauſa, ſicut in ſuperioribus hic intelligas. Ex morbo officiali in naſcēti naribus,ex apoſtematibus fit uel uulneribus,ſeu carne polipodiū aſſimilante. Quia ſicut illud animal cum quis uelit accipere pedibus nares oppilat ſuas , ita hæc caro nares humanas. Quod palam ſenſui maxime ſi nares infirmi opponant ſoli. Hęc paſſio adeo eſt magna,quia cum nariū uias oppilauerit odoratum tollit. Quem ſi non ex toto auferat,tamen minorat. Contuſio uel fractura ſi parua ſunt,odoratum auferunt. Si parua, minorant eum. In narium pelliculis ex mala complexione, uel ex calido ſeu duro apoſtemate fit. Signum apoſtematis calidi, quia grauitatem,pulſationē infirmus in naribus ſentit. Si durum fuerit grauitatem, & tetinoſitatem ſine pulſatione. Paſſio hæc uoci ſolet nocere,in oſſe colamentū aſſimilante, & in pelliculis ipſum operientibus oppilatio &

fœtor

fœtor naſcuntur. Oppilatio ex craſſis humoribus foramina ipſius oſſis oppilantibus. Sentit infirmus grauitatem uenientem ex naribus in capitis interioribus. Pelliculæ oppilantur uel ex craſſis humoribus, uel ex apoſtemate calido, ſeu duro. Tunc ſentit infirmus ſicut in capite apoſtema habeatur. Fœtor uel ex putredine eſt oſſis colamentũ, aſſimilantis uel de humoribus fœtentibus in foraminibus ſuis uel pelliculis ſe inuiſcantibus. Aliquando etiam fœtor eſt cum humores in cerebro ſint fœtentes. Quod habentes, febres habent in capite & dolores. Fœtor naſcens de humoribus putridis in foraminibus oſſis minorationem facit uocis. In inſtrumento odoratus coriza eſt & minoratio odoratus. Coriza eſt humor humidus deſcendens à uentriculis proræ cerebri naribus. Eſt autem de calore uel frigore quæ patitur cerebrum, ſicut uidemus in his qui in calore morantur ſolis, diſſoluuntur enim in capite humores, & effluunt ad nares. Contingit etiam his qui in frigiditate ſtant aëris, in quibus humores qui ſolent diſſolui clauduntur, & augmentati influunt naribus. Minoratur odoratus, uel aufertur ex mala complexione nimia, uel ex officiali morbo, ſicut oppilatiõe ex apoſtemate, uel humoribus craſſis & uiſcoſis, aut de ſeparatione iuncturę. Hęc ſi ſint magna aufertur odoratus. Si parua minoratur, horum ſigna alibi iam diximus. Cum ergo uideris infirmum harum aliquam habere ſignificationem, in prora cerebri naribus pertinenti, non dubium quin paſſio in uentriculis ſit proræ cerebri, & in inſtrumento odoratus, id eſt, uentriculorũ extremitatibus. Si autem uideas hominem naribus loquentem, intellige in oſſe colamento ſimili eſſe paſſionem. Sin autem in uentriculis erit proræ cerebri, & inſtrumento odoratus, atq; pelliculis ipſius.

De lingua & oris parte linguã pertinenti. Cap. XVIII.

PAſſiones linguæ aut in ipſius corpore, & in circundantibus ipſam naſcuntur, aut in neruis ad eam uenientibus, & parte cerebri unde ipſi procedunt nerui. Sunt autem apoſtemata guſtus corruptela, puſtulæ latæ, & extenſæ, in pelliculis exterioribus linguæ, & omnibus partibus buccæ, ſuntq; albi, colore plurimum naſcentes pueris, & infantibus malum lac ſuggentibus. Vnde aliquando totum os patitur, ut uſq; ad meri perueniat, & ſtomachi pelliculas, & nigri ſunt coloris. Apoſtema linguam magnificans, & ab ore exire faciens, exilium uocatur lingue. Eſt & aliud apoſtema quod uocatur rana, ideo quod ſicut rana naſcitur ſub lingua. Eſt & aliud calidum & ſanguinolentum, undę lingua patitur tota. Corruptela guſtus aliquando in amaritudine eſt, ut infirmus amarum ſaporem ſentiat in ore, & in omnibus quæ comedit. Quod contingit ſi ſubſtantiæ linguæ humores dominentur colerici, aut toti ori ſicut in febribus uidetur tertianis, & in ictericis. Aliquando quidam in ore dulcedinem ſentiunt, & in omnibus quę comedunt. Quod ex ſanguinis fit dominatione in lingua & toto corpore. Qui

dam ſalſa ſaporant, & ex phlegmate ſalſo. Similiter de cæteris humoribus intelliges. Paſſi nerui per quem ſentit guſtus, ablatio uel minoratio eſt guſtus. Quod conſequitur cum paruus ſapor in ore ſit uel nullus. Patitur etiã ille neruus unde motus, & loqui linguæ dat grauitatem, aut loquendi ablationem. Hæ naſcuntur ex mala complexione phlegmatica & craſſa ad neruum deſcendente, aut ex iuncturæ ſeparatione, aut ex colliſione in cerebrũ cadente. Significatio unde certificatur itidem ut in ſuperioribus certificabitur. Aliquando lingua patitur grauitatem, & loquendi ablationem de paſſione partis cerebri unde neruus procedit qui ad linguam tendit, aut ex toto cerebro. Quod uel ex mala cõplexione, uel morbo officiali, ſicut in phreneſi uidetur, & peracutis paſſionibus, & ſicut in epilepſia, paralyſi, & ſimilibus, ex frigida & humida complexione naſcentibus. Hæ ſunt ſignificatiões paſſionum in lingua naſcentium.

De ore. Cap. XIX.

PAſſiones in membris oris, aut ſunt in labris, aut in dentibus, uel in carne quæ in toto eſt ore, uel in uulua, & utraq; glande. In labris eſt fiſſura, hemorrhoidæ, puſtulæ. Quæ omnia ex ſanguine naſcuntur & colera rubea. In dẽtibus dolor nimius, corroſiones, exacerbationes, dormitationes & perforationes. Dolor aut ex complexione calida aut frigida, quas patitur ad ipſos neniens neruus. Intelligitur ex cauſa calida actualiter uel frigida, eis conuenibili uel inconuenibili. Eſt etiam ex calido apoſtemate in carne dentium naſcente. Dentes enim ſunt impoſſibiles cum non ſint ſenſibiles. Intelligitur quia dens ruptus nullum dolorem patitur. Dolor ergo ex mala eſt complexione neruos paſſibiles faciente, uel ex calido ſeu frigido apoſtemate. Cauſa quieſcendi dolorem cum dens extrahit̃ quia neruus non tunc extenditur, ſed ablato dente dilatatur. Neq; apoſtema habet unde comprimatur, & habet loci ſpacium unde fumus exeat diſſolutus, & medicina loco infirmanti apponitur cum dens auferatur, ut citius ſanetur. Corroſiones dens patitur, ex humorum acutorum, & cito putreſcentium, dentesq; comedentium putredinibus. Perforationes ſunt corpus citrinum cooperiens dentes ex fumo aſcendente à ſtomacho. Exacerbationes aut de exteriori cauſa cũ comeditur res nimis acida, aut de interiori propter acidos humores ſtomachi. Dormitationes ex cauſa nimis frigida actualiter, ſicut niue, glacie, & aqua nimia frigiditate. Caſus dentium atq; motus, aut ex humiditate eſt gingiuę atq; nerui dentes ligãtium, aut ex putredine gingiuæ, & eius cõmeſtione, aut ex loci ubi appoſiti ſunt largitate. Largitas iſta aut naturaliter eſt ſicut in dentibus puerorum ex defectione ſua & lacte ad ipſos currente, & aliorum dentium fortium neceſſitate propter ſicca cibaria, & duras res frangendas, aut ex ſiccitate ſua, ſicut in ſenioribus dentes cadere uidentur, quia loca ubi prius tenebantur cum deficcentur in quantitate

minorãt

minorantur,& prior compoſitio diſturbatur,ſicq́ labuntur. Audiui autem quoſdam dicentes,quia cum ſenioribus dentes caderēt, locum cadentium alij naſcentes ſupplerent.Sed non eſt credendum,quia materiā pręparatam dentibus naſcituris,in corporibus ſeniorum difficile eſt inueniri. Quæ gingiua & caro patiuntur,dentium apoſtema eſt calidum,infirmo dolorem faciens,& pulſationem gingiuę & dētium.Eſt & alia paſſio tedulis uocata cū in putredinem mutetur calidum apoſtema unde putreſcit gingiua. Aliquādo uuluam cadere facit,& odorem oris corrumpit. Eſt & paſſio quæ uocat adrilis. Caro ſuperflua in dentibus naſcitur inferioribus propter calidum apoſtema. Æſtimat tamē infirmus aliquid cōmeſtorum remanſiſſe in dentibus. Fluit etiam ſanguis de gingiuis, quod ex uirtutis paſcitiuæ defectionē contingit.Caro oris idem patitur,quod & gingiuę,apoſtema calidum ſcilicet,& putredinem,& ſanguinis fluxum.Naſcitur in ore fœtor, quia ut dentibus eſt,aut ex putredine gingiuæ,aut ex putido in ore ſtomacli phlegmate cum curſu ſaliuæ qui ex cerebri eſt humiditate. Ex ſtomacho intelligitur quia odor nihil horum habet quę diximus, & fœtor cum comederint minuitur. Vuula calidum apoſtema patitur ſentiens dolorem & pulſationem intra buccam interiorem, & in tranſglutiendo moleſtationem & emollita cadit. Quod intelligitur,quia quaſi rem ſuſpenſam in gula ſentit infirmus.Cū autem os aperitur & lingua emittitur, uuula longior quam fuerit uidetur, & fruſtulum eius ſummum rotundatur, radixq́ eius ſubtiliatur. Si ergo cadere diu moretur incidatur.

De paßionibus in membris anhelitus naſcente. Cap. XX.

PAſſiones in membris ſpiritus,in gula uel in gutture,aut in pulmonis naſcuntur canalibus,uel in ipſo pulmone,uel in pelliculis coſtas operientibus uel in lacertis,ſiue in diaphragmate,uel in corde. In gula, quia in utraq; naſcuntur glandę, quæ uocantur amygdalinæ, & ſaliuæ ſunt generatiuę.Quædam in lacertis,quædam in gulam ueſtientibus,pulmonē quoq; & guttur.Quædam in uia gulæ naſcitur. Amygdalinæ calidum apoſtema patiuntur. Signum eius,dolor eſt loci illius, maxime cum tranſglutienda glutiuntur,& rubor in exteriori gula habetur. In lacertis eſt ſquinātia & ſuffocatio. Squinantia eſt calidum apoſtema in gulæ uel meri lacertis. Si apoſtema in lacerto eſt interiori appellatur ſunuchi,& eſt peſſimum in trāſglutiendis.Si in lacerto exteriori, appellatur punuchi. Quod infirmi in anguſtia anhelitus patiūt, & moleſtatione eius & in orthoimia ipſius,& febribus,uocis quoq; minoratione,& ungulæ dolore,colli & faciei rubore,& extēſione,& trāſglutiendi duritie,oculorūq́ cōcauitate. Suffocatio eſt calidū apoſtema in lacertis gutturis.Quod ſi in exteriori lacerto ſit, abſolutam ſuffocationem eſt uocari. Si in interiori lacerto, canina uocabitur ſuffocatio. Huius accidentia ſunt ſquinantia. Sed tamen ſquinantia fortiora ſunt & du

riora. Huiuſmodi infirmi ſemper ſunt aperti oris, nulla cibaria poſſunt trāſglutiri, nec humida ſicut iuſcula, & ſunt ſicut ſuffocati. Oppilatio iſta augmentata os etiam meri oppilat. Aliquando cum ad aliquod laborent tranſglutiendum, quod tranſglutitur per foramina aſcendit palati, & per nares exit. Aliquando hac paſſione ſuffocatio fit propter motum ſpondylium colli. Quod maxime contigit pueris ex debilitate ligamenti ſpondylium. Aliquādo ex paſſione uel caſu ſolet euenire, in hac ſpecie nihil ualet medicina. Separabilior uero ſuffocatio ſalubrior eſt, cum appareat apoſtema in gula aperto ore & linguæ emiſſione. Item ſi apoſtema & rubor extra gulā & pectus appareat. Peſſima eſt & mortifera cum nullum appareat apoſtema.

De paßionibus in gula & pulmonis canalibus. Cap. XXI.

PAſſiones in gulæ, gutturis & canalium pulmonis pelliculis. Sunt catarrus, humores humidi, ad nares de cerebro aſcendentes, & ad gulam mergi, guttur & canales pulmonis. Quæ ſi ad nares deſcenderint, corizam eſt uocari. Si ad guttur & canales pulmonis, unde paſſio fit in pelliculis, raucitas & parua generatur tuſſis. Si in pulmonem & pectus deſcēderint, tuſſis inde fit fortis. Hic catarrus aut eſt de calore quem caput patitr̃ in æſtate de ſolis incenſione, aut eſt de frigiditudine ſicut in hyeme de aēris frigiditate. Qui de calore infirmantur, calorem patiuntur, & in facie ardorem & in capite. Sentiunt autem humores in gulam & nares acutos deſcendentes, & in gutture, canalibusq; pulmonis aſperitates. Si ſit ex frigore in prora capitis ſentit extenſionem & fronte, & oppilationem in narium ad buccam perforatione, ut pulſus inde minuatur, & auferatur, & uox minoretur. Febris acuta plurimum ſequitur catarrum, & dolor capitis cum rigore. Raucitas gutturis naſcens catarro, & raucitas canalium pulmonis, in initio eſt quaſi grauis. Item quidam raucitatem patiuntur non tamen ex catarro, quam gignit calida complexio. Sicut in febribus uidetur, aut frigida ſicut boreæ flatu. Hæc raucitas eſt ſicca, nulla proijciens humida. Item naſcitur raucitas ex complexione humida, quam guttur & canales pulmonis patiuntur, unde infundūtur & molliuntur, cum aēr pulmonem exierit, & per hæc membra tranſierit, uox clara propter humiditatem non fit. Hi neq; aſperitatem neq; dolorem ſentiunt in his locis. Aliquando quoq; raucitas & tuſſis ex cauſa naſcūtur exteriori, ſicut puluere, & fumo, & clamore nimio. Quę faciunt aſperitatem & apoſtema in gutture, & pulmonis canalibus cū dolore. Oportet autem intelligatur quiā catarrus & raucitas in ſenioribus non cito maturantur, ſicut Hippocrates in aphoriſmis teſtatur.

De pulmone. Cap. XXII.

PAſſiones pulmonis ſunt tuſſis fortis, anhelitus, aſma, anguſtia ſpiritus orthopnoica, peripneumonia, ſcreatus ſanguinis, & ſaniei, id eſt phthiſis

phthiſis. Tuſſis autex catarro, aut ex mala complexione naſcitur. Ex catarro, quia cum humores à capite deſcendunt, & ad pectus & pulmonem ueniunt tuſſim faciunt, maxime ſi materia ſit acuta & cōmeſtiua. Vnde puſtulæ naſcuntur in pectore. Quam tuſſim habentes, aliquando acutos & ſubtiles ſcreant humores. Quorū materia multum eſt peſſima, ſiue ſcreent ſiue non. Quia ſi non ſcreant remanet in pectore non maturata, & pulmonem percutit incraſſata. Si ſcreatur tuſſis nimia efficitur. Hæc enim materia ſubtilis non à pulmone facile aſcendit ex ſubtilitate ſui. Reuertitur enim cum aſcenderit, & in eundem locum ubi prius fuit deſcendit. Vnde tuſſis augmentat̃, pulmoq́; & pectus mouentur. Neq; poſſumus ſecurari quin tunc aliqua uenæ crepent pulmonis, & ueniunt in putredinem de ſcreatu ſanguinis. Aliquando ſcreant phlegma ſubtile, aliquando uiride, & quidam diuerſas febres patiuntur ſecūdum quod putreſit in pulmone de his humoribus. Quæ tuſſis cum diuturna ſit, diuerſas ſcreant cauſas. Dixerunt quidam medici, quia homines diuturnas tuſſes habuerint, & quaſi grauedinē ſcreauerint. Dicunt alij quia ſicut lapidem in ueſica naſcentem ſcreauerint, cum quibus ſcreatibus tuſſis auffertur, & ipſi ſani efficiuntur. Cauſa lapidis fuit, quia materia craſſa in canalibus pulmonis morata fuerit, quæ quaſi lapidem ſe fecerit. Quæ autem tuſſis ex mala complexione fit, aut de calida eſt, cuius ſignificationes calor in anhelitu, ſitis & defectio recipiendi frigidum aërem, & rubor in facie. Aliquando quidam citrinum ſcreant, aut de complexione eſt frigida, cuius ſignificatio, facies eſt liuida, neq; ſitim habet, neq; calorē. Nocet aër frigidus, iuuat calidus. In multis autem paſſionibus tuſſis naſcitur, ſicut pleureſi, peripneumonia, ſcreatu ſanguinis, aut ſaniei, dolore epatis. Quod in ſuo loco ſumus dicturi. Venit autem iterum tuſſis ex aſperitate gutturis, aut ex acutis cibarijs, ſeu ſtipticis, aut ex puluere, ſiue de aliqua alia re in canales pulmonis cadente. Hæc tuſſis eſt ſicca. Item hæc eadem naſcitur de craſſis humoribus in uia pulmonis ſe inuiſcantibus, neque tuſſi exeuntibus, aut de aliqua materia quæ diſpergitur, & cadit antequam egrediatur. Anhelitus & aſma, & orthopnoica, ſpiritus anguſtia naſcunt̃. De cōſtrictione uiarū pulmonis, fiunt orthopnoica, & ſpiritus anguſtia, frigidos, craſſos, & uiſcoſos humores in uijs ipſis ſe inuiſcantes & claudentes, intelligimus ex magnitudine ſpiritus ſui, ſine febris ſpiſſitudinibus quomodo ſtringens nares patiuntur, aut laborantes in curſu ſpiſſitudine anhelitus. Cum autem huiuſmodi infirmus iaceat ſupinus, augmentantur. Si erectus alleuiantur. Somnus eorum paruus, emittere aërem ſuauius eſt quā recipere. Cauſa tuſſis eſt, quia natura uult emittere craſſos humores illos. Magnitudo anhelitus, quia in hac paſſione non deficit uirtus. Spiſſitudo, quia aër propter anguſtias uiarum non intrat quantum ſufficiat, & facit natura ut multis uicibus aërem trahere ſufficiat, quantum prius una uice faciebat

bat. Orthopnoica & ſeſſio quia lacerti pectoris & eius pelliculæ cũ iaceat ſupinus ſuper pulmonem cadunt, & uias comprimunt. Neq; poteſt ſpirare infirmus ſi non ſedeat aut erigat. Vnde hæc paſſio uocat orthopnoica, anhelitus, anguſtia ſpiritus, uniuerſale eſt accidens huius paſſionis, & multarum aliarũ quæ in inſtrumẽtis ſpiritus ſunt. Quia hęc mẽbra ſi patiant, eorum actio neceſſe eſt minuatur. Oportet autem intelligas quia paſſio iſta ſine ſcreatu in hidropiſin cadat. Anhelitus, & orthopnoica naſcũt ex calore qui eſt ex fumo cordis, & implet pectus & pulmonem. Significatio anhelitus, & pulſus magnitudo, ſitis nimia, & maior amor trahendi aërem quam emittendi ſicut in peripneumonia uidetur. Aliquando ex anguſtia ſpiritus ex apoſtemate in ſplene naſcitur, & interdum ex mollitie lacerti pectoris cum materia mutetur ad pulmonem propter uicinitatem. Quod contingit ex defectione pulmonis, proiecta ex his membris recipientis. Significatio huius paſſionis, febris eſt continua & fortis, anguſtia ſpiritus, & tuſſis. Dolor grauis in prora capitis, rubor in maxillis, & oculis. Venæ ſunt plenæ, tument palpebræ, ſentitur ardor in facie. Sitis eſt nimia, deſiccatio in lingua, maxime frigidi aëris deſideria. Cauſa febris, quia calor apoſtematis ad cor tranſit. Tuſſis omnem paſſionem ſequitur, quæ in inſtrumentis eſt ſpiritus, & anguſtia propter conſtrictionẽ apoſtematis in pectore. Calor ſequitur calidum apoſtema. Rubor maxillarum & oculorum ex accenſione fumi calidi eſt, qui de pulmone ad caput aſcendit & faciem. Cauſa ruboris in maxillis, qui rubor proprium eſt accidens in peripneumonia, quia maxillæ ſunt tenerę, & carnis rarę. Vnde calidũ fumũ cutis accipiunt q̃ alia pars faciei. Ardor, ſitis, & linguæ ſiccitas, calorem pectoris & cordis ſequuntur omnia. Si paſſio iſta de materia ſit colerica, omnis eius ſignificatio fortis eſt, & moleſta, atq; periculoſa. Si materia eſt ex ſanguine, ſignificatio non adeo eſt magna. Pulſus in hac paſſione eſt æſtuoſus, cum autem apoſtema ſaniem facere incipiat, patiuntur acutam febrem, rigorem, atq; tremorem. Si ex uno latere ſit putredo, ſentit infirmus grauitatem illius lateris, & ſi iaceat in latere ſano, ſentit alterum latus graue, aut quaſi rem aliquam ibi ſuſpenſam. Aliquando in pectore naſcitur dolor ſine tuſſi. Quod ſignificat paſſionem uentoſitatis extendentem. Pulmo tamen & coſtarum pelliculæ nihil habent. Screatio ſanguinis aut de pulmone eſt, aut de cæteris ſpiritus inſtrumentis, aut de alijs interioribus membris. Licet noſtri ſit tractatus paſſio pulmonis, non tamen eſt intermittendum de ſcreatu ſanguinis, ut ſermo de ſanguine ſit continuus, & non circunquaq; diſperſus. Screare ergo ſanguinem pro ut dixit Hippocrates peſſimum eſt accidens exire ſanguinem à ſuperiori, quoquo modo exeat malum ſignum eſt. Si ab inferiori bonum. Quod cum Hippocrates dixit hæmorrhoiden ab inferiori

intelligit

intelligit. Cauſa ſanguinem exeundi, aut exterior eſt aut interior. Exterior ſicut percuſſio, caſus, luctari, ſalire, clamare. Ex his enim finduntur uenę, ſcinduntur ſiue inciduntur. Ex quibus ſanguis ſubitus & multus exit. De interiore, ſicut eſt catarrus deſcendens à capite in pulmonem, calidus, colericus, & comeſtiuus, aut phlegmaticus, ſalſus, cuius exire ſanguinem eſt paruum, ſed augmentatur ut ſit multum. Iterum exire, aut ab his eſt quæ ſolent menſtrua habere, aut ab hæmorrhoidis. Cum hæc autem auferuntur, uenæ de illo ſanguine implentur. Aliquando ex complexione frigida & ſicca, quæ inculcat & conſtringit uenas fortiter, & ponit partem ſuper earum partem. Vnde & crepantur, ſicut in luto uidetur, quod cum exiccatur finditur. Exit ſanguis aut de capite quem ex ſcreatu eſt intelligere, aut de ore quem ex ſputo poteris perpendere, aut de gula à gutture cum inuiſcatione, aut de meri quem ex dolore inter ſpatulas eſt intelligi, aut de ore ſtomachi, quod ſignificatur dolor ibi habitus, aut de profunditate ſtomachi, quod ex uomitu & paruo dolore eſt intelligi. Aut de canalibus pulmonis, & cognoſcitur ex forti tuſſi, hic ſubito & ſine dolore exit. Pulmo enim eſt ſenſibilis, & multum proijcit. Qui in colore eſt rubeus, clarus, & ſpumoſus. Vnde Hippocrates in aphoriſmis: Qui ſanguinem ſpumoſum ſcreauerit, ſcreatus ille eſt pulmonis. De pectore ſanguis cum exierit, intelliges ex tuſſi, & parum ſicut de ſanguiſuga exit. Qui plurimus ex parua cauſa egreditur. His qui frequenter catarrum patiuntur, & quorum ſtrictum eſt pectus, quibus humores à capite ad pectus deſcendunt acuti & ſubtiles, acumine ſuo hæc membra excoriantes & uulnerantes. Qui enim pectus habent ſtrictum, parua de cauſa crepantur uenæ eorum, quia ſtricte & ſubtiles ſunt. Screatu ſaniei aut de apoſtematibus eſt pectoris, uel pulmonis, cum uulnus aut in lacertorum pectoris, aut in coſtarum pelliculis ſiue diaphragmatis. De quibus locis ad pulmonem tendit propter raritatem ſubſtantiæ, ſicut uidetur in pleureſi, cum apoſtema fiat uulnus, aut poſt ſcreatum ſanguinis ſanies exit, ſiue de fiſſura non ſolidata. Quæ cum ſaniem faciat, ſcreatu neceſſe eſt natura emittat. Quæ de calido apoſtemate ſic oportet intelligere, quia omne apoſtema quod in his locis eſt ſaniem facit, febrem, rigorem, atque tremorem gignit. Quod contingit cum tandem ſanies fuerit, & ex ęquo febricitauerit infirmus, expectatur ut apoſtema crepetur. Crepare expectatur in ſeptimo die, aut uigeſimo, quadrageſimo, ſiue ſexageſimo, ſicut Hippocrates dixit in prognoſticis. Hęc eſt ex calore materiæ, aut ex ſua frigiditate, aut de craſſitudine, ſeu ſubtilitate. Quia ſi materia ſit calida, & ſubtilis ſubſtantia, crepatur in die ſeptimo, maxime ſi complexio infirmi ſit calida, ætas iuuenilis, tempus æſtatis. Si materia ſit frigida

gida & craſſa, crepabitur in quadrageſimo, maxime ſi complexio ſit fri‑gida, ætas ſenilis, tempus hyemis, cum crepare appropinquat, febris & rigor augmentantur. Si apoſtema ſit in pectore, fit dolor maior. Si in latere pectoris, infirmus ſentit cum in latere iaceat ſano, quaſi rem ſu‑ſpenſam in altero. Si in utroque latere eſt, in quocunque iaceat ſentit ſi‑militer. Cum crepatur apoſtema ſurſum, ſcreatus cum tuſſi egreditur. Si deorſum, uadit ſanies ad inteſtina & ſtomachũ. Si natura in maiorem uenam mandat quæ uocatur concaua uenit ad epar, aut ad ueſicam cum ſanies illa renibus per concauam uenam mandatur ubi urina colatur. Hi autem infirmi continuas febres patiuntur ſi non ſubito ſcreetur. Quæ ſi moretur, in phthiſin deciditur. Hæc enim ſanies ſubſtantiam pulmo‑nis comedit, & putrefacit. Similiter facit ſanguis ſi ad ſaniem uenerit. Plu‑rimi qui hunc morbũ incidunt, decem & octo ſunt annorum uſq; ad trige‑ſimum quintum, propter dominationem caloris ad completionẽ huius ætatis. Membra eorum ſunt tenera, pulmo tenerior, unde à ſanie cito comeditur. Item patiuntur hanc paſſionem qui apparati ſunt ad eandem. Hi autem ſunt macidi, pectore ſtricti, ſpatulas habentes eleuatas. Qui‑bus calidus ſæpe uenit catarrus. Strictio pectoris uenas ſtrictas facit. Ca‑tarrus qui ſæpe uenit pulmonem incidit, & putrefacit. Oportet autem intelligi quia hæc paſſio ab aſſidentibus ſibi infirmis contingit, & à patri‑bus & auis. Significatio phthiſis, continua eſt febris, tepida in die, cre‑ſcens in nocte, & poſt cibum, quia paſſio iſta ſicut calx, cuius calor aug‑mentatur cum aqua infundatur. Aliquando minimum ſudant. Oculi concauantur, maxillæ rubeſcunt. Digiti & ungulæ fiunt concauæ, in calcaneis molles ueſicæ, appetitus deficit. Oculorum concauitas, ex conſumptione eſt humiditatis, & deſiccatione ſui. Rubor in maxillis ex aſcenſione fumi calidi à pulmone in faciem. Concauitas unguium ex conſumptione carnis prius eas replentis. Calor extremitatis corporis & digitorum propter calorem qui in fundamentis eſt membrorum ſicut oſſium, quia digiti ex maxima parte ſunt oſſei. Tumor calcaneorum pro‑pter remotionẽ caloris naturalis, & uirtutis ſpiritualis ab eorum funda‑mentis. Vnde & cito moriuntur, & apoſtema molle patiuntur ſicut in corporibus mortuorum uidemus tumentibus. Appetitus deficit ex defe‑ctione paſcitiuæ uirtutis. De ſanie ſolent dubitare medici, utrum ſanies aut phlegma ſit. Quod probabis proijciens in uas plenum aqua, & expe‑ctans una. Si in fundum deſcenderit, ſanies erit, phlegma, ſi ſu‑pernatauerit. Hæ ſunt ſignificationes phthiſis.

De pel

De pelliculis coſtas operientibus, & de lacertis pectoris. Cap. XXIII.

PAſſiones in coſtarum pelliculis & pectoris lacertis, ſunt apoſtemata uulnera, & ſimilia. Ergo pleureſis eſt apoſtema in coſtarum pelliculis, ſed tamen abuſiue uocatur hic pleureſis. Veram enim pleureſin in diaphragmate eſt naſci. Accidentia hanc paſſionē ſequentia ſemper ſunt cum ipſa, neq; dum permanet, ab initio uſq; in finem recedentia. Sunt autē febris continua, tuſſis ſine ſcreatu in initio morbi, anguſtia, anhelitus, dolor pungitiuus. Si paſſio ſit moleſta & fortis, dolor à coſtis uſq; ad furculas aſcēdit, à latere illo ubi apoſtema fit, & aliquando ſub diaphragma deſcendit. Cauſa febris eſt ad infirmum membrum uicinitas cordis. Tuſſis propter motum expulſiuę uirtutis ad expellendam nocitiuam materiam. Anguſtia anhelitus, quia ex apoſtemate uia ſpiritus comprimitur. Dolor pungitiuus quia apoſtema eſt in pelliculis quæ ſenſibiles ſunt, quia neruoſę, cauſa doloris aſcendentis ad furculas, quia furcularum ſibi dolor contrahit pelliculas. Vnde comprobratur apoſtema eſt in ſuperiori pellicularum parte. Quod cum ſit commiſcentur doloris furculæ armi & mamillæ. Si apoſtema in inferiori ſit pellicula, dolet locus qui eſt ſub hypochondria. Si pleureſis in initio ſcreatum habuerit, eſt breuis & ſalubris. Si enim in die quarto ſcreauerit, in ſeptimo erit criſis, uel undecimo, uel ad plurimū in quartodecimo. Si ſcreatus ad octauum diem protenditur morbus prolongat, & criſis in trigeſimū differtur, uel etiā plus. Quæ ſpecies ſit apoſtematis, ex ſcreatu poteſt intelligi. Si enim rubeus fuerit ſanguineū apoſtema erit. Si albus & ſpumoſus, phlegmaticum. Si niger uel liuidus, melancholicū. Sed tamen hęc duo, id eſt, phlegmaticum, & melancholicum, raro in pelliculis naſcuntur coſtarum, propter craſſitudinem, & ſpiſſitudinem materiæ, & ex pellicularum ſubtilitate, & conſtrictione, à quibus non recipitur niſi ſubtilis materia, facilius perforans quam craſſa. Sanguinolentum & colericum, ſubtiliora & faciliora ſunt, unde in his pelliculis naſcuntur plurimum. Hippocrates in aphoriſmis: Qui ſemper oxireumiā habent, pleureſin habere non debent. Oxireumia enim naſcitur ex phlegmaticis humoribus corpori dominantibus, & intra ſtomachum ſe coadunantibus. Qui cum craſſę ſint materiæ à pelliculis his non recipiuntur niſi colerici humores coniungantur. Eſt & altera paſſio quæ dolor lateris uocatur, & eſt apoſtema in lacertis naſcenti pectoris, & aliquando in interioribus coſtarum lacertis. Signum huius eſt febris, & cum pulſatione ſine pūctura, dolor lateris, maxime cum flatus emittitur, & recipitur, & non tuſſitur, neq; ſcreatur. Si autem tuſſis parua eſt, & ſine ſcreatu facilis. Quod ſi in trahendo aërem dolor augmentatur, apoſtema eſſe in lacerto quo pectus conſtringitur. Aliquando eſt in lacerto extra pectus, quod apoſtema cum tactu ſentitur.

De

De diaphragmate. Cap. XXIIII.

PAſſiones in diaphragmate, quædam ſunt proprie, quædam ex mẽbrorum colligatione, propria pleureſis uera, id eſt, naſcens in diaphragmate apoſtema, quod quatuor ſequuntur accidentia, in pleureſi abuſiua iam dicta. Item alienatio mentis ex nocumento colligantiæ cerebri. Ex colligantia enim, aut ex cerebro, aut ex epate erit. Ex cerebro calidum apoſtema, unde mentis alienatio differens ab alienatione quæ propria eſt cerebri, quia accidentia quæ hanc ſolent ſequi, id eſt, uigilia, obliuio, lachrymæ, lippitudo, quamlibet rem à ueſtimentis aufferre, ſiue pariete. Siccitas linguæ non apparet in initio morbi diaphragmatis. Sed in augmento ſolent potenter uideri. In initio enim rubor eſt in oculis, & contractio uentris, anguſtia, anhelitus, quia epar quaſi apoſtema ſuum eſſet tuſſim patitur, & anguſtiam ſpiritus ex colligantia gibbi epatis, & diaphragmatis. Quod intelligitur, quia dolorem in dextro latere ſentit infirmus.

De corde. Cap. XXV.

PAſſiones cordis aut priuate ſunt ipſi, ſicut dolor & tremor, aut ex aliorum membrorũ colligantia in dolore ſicut defectio. Dolor cordis ex mala eſt complexione, aut officiali morbo, ſeu iuncturæ ſeparatione. Mala complexio calida ex pulſus intelligitur duritia. Quæ ſi ſit cõpoſita, & pulſus compoſitus erit. Peior paſſio cordis à complexione calida. ſiccitas eſt, aut & calor & ſiccitas. Ex his enim cito corporis naſcitur conſumptio quæ phthiſis uocatur. Poſt hos modos peſſimos diuerſa eſt cõplexio, quia generatur defectio. Ex officiali morbo, quia apoſtema calidum ſanguinolentum, aut colericum, cor patitur aut ſua operimenta. Quod ſi contigerit, non diu uiuit, intelligitur autem ex ardore, grauitate, & tetinatione, ſeparatione iuncturæ ſicut ex uulnere à pectore in cor perforante. Quod cum penetrauerit uentriculos maxime ſiniſtros, moritur ilico. Si non, poſt paruum tempus morietur. Similiter in omni paſſione cordis tantum uiuit quantum eſt fortitudo paſſionis. Tremor cordis ex humiditate eſt aquoſa in pelliculis cordis diuerſa. Signum eius, quia cor à loco ſuo moueri ſentit infirmus. Non enim poteſt dilatari uel cõſtringi propter humiditatem ſui, contingit etiam ex apoſtemate. Quod ſi ſit calidum cito occidit infirmum. Si durum, ſubtilitatem patitur ex qua morit. Fit tremor ex humiditate ſanguinolenta, ſicut iuuenis ille habuit de quo Galenus dicit: quia cum titillationem cordis pateretur, per triennium cum phlebotomia eum fuerit medicatus. In quibus ſingulis paulatim eum liberauit. In quarto uero anno feſtinata phlebotomia ante paſſionem non uenit illa titillatio. Arbitratus eſt ergo phlebotomiam debere pręcedere paſſionem illam cum ſic ceſſauerit, & homo liberatus fuerit. Et aliquando cordi fit titillatio ex fumo melancholico aſcendente cor. Defectio ex diſſolutione eſt uirtutis ſpiritualis. Quę aut ex pleni

ex plenitudine contingit, hanc eandem uirtutem grauanti, & confundenti ſicut in defectione illa uidemus quæ ex humoribus naſcitur uenas illas com plentibus, & de plenitudine ſtomachi ac cibis, aut ex plenitudine cerebri ſi cut in apoplexia eſt uideri, aut ex nimia exinanitione uirtutem diſſoluente, ſicut in diarrhœa ſiue ſolutione poſt potionem acceptā uidemus, & nimio ſudore, ſanguinis fluxu, cum phlebotomia, ſiue ex naribus, aut ex ſanguinis profluuio, quod mulieres ex menſtruis, uel parturitione patiuntur, aut ex saniei nimia egreſſione, à uulneribus, & abſtinentia cibi & nimio labore, ſimilibusq; exinanitionibus menſuram excedētibus, quibus cum re nocitiua res iuuatiuæ expelluntur. Aut ex complexione calida ſicut in febribus, aut frigida, quam os ſtomachi patitur in paſſione quæ boliſmos uocatur, aut ex multis diuerſis complexionibus ſubito ſe commutantibus, aut ex nimio dolore uirtutem diſſoluente, & ſpiritum purificante, ſicut dolore in ſtomachi ore, & ilium doloribus, puſtulis, uel uulneribus quæ in articulis ſunt uel neruis, uel in lacertorum capitibus, & ſimilibus dolores plurimos facientibus. Item in ſuffocatione matricis defectio naſcitur ex quorūdam membrorum corruptionibus, & eorum mortificationibus. Vnde poſtea fumus ad cor aſcendit frigidus, & defectio cordis uocatur, & inde ſubitanea mors naſcitur. Iterum defectio in febris periodis eſt in initio, aut propter dolorem nimium ex calore naſcentem, aut propter putridos humores ad ſtomachū effluentes, & uirtutem ſpiritualem grauantes, aut ex febricitante apoſtemate in aliquo principali membro habente, ad quod cum humores illi deſcenderint dolor augmentat̄, & defectio fit, aut in ore ſtomachi defectio eſt, unde humores ad ſe ſuſcipit ueniētes. Qui ſi incraſſent uirtus grauat̄, & defectio generatur. Signū, frigeſcunt extrema corporis, anhelitus deficit, & frigeſcit, paruitas pulſus, & defectio ipſius, citrinitas coloris, & ſi uocetur infirmus non audit, non quaſi longe remotus, aut poſt domū poſitus ſit. Hæc ſunt ſigna paſſionū in corde, & cæteris ſpiritus inſtrumentis naſcentium.

De inſtrumentis cibi, & à ſtomacho incipiendum. Cap. XXVI.

PAſſiones in inſtrumentis cibi, uel ſunt in meri, uel in ore ſtomachi, uel in inteſtinis, in epate quoque uel in ſplene, in felle, uel in renibus, uel in ueſica. In meri, aut in ſua ſubſtātia, aut in uia unde ad ſtomachū tranſeunt cibaria. In ſubſtantia ſua, cum uirtus deficit appetitiua, cibum ab ore trahens ad ſtomachū mittens, deficit & uirtus expulſiua, unde uomitus conſequitur. Hęc autem ex mala complexione deficit, aut ex morbo officiali, aut ex iuncturæ ſeparatione, aut ex lacertorum paſſione ſuorum ipſius meri actionē explentiū. Ex mala cōplexione calida, quæ ex ſiti intelligit̄ nimia, & refrigeratione cum aqua bibat̄ frigida, aut ex frigida quę ecōtra erit intelligenda, aut ex humida, quę ex humiditate oris, & multis intelligit̄ ſputis, aut ex ſiccitate, quod ex oris perpenditur ſiccitate. Ex morbo officiali, ſi

cut ex calido apoſtemate, quod cum rubore & ſitis intelligitur nimietate, & dolore inter ſpatulas. Ex frigido apoſtemate, quia grauitas eſt ſine dolore. Ex ſeparatione iuncturæ, ſanguinis ſequitur, uomitus, & dolores inter ſpatulas. Quæ ſi ſit in longum, minorem facit appetitum. Si per latum, minorem uomitum. In uia ſua meri patitur conſtipationē. Quę ex interiori eſt apoſtemate eam uiam oppilante, aut ex lacertorum apoſtemate, quibus exterius actio meri expletur. Significatio apoſtematis calidi, dolor eſt & febris, atq; ſitis. Quod cū ſaniem facit augmētat febris, & rigorem patit atq; tremorem. Si frigidum ſit, grauitatem ſui loci, & tetinoſitatem facit. Perfectior ſignificatio oppilati meri, eſt cum non appetitio cibi ad ſtomachū trāſire poſſit. Paſſio ſtomachi aut in ore, aut in fundamento ſui erit. Paſſio in ore dura & moleſtiſſima eſt. Aliquando mortificans propter cordis uicinitatem, & cerebri ſocietatem. Dolor autem oris ſtomachi, alius uniuerſalis eſt illi, & membris alteris, qui uel ex mala eſt complexione, uel morbo officiali, uel iuncturæ ſeparatione, cum cerebrum uel cor patiuntur per ipſum ſibi coniunctum. Cerebrum cauſa ſui patitur uigilias, alienationem mentis in febribus, malos ſomnos & terribiles, ſpaſmum, uel epilepſiam, tremorem. Galenus in megatechni: Vidi, inquit, hominem in febribus ſpaſmum patiētem ſine aliqua ſignificatione ſpaſmum prænuntiante. Alioquin etiam patiuntur hæc ex malis cibarijs quæ comeduntur, halitum & ſingultū. Quæ cōmeſta cū euomant cito quieſcitur, ex colligantia ſui cor deficit, atq; tremit. Alius eſt proprius ſoli ori ſtomachi, ſicut corruptio appetitus, uel caninus appetus, uel boliſmus, ablatio etiam appetitus, dolor pręcordiorum, ſitis, natatio cibi in ore ſtomachi. Quod ex mala complexione in ſtomachi naſcitur ore, quia ſi ſit calida, ſequit ſitis nimia, cum calore quæ utraq; in ſtomachi ſentiunt ore. Vnde in aqua frigida, uel qualibet re alia actualiter frigida, delectatur extrinſecus appoſita. Si ſit cum materia colerica patitur abominationem, oris amaritudinem. Si mala complexio ſit frigida, ſitis eſt parua, & delectatur in cauſa actualiter calida, ori ſtomachi extrinſecus appoſita, & in cibis calidis. Quæ ſi ſit cum materia phlegmatica, uel melancholia, ſentit in ore infirmus ſaporem acidum. Si autem probare uelis utrū mala complexio cum materia ſit, da infirmo comedenda cibaria bonos chimos gignentia, deinde fac ut uomat. Quæ ſi cum malis uideas cōmixta cū materia eſſe intelligas. Si non econtra. Vrina quoq; idem ſignificat. Si em̄ poſt moderatum cibum, & aquā bibitam, craſſa ſit & turbida. Intelligimus eſſe cum materia. Si non econtra. Complexio humida & ſicca non faciunt dolorem niſi poſt diuturnitatem. Si enim diu morentur, mala accidētia conficiuntur, quia ex humiditate fit hydropiſis, ex ſiccitate phthiſis. Apoſtemata in ſtomacho naſcentia calida ſunt cū febri, pulſatione, grauitate ſiti, anguſtia, abominatione, craſſitudine, cum tactu in ore ſtomachi apparent.

rente

rente calore. Hęc aperta & facta uulnera faciunt pulſationem, & febrem fortiorem, rigorem quoq; & tremorem. Quæ duo accidentia ex acuta ſunt materia quę in ore ſtomachi pugnant. Hęc autem materia in apertis uulneribus & ſaniem facientibus cum uomitu purgatur. Frigida intelliguntur in ſtomachi ore, ex craſſitudine & grauitate, ſine ſiti & calore. Ex iuncturæ ſeparatione ſtomachus ſicut & meri patitur, & eiuſdem ſignificationibus denotatur. Corruptio appetitus, aut eſt ex ſuperfluitate, uel minoratione, ſiue ablatione. Superfluitas, aut ex qualitate eſt cibariorum ſicut in mulieribus concipientibus, aut ex quantitate quæ fames uocatur. Hæc ſi ſit multa uocatur canina. Minoratione appetitus minuitur, ablatione aufertur, ſicut in boliſmo uidetur. Deſiderium malorum in qualitate cibariorum, ex humoribus eſt peſſimę qualitatis, in ore naſcentibus ſtomachi. Vnde acida deſiderantur cibaria, ſalſa, pontica uel acuta. Aliquãdo etiam lutum, terra, carbones, teſta, & alia in qualitate peſſima, ſicut in concipientibus uidetur cum ſuperfluitas menſtruorum in nutrimẽto fœtus, in ore ſtomachi coadunatur. Sanguis enim menſtruus, ſuperfluitas eſt in mulierum corporibus quam natura præparauit in creando fœtu. Quæ cum cõceperint, ſtringitur ne egrediatur. Melior & iuuabilior in fœtu datur nutriendo. Minus bonus aſcendit ad mãmillas ut lac fiat. Peior in corpore remanet muliebri, qui aſcendens in os ſtomachi malum deſiderium facit. Quod patiuntur mulieres in menſe 7. 2. & 3. in 4. aufertur. Quia fœtus dum paruus, nõ multo ſanguine nutrit. Dum autẽ creuerit multo indigebit, neq; prius deſcendit ut in ore permanens ſtomachi. Augmentatio deſiderij cibi quæ fames uocat, ex cõplexiõe eſt frigida, q̃ os patit. Quę ex acida intelligit ructatione, & deſiderij aquæ minoratione, atq; liquida egeſtione, uel de inanitione corporis cum membra exinanita deſiderant repleri ſicut uidetur poſt febres cum purgationibus finientes. Membra enim exinanita trahunt ſibi quod ſubtile inteſtinum receperat. Inteſtino euacuato, ab ore ſtomachi trahũt ſibi, ideoq; fames fit. Quam intelligimus exinanitione præcedenti. Significatio huius paſſionis, nimia eſt fames quæ non poteſt ſuſtineri, & multum comeditur donec grauat ſtomachus, & eijciat cum egeſtione uel uomitu. Differt hoc ab illa quæ de acido eſt humore, quia iſta ſolutionem non habet uentris. Defectio appetitus, aut ex mala eſt complexione os ſtomachi emolliente, & diſſoluente, quam ex fumoſa intelligimus ructatione, & luti odori aſſimilante, ſiti nimia, & delectatione in bibenda aqua frigida, & quod actualiter frigida in ore ſtomachi ponat, aut ex humoribus eſt colericis, uel ſalſis, quod intelliges ex punctione in ore ſtomachi, abominatione quoque & uomitu, deſiderio nimio aquæ frigidæ, amaritudine & ſalſitate. Humores enim colerici uel ſalſi generant ſitim, nimium deſiderium aquæ, minorationem ad cibum appetendum. Aliquando minoratio appetitus de uiſcoſis naſcitur

humoribus in ore ſtomachi ſe coadunātibus & ipſum implentibus. Quam
neq; ſitis neq; punctura ſequitur, aliquando in ore ſtomachi humores habē
tur putridi. Quod datur intelligi ex anguſtia & cōſtrictione oris ſtomachi.
Item naſcitur ſi neruus ueniens ad os ſtomachi patiatur, unde ſenſus amitti
tur. Quod ex commixtione cerebri eſt intelligi, patientes alienationem
mentis. Boliſmos eſt nimia fames menſuram excedens. Quæ fit ex ablatio-
ne deſiderij naſcens ex frigidiſſima complexione ori ſtomachi dominante,
& cibi minoratione, uirtutiſq; defectione. Intelligitur ex tactu, quia in ore
ſtomachi locus inuenitur frigidiſſimus, & ex deſiderij defectione, & cibi ac
cipiendi horrore, corporis totius ſubtilitate & conſumptione. Fames hæc
non ex ſolo eſt ſtomachi ore, ſed ex deſiderio totius corporis. Differt à ca-
nina, quia in boliſmo deficit deſiderium, corpus conſumitur, & deficit uir-
tus, in canina, uirtus deſiderij eſt fortis, & membra plena. Dolor præcordi
orum, id eſt, paſſio oris ſtomachi ſic uocata à medicis propter uicinitatem
huius membri & cordis, ex calida complexione naſcitur, & ex doloris miti
gatione intelligit̃, cum res actualiter frigida ſuperponitur. Eſt & ex humori
bus colericis decurrentibus ad os ſtomachi, perpendas ex nimia defectione
& extremitatis corporis frigiditate. Quæ paſſio duriſſima eſt, & moleſtiſſi-
ma. Aliquando ex nimio dolore pereunt, quia hęc mēbra propter uicinita-
tē cordis ſenſibiliſſima ſunt. Aliqñ colera ad os deſcendūt ſtomachi propter
dolorē nimiū, anguſtiā & triſtitiā, & tarditatē accipiendi cibū. Hæc nimiū
generāt dolorē, & citam afferūt mortē. Quę omia ſunt ex nobilitate oris ſto
machi, & uicinitate cordis. Aliquādo ad os ſtomachi phlegma putridū de-
ſcendit, & infirmo anguſtiā & contractionē facit, ſicut & humores colerici.
Natātes cibi in ore ſtomachi ex defectione ſunt expulſiuę uirtutis. Signū, qa
cibo accepto grauitas ſentit̃ in ſtomacho, & nocēt ea quæ ſumunt̃. Sitis ni-
mia ex ſtomachi eſt calore, uel ſiccitate, uel de utroq;, aut de humoribus ſal-
ſis in ſuis tunicis, uel in inteſtino ſubtili, uel in meſaraica, uel de calore epatis
aliqñ etiā ex calore pectoris & pulmonis. Differūt, qa quę de pulmōe eſt &
pectore mitigat̃ ex frigidarū rerū acceptione, alia nunq̃ quieſcit niſi ex fri-
gidiſſima aqua. Galen. Quidā ſitim patiunt̃ nimiā, neq; aqua frigida, uel ge-
lido aëre mitigant̃, & ideo nimia ſiti cito moriunt̃. Cauſa eſt quia quidā tiri
as comederūt ſitibiles, quidā uinū biberunt ubi tirię poſitæ ſunt. Quidā ue-
tus uinū unde ſtomachus calefit ultra modū, alij nauigātes, neq; aquā dulcē
inuenientes, aquā marinam biberunt, & ſitiendo mortui ſunt. Apoſtemata
ſtomachi calida intelliguntur, ex pulſatione, grauitate febri, anguſtia, abo-
minatione, craſſitudine, & calore, quę in ſtomachi locis ſentiunt̃. Cū autem
aperiunt̃ hęc apoſtemata & faciūt uulnera, pulſatio & febris ſunt fortiora,
cū rigore & tremore ambobus naſcētibus de acuitate materię, & eius cum
mēbris obuiatione. Quę cū crepent̃ cū uomitu corpus purgat̃. Frigida apo

ſtemata intelligunt̃ ex craſſitudine ſine dolore, calore, ſiti, & cũ grauitate. Separatio iuncturę q̃ patit̃ ſtomachus, eadẽ eſt quę meri dicta eſt ſuperius, & ſignificationes ſimiles. Sed tamẽ nõ eſt dolor inter ſpatulas, ſed in ore ſtomachi.

De profunditate ſtomachi. Cap. XXVII.

PAſſiones in fundamento ſtomachi ſunt mala digeſtio, faſtidioſitas, diarrhœa, lienteria, uomitus, ſingultus, inflatio, ructatio, ſanguis, & lac coagulatũ. Mala digeſtio, & faſtidioſitas, ex defectiõe eſt ſtomachi in digeſtione. Si enim cibus uelociter à ſtomacho nõ deſcenderit appellatur mora digeſtionis. Si neq; perfecte digerit, uel deſcẽdit, peſſimaq; digeſtio ſit, quo quomodo ſi ſe in malam qualitatẽ mutauerit, mala digeſtio uocabitur. Si nullatenus cibus digeritur, ſed potius corrumpitur, faſtidioſitas nuncupat̃. Quę qui patiuntur ſtomatichos uocamus. Omnes autẽ hæ paſſiones ex uno ſunt naſcentes. Sed tamen ablatio eſt digeſtionis ſi eius cauſa non fuerit fortis. Faſtidioſitas ſi fortis, mala digeſtio ſi mediocris. Hæ autẽ cauſæ aut interiores ſunt aut exteriores. Interiores, ſicut mala cõplexio ſtomachi, & humores completi, atq; contenti, apoſtemata, & ſeparatio iuncturæ. Mala complexio calida in ſtomacho corrumpit cibaria, & in malam qualitatem & putridam mutat. Quia calor nimius putrefacit cibum. Quod intelligit̃ ex fumoſo ructatu, & uiſcoſitate ſputi, cuius odor eſt ſicut odor luti putridi, uel piſcis recentis, & complexio mala digerit frigida & dura cibaria ſitim & dolorẽ facit. Mitigat in frigida re actuali, ſiue potentiali. Cõplexio frigida intelligitur ex ructatione acida, ſitis paruitate, & calidi cibi delectatione, dolor mitigatur cum re calida actuali, ſiue potentiali. Si frigida fuerit ultra modum, nõ mutat aliquo modo cibum intra ſtomachũ, neq; propter frigiditatẽ facit ructatum acidum. Frigiditas eñ non mutat cibũ. Si frigida & ſicca, digeſtionẽ non confortat, ſed potius in initio minuit, neq; dolorẽ facit, ſed peius in diuturnitate, quia ſicca cõplexio ſi nimiũ dominet̃ ſtomacho facit hecticũ, maxime ſi cũ eo iũgat̃ calor. Si eſt humida, ſicut hydropiſin, propter mutationẽ cibi ex humiditate, maxime ſi iungat̃ cũ frigiditate. Nos alibi dicemus de hydropiſi quę de uicio naſcit̃ ſtomachi. Humores uero clauſi intra ſtomachũ, aut calidi ſunt, qui ex defectione appetitus intelligũt̃, & fumoſo ructatu, ſputo uiſcoſo & putido. Hiq; humores aut in cõcauitate ſunt effluentes & intelliguntur, quia ſi cibum incorruptibilem accipiat infirmus, ſicut frumentum eſt & hordeũ, cum uomitu uel digeſtione exeunt, & cum eiſdem exit colera, aut ſunt inuiſcati, & in tunica ſua coadunati, & perpenduntur ex abominatione & uomitu, cum quibus nihil egredit̃, & nimia ſiti. Aut humores ſunt frigidi, & intelliguntur ex minoratione cibi appetendi, & acido ructatu. Item hi humores, aut in cõcauitatem ſtomachi currunt, quod intelligimus quia cum mundificatorium cibum accipit

infirmus, ſicut mel & ſpuat, & ipſum uomat, cum eiſdem phlegmata exeũt aut inuiſcantur in ſtomachi tunica. Quod intelligitur ex abominatione ſine uomitu, ſitis paruitate, & appetitus fortitudine. Quæ oportet diſcernere inter malam complexionem ſtomachi & humores contentos ibi. Videas ergo ſi corpus plenum, & uenæ tumidę ſunt, & cum cibum accipiant temperatum, & cũm digeſtione mixturata exeunt, uel cum aliquo humorum intelligimus ex humoribus eſſe concluſis in ſtomachum. Apoſtemata in ſtomacho naſcentia ſunt diuerſa, aut enim calida quæ ex dolore & pulſatione in fundamento ſtomachi ſunt intelligenda, & ex duritie, atq; calore ſub tactu ſentienda, febri quoq; & ſiti, quæ cum ad ſaniem ueniunt augmentatur febris, & rigorem faciunt, aut ſunt frigida ex grauitate & duritie, ſine calore & dolore cognoſcenda. Separatio iuncturæ, aut de cauſa eſt interiore aut exteriore. De exteriore ſicut ex uulneribus quæ patitur ſtomachus, aut acutis paſſionibus. De interiore ſicut tumoribus & putrefactionibus. Exterior cauſa eſt cibi inconuenientia, aut in quantitate ſi plus ſit quam ſtomachus poſſit digerere, ſicut in paruo uidemus igne ubi plura ligna appoſita non bene digeruntur, aut in qualitate peſſima, ſicut acidum lac, piſces, radices, omnia fricta & contuſa. Quæ omnia ſunt ſicut ignis ſuperpoſitus humidis, neque tamen ab eo comburendis. Aut in ſubſtantia cibi craſſi ſicut caro eſt uaccina, & panis azymus, quæ aut in ordinatione cibi, ſicut cũ quis craſſum aut ſtipticum manducauerit cibum, poſtea ſubtilem apponat qui antea corrumpitur quam craſſus, à ſtomacho egrediatur, aut cum cibum accipiat quem antequam digerat, alium rurſum ſuſcipiat. Quæ omnia intelliguntur ex infirmi inquiſitionibus. Eſt & alia ſtomachi paſſio, id eſt, cum uomitu & egeſtione purgatio, quod aut commeſtione conſequitur nimia, quæ ſtomachum grauando noceat, & ad expellendũ illud quod oris ſtomachi eſt uicinum cum uomitu laborat, quod uero eſt in fundamento cum egeſtione, aut ex cibi qualitate, quæ ſi ſit pungitiuus pungit ſtomachum, & ad exeundum compellitur, aut uiſcoſus qui in ſtomacho lubricatur, & egreditur, aut ex alia cibi corruptione, ſiue in colericos humores mutatione, uel quia de alio loco ſicut felle deſcendit, & in ſtomachum fluens ipſum pungit ut à ſe expellere poſſit. Quod intelligitur ex his quæ à corpore cum uomitu & egeſtione egrediuntur, & de anguſtia, abominatione atque ſiti. Hæc paſſio facilis eſt in initio. Cum ergo cibus exeat corruptus, & dolor augmentetur, corruptiq; exeant humores ſtomachum & inteſtina pertingentes & noceant inteſtino cum egeſtione, & meri cum uomitu, & inde ſtomachus & inteſtinum dolorem patiuntur nimium, anguſtiam, inſtabilitatem, ut cadant in defectionem, & faciei macilentiam. Tempora dilatantur, nares acuuntur, frigeſcunt corporis ex-

tremita

tremitates, maxime ſi corpus corruptis apparatum ſit humoribus. Diarrhœa eſt purgatio humorum diuerſorum & ſubtilium, qui aut ex mala ciborum ſunt ordinatione. In quantitate, ſi multi ſunt & grauantes ſtomachum ut expellantur, & eos alij humores ſubſequantur. In qualitate, ſicut cum homo accipiat cibum facilem ad corrumpendum, ſicut melones, cucurbitas, mora & ſimilia. Hæc enim in ſtomacho corrumpuntur, expelluntur, & cum eis alij humores egrediuntur. Aut ex cibi ordinatione ſicut cum accipiuntur ad deſcendendum duriora, & poſt uelociora, aut ex conſtipatione meſeraica. Hæ enim uenæ ſi ſint conſtipatæ, colamentum cibi ad epar non poteſt tranſire, exit ergo cum digeſtione. Quod ex plenitudine eſt corporis & uenarũ. Cibus digeſtus eſt in ſtomacho ſecũdum quod oportet, & in ſubtili inteſtino non ualens tranſire ad ſtomachum, & alia mẽbra corporis, ſicq; cum digeſtione exit. Quod ex plenitudine multorum naſcitur humorum ad ſtomachum deſcendentium, aut ex corpore ſunt toto, aut ex uno membro. Hoc autem eſt aut ſecundum naturam ſicut in critica die uidemus cum membra nociuos humores expellunt ad ſtomachum, utpote cerebrum ad ſtomachum & inteſtinum, in quo nocitiui humores maxime adunantur, & ab eo in ſtomachum propelluntur. Hi autem humores aut ſalſi ſunt aut acuti, facientes digeſtionem ſanguinis. Signa ſalſorum quia ſalſitatem, uel amaritudinem in ore infirmi ſentiunt, acuti pungunt, & nimium ſitire faciunt. Si nec ſalſi nec acuti ſunt, defectionem tantum faciunt. Differt autem à priori morbo, quia prior facit uomitum, & colere rubeæ exit plurimum. Diarrhœa uomitu caret, & quod exit diuerſum eſt, neque unius qualitatis. Item prior eſt acutus, & uelociter aufertur. Diarrhœa uero diuturnus eſt morbus. Species diarrhœæ ex multis humoribus ad ſtomachum effluentibus ſunt diuerſæ ſecundum diuerſitatem materiæ, cum enim quędam ad ſtomachum à cerebro deſcendant propter malam complexionem calidam & frigidam augmentẽtur humores & deſcendant partim in nares, partim in palatum, & de palato in ſtomachum & inteſtinum, complexionesq; eorum corrumpunt, unde deficit digeſtio eorum, deinde uirtus diſſoluitur, & aliquando ad mortem deducit hic morbus. Eſt & alia ſpecies quæ non multam ſolutionem habet, ſed paruam, & eandem colericam. Quod conſequit̃ ex augmentatis in corpore humoribus, quibus non oportet corpus nutriatur, ſicq; in ſtomachum & inteſtinum pellunt̃. Eſt & alia ſpecies quę ſolutionẽ interpolatam habet duos uel tres dies ceſſans, & poſtea durãs. Cumq; ceſſauerit reuertitur ſicut fuit. Quod cõtingit cum in illis membris coadunati chimi expellunt̃ ad ſtomachũ & inteſtinum, ſicut febris coadunatur materia quę eſt interpolata. Si aut dieta aliquando hoc in tertiana eſt febri cum colericos humores natura expellit in die acceſſionis. Eſt & altera quæ naſcitur de oppilatione meſaraica cum cibi ſuccus

non

non ſecundum quod oportet ad epar egreditur, ſed ſubtilis ad epar de-
ſcendit, & inteſtinũm mediocris, ſicut uidet in hydropiſi quę ex conſtipa-
tione contingit. Hæc ſpecies conſumptionem & excoctionem facit corpo-
ris, quia paruiſſimum de ſucco cibi peruenit ad corpus. Et ſimiliter omnes
ſpecies diarrhϾæ, ſi moretur conſumptio corporis conſequitur. Eſt & a-
lia de humoribus naſcens humoribus & phlegmaticis in inteſtino. In qua
infirmus dolorem patitur & inflationem. Quod exit paruum eſt & rarum,
moratur infirmus ad ſellam diu. Lienteria eſt cum ſicut comeditur à ſtoma
cho exit cibus ſine ulla ſui mutatione. Quod ex nimia eſt defectione uirtu-
tis contentiuę cibum tenere non ualente. Contigit autem ex complexione
humida & frigida ſtomacho dominante, & inteſtino ſubtili, unde cibus lu-
bricus eijcitur. Aliquando quoq; ex ſtomachi & inteſtini eſt defectione, cũ
cibum quod oportet non poſſit mutare, quia non ſecundum quod oportet
mouetur, neq; competenti tempore. Fit autem propter puſtulas & uulnera
quę in inferiori ſtomachi ſunt tunica. Ad quam cibus cum ueniat & illa tan
gat uulnera, & pungat, ſtomachus ex dolore quem ſentit mouetur expellẽs
cibum antequam ſit mutatus, ut ſe defendat à ſibi nocentibus. Intelligimus
hoc ex uulneribus & puſtulis quæ in ore & lingua infirmus patit̃, & quod
calor & ſiccitas in ore ſentiuntur. Lienteria ergo ſicut diximus, paruitas eſt
cibi in ſtomacho morantis, & citus exitus cum introierit. Vnde Hippocra-
tes in aphoriſmis. In lienteria diuturna oxireumia nata quæ non fuerit an-
tea, bonum ſignum eſt. Oxireumia enim cõtingit ex cibo in ſtomacho mo-
ranti, & continentia contentiuæ uirtutis. Abominatio & uomitus, aut ex
cibi ſunt quantitate, aut de qualitate, aut de humorum putredine. Ex quan-
titate, ſi plus ſit quam oporteat ſtomachum grauans, & in ore ſuo natans.
Quem cum ſibi noceat ad meri expellit, & de meri cum uomitu eijcit. De
qualitate ſi cibus abominabilis ſit, & amarus, acutus, & pungitiuus. Qui cũ
noceat ſtomacho expelluntur ab eo. Hi ſi in concauitate ſunt ſtomachi faci
unt uomitum. Si intra tunicam eius, & tunicæ uillis inuiſcentur abominatio
efficitur. Humores quoq; hi aliquando naſcuntur in ſtomacho, aliquando
ad ipſum effluunt ab alio membro. Naſcentes in ſtomacho continui ſunt,
quia corruptio complexionis ſuæ eos generauit. Qui ab alio membro de-
ſcendũt, paruo tempore ubi quieſcunt adunantes ſe in locum unde deſcen-
ſuri ſunt ad ſtomachum. Humorum autem ſpecies intelligunt̃ ex ſapore ho
rum quæ euomuntur. Si enim ſunt amara, ex colera ſunt rubea, ſi ſalſa, dul-
cia uel acida, ſunt phlegmatica. Aliquando uomitus eſt ſecundum criſin cũ
natura humores expellit qui cauſa ſunt morbi à parte ſuperiori. Singultus
eſt ſpaſmus interiorum panniculorũ ſtomachi cauſa ſui, eademq; & ſpaſmi
in neruis, aut enim de plenitudine, aut de inanitione, aut de pũctura, aut de
complexione frigida. De plenitudine ſicut uidetur in multũ cibum & pluſq̃

oporteat

oporteat accipientibus,& in his quorum dieta eſt inordinata. De inanitione ſicut poſt febres,& uentrium ſolutiones, & poſt longam cibi abſtinentiam, quod intelligitur ex præcedentibus. Punctura de colericis eſt humoribus in ſtomacho naſcentibus, ut ab alijs membris ad ipſum effluentibus, uel de poſitione acuta ſiue cibo, uel de uino ueteri,& puro. Singultus ex frigida complexione, ex frigidi cibi peſſima eſt acceptione: Qui ſpiſſatur in ſtomachi ſubſtantia,'& eam ſpaſmat ſicut patiunt ſeniores, & diuturnos morbos habentes: Inflationem & gurgulationes, aut de interioribus ſunt, ſicut ſi ſtomachus non bene ſit calidus, ut digeri poſſit cibus,& uentoſitas diſpergatur, neq; frigidus quin cibus mutetur, ſed calor eius ita eſt defectus quod cibus perfecte non digeratur, uel in uentoſitatem fumoſam mutetur, & fiunt inflatio & gurgulatio in ſtomacho: Aut de exterioribus, ſicut cum cibus accipitur, quo uentoſitas generatur, utpote fabe, phaſeli,& ſimilia, Vētoſitas quæ ex his naſcitur, parum moratur, cum ructatu enim diſſoluitur. Ructatus ex uentoſitate ſtomachi inflatiua naſcitur, parum moratur, cum ructatu enim diſſoluitur. Ructatus ex uentoſitate ſtomachi inflatiua naſcitur, parum moratur, cum ructatu enim diſſoluitur. Ructatus ex uentoſitate ſtomachi inflatiua naſcitur, qua uſq; in os aſcendente & fumus aſcendit, aut de humoribus calidis unde ructatus fumoſus fit, aut de frigidis humoribus & fit calidus. Aliquando quoq; ructatur acide ex frigidis cibarijs & multis. Quæ cum non poſſit ſtomachus bene digerere ex caloris defectione, fit inde acidum ructare. Ructatus aliquādo fit adeo ualidus ut à ſtomacho cibus egrediatur,& digeſtio contrahatur. Si autem ructatus non exeat generat uentoſitas,& inflatio nocitiua. Lac coagulatum intra ſtomachum, fit cum qui habent eum frigidum, lac recenter mulſum accipiunt.

De inteſtinis. Cap. XXVIII.

PAſſiones in inteſtinis, ſunt diſſenteria, teneſmos, colica paſſio, ileos uentoſitas, lumbrici, aſcarides, contractiones. Diſenteria aut eſt de epate, & uocatur epatica, de qua dicturi ſumus poſtea, aut ex inteſtinis quę ex nimio motu fit, aut ex calido apoſtemate in inteſtinis naſcēte, & crepāte, aut ex humoribus qui ab inteſtinis deſcendūt, in diarrhœā ſi materia acuta ſit & colerica, uel ſalſa ſit phlegmatica, unde panniculi inteſtini putrefiunt uulnera. Hanc paſſionem habentes, ante purgent colericos & diuerſos humores, & poſt humiditatem phlegmaticam. Quod cognoſcitur cum inteſtini humiditas uiſcoſa & deſuper tunicata excoriatur, poſtq; cum excorientur, quædam de inteſtinorum proijciūtur corporibus quæ ſi ſint ſicut fruſta carnis ſubſequitur perditio infirmi, quia inteſtinorū ſubſtantia ſignificatur eſſe commeſta,& uſq; ad ſecundam ſubſtantiam perforata. Quod impoſſibile eſt curare, poſt purgent ſanguinem. Quod fit cū

uenarum aperiantur ora quæ in inteſtini ſunt ſubſtantia. Aliquando putredo fœtens exit ſicut de corpore mortui. Aliquando ſicut pinguedo diſſoluta in colore & liquore. Hoc autem eſt cum calor diſſoluit pinguedinem quæ in membris eſt pinguibus. Quæ ſi moretur ſicut fex uini efficitur. Aliquando eſt diſſenteria ex uenarum ſciſſura cum in ipſis ſanguis augmentatur unde ſcinduntur. Putant autem quidam eſſe hæmorrhoiden & non eſt, quia hæmorrhois ex ſciſſura eſt uenarum quæ in natibus ſunt. Item diſſenteria ex humoribus eſt melancholicis in qualitate peſſimis, & deſcentibus ad inteſtina. Qui intelliguntur ex coleræ nigrę egreſſionibus. Aliquando hæc colera nigra ſanguini iungitur melancholico. Quæ ſpecies peſſimæ ſunt & mortales, maxime ſi ſint fœtentes. Sicut in aphoriſmis. Solutio inquit Hippocrates: in cuius initio colera exit nigra mortalis eſt. Vulnera inteſtinorũ aut craſſi inteſtini ſunt, & intelliguntur, quia ad egeſtionem ſurgit infirmus, cum punctura ſine tortura ſentiatur. Quod exit de uulneribus nõ cum digeſtione miſcetur. Vnde uulnera in recto inteſtino eſſe intelliguntur. Si cum egeſtione aliquantulum miſceatur, uulnera morbo inteſtino eſſe ſignificantur, aut in colon. Si infirmus ſub umbilico puncturam ſenſerit uulnus, in craſſo inteſtino erit. Si umbilicum dolor circumdederit, uulnus in inteſtino eſt ſubtili. Item ſi punctura ſentiatur diu ante digeſtionem, & quod de uulnere exit cum egeſtione mixtum ſit, uulnus in inteſtino eſt ſubtili. Eſt enim ex longa uia, in qua ſanguis & ſanies commiſcentur. Iterum ſi bene ſint mixta, uulnus in inteſtino eſt ſuper ieiunum. Hippocrates in quodam libro: Qui habent inquit diſſenteriam, patiuntur contractionem exituræ uentoſitatis, & ſurſum redeuntis, defectionem quoq; uirtutis, & frigitudinem extremitatis. Galenus huic capitulo iungit dolorem ſtomachi, plenitudinem capitis, & dolorem ſui. Cauſæ horum quia inteſtina excoriata dolent, & impediuntur ex omnibus ad ipſam tranſeuntibus maxime ſi ſint acuta & pungitiua. Cum autem non feſtinatur ad emittenda quæ nocent reuertentur aſcendendo ſurſum, & fit uentoſitas & dolor intra ſtomachum, & plenitudo in cerebro propter aſcenſionem fumi illius materiæ ad caput. Sequitur autem ſemper dolorem inteſtinorum defectio uirtutis, & frigitudo extremitatis, quia calor fugit ad loca dolentia ut ea nutriat, & regat. Diſſenteria epatica eſt ſanguinis emiſſio puri, non cum digeſtione mixti. Cuius initium eſt ſicut lauatura carnis, & poſt rubeum fit. Deinde nigrum, quaſi colera nigra. Differentia diſſenteriæ epaticæ, & inteſtinorum quia ſanguis cadens de inteſtinis guttatim cadit, & eſt quaſi mucus narium. Qui de epate eſt quaſi lauatura carnis, & ſubtus non guttatim exit, non ſicut mucus naris. Et habet interuallum, uel purus eſt ſanguis, uel quaſi lauatura carnis. Hanc paſſionem ſequitur conſumptio corporis propter

ablatio-

ablationem cibi à membris qui ab epate ſolet uenire eis. Si infirmus dolorem ſentit epatis, certior eſt cauſa quia diſſenteria fit epatica. Vnde oportet medicum in medicanda diſſenteria ut ſufficienter conſideret, ne in errorem cadat. Aliquando diſſenteriam epaticam medicus inteſtinorum eſſe putat, quam ſicut inteſtinorum medicatur, & ita epatica negligitur, unde perit infirmus. Galenus: cognoſco, inquit, homines hanc paſſionem habentes, quos medici confuderunt, quia diſcretionem earum ignorauerunt. Aliquando errant in ſanguine ab epate currente, quia ſi ſit mixtus cum colera rubea cum inde tranſeat læduntur inteſtina, & excoriantur ea, exitq; ſanguis cum mucatione mixtus, & de inteſtinis eſſe putatur. Cauſa unde diſſenteria naſcitur epatica, aut de uenarum & epatis ſanguinea eſt plenitudine quam natura eijcit de epate propter nocumentum & plenitudinem ſui, & tamen non in primis exit ſanguis, aut propter pigritiam, & motus craſſitudinem. Vnde multus ſanguis in epate coadunatur, & inde grauatus eum expellit & eijcitur. Aut propter inciſionem quorundã membrorum corporis, ſicut manuum, atq; pedum, & permanet ſanguis ille membra nutriturus in epate, & grauatur inde quem expellit in meſeraica, deinde uadit in inteſtina. Hęc autem accidentia ſubito ueniunt, neq; morantur, neq; perditur appetitus. Aliquando uenit diſſenteria epatis propter defectionem mutatiuæ ſuæ uirtutis. Quam ſequitur defectio appetitiuæ. Et initio eijcit quaſi lauatura carnis. Tenaſmos eſt motus recti inteſtini cogens hominem ad egeſtionem, & tamen nihil niſi parum mucoſitatis cum ſanguine facientes. Eius cauſa humiditas eſt acuta & pungitiua ad rectum deſcendens inteſtinum, & pũgens ipſum, & cogens ad digeſtionem infirmum. Intelligitur autem ex his quæ exeunt, aut enim humiditas eſt colerica, aut ſalſa. Item diſſenteria eſt ex apoſtemate in inteſtinis. Videtur autem infirmo ſtercora in inteſtinis eſſe collecta, & ut ad ſellam ire debeat. Quod intelligitur ex pulſatione, & grauitate quæ in recto inteſtino eſt ſentire, aut ex ſtercore ſicco coadunato in ſubtili inteſtino. Vnde oportet ut ad ſellam exeat, ſed ideo quia non exit cito oportet exprimi & tenaſmon pati. Aliquando mucoſa exit humiditas, & ſolutionem eſſe putat medicorum ſtultitia, dantq; medicinam ſtipticam, unde neceſſe eſt eum occidant. Galenus: uidi, inquit, hominem tenaſmon patientem emiſiſſe lapidem, & ſanus factus eſt.

De colica paſſione. Cap. XXIX.

COlica paſſio nimius eſt dolor quem patitur inteſtinum quod uocatur colon. Naſcitur ex humoribus craſſis & phlegmaticis, qui

clauduntur in inteſtini panniculis. Craſſa autem uentoſitas quæ ſubſtantiam claudit inteſtina diſſoluuntur ab humoribus his. Vnde maximus dolor fit. Hæc ſpecies colicæ paſſionis, maxime eſt ex defectione inteſtinorum, quæ neq; digerere neq; diſſolui poſſunt, aut ex uentoſitate craſſa & frigida in inteſtinis clauſa & extendente ea, aut de calido apoſtemate, ſiue de acuto & pungitiuo aliquo humore, phlegmaticos intelligimus humores ex multo dolore, & quia inteſtina quaſi terebello ſunt perforata, & ructatione acida, abominatione uomitu, cum quo exit phlegma, uentris conſtrictione, ut nec uentus exeat ab inferiore parte, & ex frigiditudine inferioris umbilici ſi quis eum tetigerit, & de prouidentia infirmi, de dieta craſſum generante phlegma. Paſſio ex uentoſitate, intelligitur ex dolore, & tetinoſitate, quæ in loco eſt inteſtini, & mutatione doloris in latere ſui, cum gurgulatione ſine grauitate, & nimio dolore, tortura, & abominatione. Stercus eſt leue, ſuper aquam natile ſicut uaccinum. Ex apoſtemate intelligitur ex calore, & in loco inteſtini incenſione, & nimio cum punctura dolore, febri, ſiti, & ardore, uomitu, & abominatione, in uomitu diuerſa ſunt colera ſine leuitate. Hæc colicæ paſſionis ſpecies peior cæteris eſt, cum aliquando in ileon ſe mutet. Quæ de humoribus naſcitur acutis & pungitiuis. Intelligitur aut de nimia ſiti, ſiccitate linguæ & oris. Vrina acuta & rubea, aliquãdo digeſtio exit colerica unde dolor augmentatur. Et ſi antecedens fuerit dieta humores generans colericos fit certior. Oportet autem intelligas quia paſſio colica in dolorem arteticum ſe mutat. Vidiſſe etiam memini diſconcatenationem in ſpatulis. Oportet & in hac paſſione cogitare, & ſufficienter conſiderare, quia aliquando cum in renibus ſit paſſio putatur eſſe colica, quia in dolore renum quaſi colica patitur accidentia, id eſt, dolorem nimium, abominationem, atq; uomitum cum digeſtionis forti ſtrictione, & uentoſitate, neq; ſuperius neq; inferius exeunte. Harum duarum differẽtiam paſſionum, quia dolor colicę paſſionis durior & fortior eſt, & magis continuus neq; loci eſt unius. In renibus accidentia ſunt minora, neq; dolores mutantur, ſed ſtant in renibus. Ileos eſt dolor in inteſtinis nimius, eſtq; acuta paſſio mortifera, maxime ſi propter acumen doloris ſtercus uomuerit. Hæc paſſio de apoſtemate naſcitur calido in ſubtili inteſtino, aut de oppilatione ſicci ſtercoris, aut de humoribus craſſis & uiſcoſis ſe inuiſcãtibus in inteſtinis, aut de crepitura quam patitur ſiphac, & exeunt inteſtina, aut de inteſtinorum ſeparatione. Aliquando naſcitur hominibus cibum ad neceſſitatem ſuam explendam non habentibus, aut de potione uenefica accepta. Quæ ex digeſtionis eſt oppilatione, dolorem facit nimium quaſi perforationem terebelli. Quæ eſt ex crepitura, & inteſtino-

rum

rum ſeparatione aperta eſt, ſi ponatur infirmus ſupinus, & ſi forte inteſti-na exierint tangatur, & reduci poſſunt cum manu. Quæ ex nimia eſt fame, ex infirmi capitur interrogatione. Oportet autem intelligi quia hæc paſ-ſio periculoſa ſit quo quomodo fuerit, & maxime ſi putuerit uomitus, & cum ipſo egeſtio exierit. Si odor corporis fœtuerit uicinior eſt morti.

De lumbricis & aſcaridibus, Cap. XXX.

LVmbrici ex humoribus ſunt phlegmaticis putreſcentibus in inteſti-nis ubi naſcitur calor extraneus unde hęc animalia naſcuntur. Quos impoſſibile eſt de ſanguine naſci, uel colera rubea. Colera em̃ rubea cum amaritudine, acuitate, ſiccitateq́ ſua, huiuſmodi occidit animalia. Et ſanguis de uenis non exit uel arterijs. Et ſi exierit apoſtema gignit cũ paſſio-nibus alijs. Vnde hanc paſſionẽ pueri habẽt, & habentes humiditatẽ phle-gmaticam & craſſam cum dieta craſſa, & purgandi negligentia. Maxime hæc paſſio naſcitur in autumno ex fructuum commeſtione, cuius paſſionis tres ſunt paſſiones. Vnam lumbricorum qui quaſi rami portulacæ ſunt, & in inteſtino ſubtili naſcuntur plurimum propter nimiam humiditatem ci-bi in hoc inteſtinum ſe coadunantis. Sunt & alij lati ſicut ſemina cucurbitæ, plurimum in craſſo inteſtino, & maxime in orbo. Sunt & alij minuti ſicut quæ fiunt in aceto uermiculi plurimum in recto naſcentes inteſtino. Signifi-cationes eorum, quia uermes in aceto, & qui ſemini aſſimilantur cucurbi-tino facile exeunt cum digeſtione ex inteſtini ubi ſunt largitaté, aliquando paruos uermes habentes pruriunt inter nates & purgantur, & ad digeſtio-nem ſunt uoluntarij. Lumbrici non exeunt cum digeſtione, ex ſubtilis inte-ſtini à recto longinquitate, & ſtrictione ipſius uiæ, & eorum cum ſubtili in-teſtino inuiſcatione. Quapropter non egrediuntur niſi in expulſis humori-bus à natura expelluntur ſicut in cretica die uidetur. Vnde ex eorum acci-dentibus neceſſe eſt intelligantur, id eſt, tortura, abominatione, punctura, maxime cum inteſtina propter inanitionem ſunt ſubtilata, lumbrici enim cum cibi ſunt appetitiui, neq́ inueniunt in inteſtinis de eorum trahunt hu-mectatione. Qui ſi creſcant in inteſtinis uirtus deficit, quia chilos nutriens inteſtina ad lumbricos nutriendos uadit. Vnde deficit & refrigeratur extre-mitas corporis, ſtrident dentes, pruriunt labra, abominationem habent, & uomitum, aliquando aſcendunt uſq́ ad ſtomachum, & cum uomitu ex-eunt. Tortura eſt ex humoribus acutis, & pungitiuis qui ad inteſtina de-ſcendunt, & ſtomachũ, aut ex uentoſitate inteſtina extendunt, aut craſſis humoribus phlegmaticis inuiſcantibus ſe inteſtinis aut ex ſicco ſtercore inteſtinis ſe claudente.

De ano. Cap. XXXI.

PAſſiones natium uicinæ ſunt paſſioni inteſtinorum, quia extremitates recti inteſtini ſunt. Sunt autem hemorrhois, morum, attrici, fiſſura, exire nates foras, calidum apoſtema. Hemorrhois eſt ſuperfluitas naſcens ſuper natium ora, & ſimiliter mora. Sed differunt, quia morum habet caput rotundum & rubeum. Fundamẽtum eius ſubtile ſicut mori forma. Hemorrhois duobus eſt modis. Quædam capitis eſt rotundi ſicut uua, & colore purpurea, quędam longa in capite craſſa, ſubtilis in inferiora. Ab his duabus aliquando multus ſanguis, aliquando nullus exit. Iterum ſanguis qui morum exit cum impetu exit. Exiens hæmorrhoiden, aliquãdo interpolatur, aliquãdo non, cum ſtringitur nõ exit, nimios dolores gignit, pruriginem natium, & paſſiones multas in alijs membris. Si quis ergo cum ferro medicetur, unà hæmorrhois dimittatur, ut ſanguis ille egrediatur. Quod ſi non generantur morbi, ſicut hydropiſis, mania, phthiſis. Hæc ſunt paſſionis genera propter melancholicum ſanguinem intra epar. Qui cum multiplicetur, ſpargitur in inferiores uenas, & diuiditur, & exit de natibus. Cum ſtringatur neque egrediatur, dura inde apoſtemata generantur, calor totus naturalis extinguitur propter multitudinem ſanguinis, & compreſſionem uenarum epatis. Deinde eius complexio refrigeſcit, neq; ſecundum quod oportet ſanguinem mutare poteſt, ſed aquoſum & phlegmaticum. Vnde cauſa eſt hydropiſis. Si epar confortetur, ut ſanguis ille ad uenas pectoris & pulmonis propellatur, & illæ impleantur, & inculcatæ crepentur, uulnera faciunt, & hęc eſt cauſa phthiſis. Si autem ſanguis cerebrum aſcenderit melancholiam facit. Ideoq; Hippocrates præcepit in medicanda hæmorrhoide cum ferro unam dimitti, unde effluat ille ſanguis, qui ſolet in epate adunari. Similiter ſi ſanguis pluſquam oporteat exeat, morbos procreat, ſicut corruptionem caloris, figuræ, & complexionis, hydropiſin, & defectionem appetitiuæ uirtutis. Calor enim epatis deficit, neque generatur ſanguis, unde complexio corrumpitur corporis, & generatur hydropiſis. Si ſanguis exiens augmentetur perit infirmus. Sed tamen hanc habentes paſſionem, non incidunt morpheam, neque herniam, pleureſin, uel peripneumoniam. Vnde ſanguis non effluit, cuiuſdam os eſt apertum, cuiuſdam uero non. Quod ex ſenſu & tactu intelligitur. Si ſit deintus in inteſtinis oportet coppam mitti, coppam inquam uentoſam, & immittere focum bombicinum ſuper nates imponendum. Extremitas enim inteſtini inuenitur foras, & apparet qualis ſit. Attrici ſunt uulnera occulta in extremitate inteſtini naſcentia. Aliquando cõcauitas horum nõ ita tangit inteſtinum ut perforet ipſum. Qui ſi cum puluere ſiccatiuo medicantur ſanant. Quoddam horũ multum eſt concauum perforans inteſtinũ

cui me

cui medicina nullum præſtat præſidium. Intelligitur ſi digitus ſupra nates ponatur, & matricorum perforationes argalia mittatur. Si autem cum argalia digitus iungatur, perforatum inteſtinum eſſe intelligitur, & ſi extremitatem emboti in perforationem uulneris poſueris, & fumigaueris, infirmumq; ad ſe penetrare ſenſerit, perforatum eſſe intelligis. Exire nates ex mollitie lacertorum, aut ex tenaſmo eſt. Fiſſura aut ex ſolutione humorũ eſt calidorum & acutorum, aut quia nimis eſt ſtipticum & durum, citra ſtercus per nates tranſeat nimis ſiccum. Apoſtema naſcitur in natibus ſicut in mẽbris corporis totius, & ex tumore, dolore, & ſtranguria intelligitur. Quod ſi ſit calidum rubeſcit & quieſcit de cauſa actualiter frigida ſi ſit ſuperpoſita, & nocet ſibi res calida. De frigido apoſtemate econtra accipe.

De epate. Cap. XXXII.

PAſſiones epatis, aut priuatę ſunt ſibi, aut ex alijs naſcentes membris propter ſiccitatem ſui. Priuatę ſibi, ſunt defectio, apoſtema, oppilatio in uia ſua. Quæ in alijs naſcuntur membris generant hydropiſin. Defectio epatis aut appetitiuæ eſt uirtutis, unde trahitur ſuccus cibi de inteſtino ſubtili, & meſeraicis. Intelligitur autem ex digeſtione alba, & liquida, quod ex defectione eſt ſua, in trahendo cibo à meſeraica, aut ex defectione uirtutis contentiuæ, & intelligitur ex teneritudine & corporis plenitudine. Quod fit ex cibo crudo & indigeſto per corpus diſperſo. Non enim à contentiua ut bene coquatur. Aut ex defectione eſt uirtutis digeſtiuę quæ aut ex calida eſt complexione, & intelligitur ex deſiderij ablatione, ardore, ſiti nimia, febri, uomitu, ſolutione, cum qua exeunt humores colerici. Vrina rubea, & quia plurimi cadunt inde in paſſiones acutas. Quæ paſſio ſi moretur facit conſumptionem chimorum corporis, & his conſumptis conſumptio fit epatis. Vnde cum digeſtione eius eſt egreſſio. Quod cũ exeat odoris eſt peſſimi. Minoratur quoq; corpus & conſumitur. Aut ex frigida eſt complexione quæ intelligitur, quia in initio morbi nimium habet deſiderium cibi ſine febri & ſiti. Quod cum digeſtione exit paruum eſt, & temporibus diuerſis atq; multis, neq; mali eſt odoris. Si uero moreẽ febres facit. Sanguis enim putreſit ex craſſitudine ſui, & aufertur deſiderium cibi. Quod cum egeſtione exit quaſi fex eſt ſanguinis. In die nimiam patitur infirmus ſolutionem & ſubitam, corpus in marmoreum colorem mutatur, & minoratio carnis in facie uidetur. Aut ex ſicca complexione intelligitur ex corporis macilentia, & ſiccitate, ſiti, & digeſtionis paruitate, atque ſui craſſitudine, aut de humida complexione, & intelligitur ex ſiccitate contraria ratione, aut defectione expulſiuæ uirtutis, quia totum corpori cibum nõ bene mundatũ mutat, quia iſtius humiditas nõ potuit bene mũdificare.

Apoſte

Apoſtema autem calidum aut frigidum. Si calidum, in dextro latere ſentit ſub hypochondria dolor aſcendens ad furculas, & deſcendens cum febri, ardore & ſiti ſiccitate tuſſis ad coſtas. Si infirmus ſupinus iaceat, ſentit craſſitudinem ſub hypochondria in dextro latere. In apoſtemate ex colera rubea, fiunt hæc accidentia fortiora & moleſtiora. Si apoſtema in concauitate ſit epatis, ablatio ſubſequitur deſiderij, ſingultus colericorum, humorū in initio uomitus, ſicut oui uitellum, & poſt ſicut eruginoſum eramentum uentris conſtipatio, & defectio, frigiditas extremitatis corporis. Tuſſis & anguſtia ſpiritus minora ſunt. Si apoſtema in gibboſitate ſit epatis fiunt tuſſis & ſpiritus anguſtia fortiora. Sentit infirmus furculas trahi ad inferiora cum grauitate ſub hypochondria, quia cōcaua uena furculas propter apoſtema trahit ad inferiora, & in initio lingua fit citrina, & poſt nigra. Et cum à parte dextra locum ſub hypochondria tangat craſſum ſentit eſſe apoſtema. Cuius forma ſicut nouella luna, tactus eius calidus. Si infirmo præcipias ut ſupinus iaceat, neq; ſub capite eius aliquid ponas conduplicare eum facias genua, & pedes conſociando iungas, & locum tetigeris inuenies ſicut dixi. Et aliquando apoſtema calidū uenit ad lacertos uentris. Quod differt à ſuperiori, quia iſtud ſi tetigeris inuenies in forma longum, aut quadrangulum, aliquando una extremitas exit craſſa, ſubtilis altera. Apoſtema epatis frigidum intelligitur ex grauitate in dextera parte, & ſub hypochondria, & cum tuſſi parua ſine dolore & febri. In loco & tacto inuenitur craſſitudo, Durities ſi apoſtema ſit melancholicum. Mollities ſi phlegmaticum. Si defectio & apoſtema in epate ſe coadunauerint, fit mollities digeſtionis, & ſimilitudo lauaturę carnis. Oportet autem intelligi quia tumor in epate cū defectione peſſimus ſit morbus, & ad perditionem durans. Conſtipatio aut eſt de apoſtemate, cuius ſignificationes meminimus nos dixiſſe, aut de craſſis humoribus in ore uenarum à porta ſe diuidētium inuiſcantibus, & in uena quæ in gibbo epatis eſt ſita. Quam conſtipationem intelligimus ex dolore, grauitate, & tetinatione, in dextro ſub hypochondria latere, ſine febri. Si oppiletur gibbus epatis, fit urina aquoſa & ſubtilis. Si in concauitate ſua, digeſtio eſt liquida.

De hydropiſi. Cap. XXXIII.

PAſſiones in alijs membris ex colligantia naſcentes epatis, quædam ſpecies eſt hydropiſis. Omnis enim hydropiſis ex defectione naſcitur uirtutis generatiuę ſanguinis, ac ſi ex ſua actione defecerit. Hoc ex paſſione epatis efficitur, quod fundamentum eſt ipſius. Sicut complexionis ſit frigidæ, ſuccum cibi in perfectum ſanguinem non ualentis mutare. Et aliquando patitur aliquid membrum epatis colligatum ſiue uicinum, ſicut ſtomachus. Qui patitur cum cibum ſecundum quod oportet digerere non poteſt, & ita indigeſtus per totum corpus ſpargitur, mēbris corporis

in ſuam

in ſuam naturam eum digerere non ualentibus. Patiuntur & ieiunum inteſtinum, & meſeraica, cum ex mutando ſucco cibi deficiat, ut non ad epar mandari ualeat. Vnde uirtus deficit mutatiua ſanguinis, cũ cibus ad ipſam uenire nequit. Aliquando hydropiſis ex defectione eſt pulmonis qui non poteſt nutriri ex humiditate ſanguinis. Remanet ergo humiditas in ſanguine membra nutriens, & eorum complexionem humectans. Aliquando eſt ex defectione renum in trahendo ſanguinem aquaticum, aqua autem remanens in ſanguine nutrit membra, & eorum complexionem humectat. Species hydropiſis ſunt tres: Tympania, hydropiſis, hypoſarca. Tympania eſt ex defectione caloris & epatis, non nimię frigiditatis, mutat autem ſanguinem in uentoſitatem, intra pelliculas uentris & inteſtinorum ſe coadunantem. Aut ex multis eſt accipiendis cibarijs uentoſitatis generatiuis. Signũ eius, quia ſi ſuper uentrem percutitur, ſonus quaſi tympani auditur. Hydropiſis ex nimia eſt frigitudine, & complexione epati dominantis humiditate. Vnde cibus in aquoſam & humidam materiam mutatur, quæ inter pelliculas uentris & inteſtinorum coadunatur. Huius paſſionis cauſa ex herbis eſt frigidis, fructibus, & aqua frigida. Signum eius uenter infirmi mouetur, & ſonat quaſi uter plenus aqua. Hypoſarca eſt cum cibus in epate in humiditatem mutatur phlegmaticam propter complexionẽ frigidam & humidam. Vnde poſtea omnia membra frigida ſunt & phlegmatica. Quod aut de duro eſt apoſtemate uiam epatis comprimẽte & oppilante, unde ſpiritus ad ipſum prohibetur tranſire, complexione refrigeſcente, & uirtute ſanguinis mutatiua deficiente, cibumq; in phlegma mutante. Aut de ſplenis apoſtemate deficientis ab emundando ſanguine de colera nigra. Vnde ſanguis augmẽtatur in epate, & extinguitur eius calor, aut de fluxu ſanguinis, aut de uulnere, aut de menſtruis, aut de hæmorrhoide, cum concluſus calor epatis de nimio ſanguine infrigidatur, ſicut & lucerna nimio oleo extinguitur, aut ex frigida complexione ſtomachi, cum cibus non bene poſſit digeri & mandatur crudus epati, mutãdus in phlegmaticos humores. Aut de humoribus craſſis & uiſcoſis oppilationem facientibus in uia epatis, ſpiritumq; cõtrahentibus, & complexionem refrigeſcentibus, ex qua oppilatione ſanguis non poteſt tranſire, ſed aquoſior & ſubtilior traijcitur, unde corporis membra humectãtur. Item fit ex defectione ieiuni inteſtini, & meſeraice. Item poſt febres diuturnas propter nimiam aquam ebibitam, & defectionem cibi in ſtomacho digerendi ex calore febris, unde oppilatio fit. Item ex acuta paſſione in epatis calida complexione, & uirtutis diſſolutione, non ualentis ſanguinem generare. De qua hydropiſi nullus poteſt curari, cum nec calida nec frigida accipere poſſit, calidis augmentantibus febrẽ frigidis hydropiſin. Eius ſignum, quia corpus eſt inflatum totum & molle. Quod ſi tangas cum digitis, forma digitorum in carne remanebit. In initio

facies tumeſcit,& pedes,color corporis colorem mortui.Cum autem paſ-ſio tempore moretur multo,humectat corpus,& liquidum efficitur.Quod cum crepuerit,aquoſa humiditas inde currit. Vnde Hippocrates: puſtulæ in corpore hydropici non ſanantur, quia puſtulæ non niſi deſiccatiuo ſanā-tur medicamine,& humidæ hydropiſi deſiccatiua non perdere medicina. Omnis hydropiſis uniuerſaliter pedum, & calcaneorum patitur tumores, quia fumus in eorum naſcēs corporibus eſt craſſus ex defectione caloris na-turalis.Ex craſſitudine ſua ad pedum deſcendit inferiora.Ex longitudine au-tem ſui à fundamento caloris naturalis, quod epatis eſt & cordis nō poteſt diſſolui.Hydropiſis ex ſtomacho,inteſtinis, & meſeraicis propriā habebit diarrhœam diuturnam quę dolorem non diſſoluit. De paſſione ſtomachi propter frigiditudinem ſui,& quia cibum digerere nō poſſit.Crudus ergo permanet & expellitur,cum eum grauet. Qui cibus cum ad inteſtinum ue-niat ieiunum,non poteſt colorari ſecundum quod oporteat, ut ad meſerai-cas tranſeat. Vnde expellit ipſum ad craſſum inteſtinum,aut ex paſſione me ſeraicarum,non enim poteſt tranſire ad epar cibi colamentū. Vnde perma-net in ieiuno, & traijcitur ad craſſum inteſtinum. Quæ res eſt cauſa diar-rhœæ. Proprium eſt epatico apoſtemati, tuſſis, durities digeſtionis. Tuſ-ſis, quia epar tumidum conſtringit diaphragma propter ſui uicinitatem. Deinde ſtringuntur pulmo & pectus in uijs ſuis, & impellitur ad tuſſiendū infirmus ſperans ſibi prodeſſe. Siccitas digeſtionis,quia ieiuneum & meſe-raica in hoc genere fortia ſunt & ſana, & bene colamentum cibi ad epar mandantia. Via autem fellis ad epar eſt oppilata ex apoſtematis oppreſſio-ne. Vnde ad fel non uenit niſi parum ex colera rubea. Ideoq; ex felle ad intē ſtinum nihil accedit,niſi paruiſſimum. Hæc eſt ſiccæ digeſtionis cauſa.

De ſplene. Cap. XXXIIII.

PAſſiones in ſplene ſunt oppilatio, apoſtema, defectio, uentoſitas. Defectio cum deficit trahere ab epate fecem ſanguinis. Vnde ni-gra generatur ictericia, quia cum ſanguini colera miſcetur nigra, & ad corporis tranſit membra omnia, aut defectione contentiuæ, quæ eſt in ſplene generans purgationem colerę nigræ, cum uomitu & digeſtione. Aliquando hæc cauſa quam expellit natura propter mundificationem cor-poris. Quod tollerabile eſt naturæ,& iuuatiuum. Quod enim obuiat natu-ræ neq; iuuatiuum, neq; tollerabile,aut ex defectione expulſiuæ, quæ cole-ram nigram expellit ad os ſtomachi, & defectionem generat deſiderij cibi. Hanc paſſionem ſplen tollerat ſicut & epar ex complexione frigida uel cali-da. Oppilatio naſcitur ex craſſis & uiſcoſis humoribus in uia ſua ſe inui-ſcantibus. Intelligitur ex grauitate, uentoſitate, & tetinoſitate. Aliquan-do oppilatio in uia fit per quam colera nigra ab epate ad ſplenem uadit, & ictericiā

ictericiam nigrã gignit, cum aliis paſſionibus ad coleram nigram pertinẽtibus, aut in ea uia fit unde colera nigra à ſplene ad os ſecedit ſtomachi, & diuerſa apoſtemata gignit propter coleram nigram in his locis cõcluſam. Sequitur hanc defectio deſiderij cibi. Apoſtemata iſta aut ſunt calida ex calore in tactu intelligenda, grauitate quoque, dolore, & febri, atque ſiti. Aliquando ſunt dolores uerſus furculas, & ſpatulas ſiniſtras, quod ex uicinitate ſplenis ad diaphragma, & ſocietate diaphragmatis ad furculas, aut frigida ſunt apoſtemata, & ſunt phlegmatica, & mollicie tumoris ſub tactu intelligenda, & albedine coloris in corpore. Aut ſunt de colera nigra & intelligis ex duritie, grauitate, & craſſitudine, & coloris corporis mutatione in liuiditatem uel uiriditatem. Hæc plurimum naſcuntur in ſplene, ex craſſitudine melancholiæ, cuius fundamentum eſt ſplen, fiunt & poſt calida apoſtemata cum ſubtilis diſſoluitur materia & remanet craſſa. Aliquando inflatiua uentoſitate in eo ſe claudente. Intelligis autem ex apoſtematis ad tactum repugnatione, & nimia tetinoſitate ſine grauitate. Hęc aliquando diſſoluuntur, ſed cito reuertuntur propter inflatiua cibaria quæ accipiuntur. Sequitur autem omnia apoſtemata ſplenis, uel magnitudinem ſui, macilitas corporis. Vnde Hippocrates dixit: Si ſplen ſit magnus macreſcit corpus, & ſi ſplen macreſcat impinguatur. Galenus in libro de membris interioribus: Paruitas ſplenis, bonitatem chimorum portendit. Eius magnitudo econtrario. Hippocrates in epidimia: Patientibus apoſtema in inferiori parte ſplenis, neceſſe eſt ſanguis fiat ſubtilis, extremitas corporis calida, auriculæ frigidæ. Subtilitas ſanguinis, quia ſplen ſemper trahit feces ſanguinis. Cum autem apoſtema habeat, neceſſe eſt plus trahat, unde ſanguinem ſubtilat. Calor extremitatis, quia calor in ſplene naturalis ab ipſo propter apoſtema fugit. Frigiditas auricularum, quia cum ſanguis ſubtilis fit, ad auriculas ſubtiliſſimus uadit, quæ naturaliter ſunt frigidæ, neque calefiunt iſto ſanguine. Item in eodem: Sæpe, inquit, habentes catarrum, & reuma non patiuntur in ſplene apoſtema. Cauſa rei huius, quia apoſtema naſcitur ex ſubtilibus, & aquoſis, atque phlegmaticis humoribus. Apoſtema autem ſplenis ex craſſis eſt & melancholicis.

De felle. Cap. XXXV.

PAſſio in felle eſt ictericia, quod ex oppilatione contingit, uel ex defectione appetitiuæ uirtutis. Ictericia enim aut ex actione eſt naturæ coleram rubeam in exteriora corporis ſecundum criſin expellente, ſicut ſi in ſeptimo die morbus fuerit, & auferatur febris. Infirmus autem cum quieuerit, & morbus declinauerit, quod autem fit non eſt huiuſmodi, neque ſecundum criſin. Aut ex complexione eſt calida quam patitur epar mutans cibum in coleram rubeam, & mittẽs per omnia membra

corporis. Aut ex calore eſt nimio uenis dominante, aut cibus in coleram rubeam mutatur ſimiliter, & toti corpori mandatur. Aut de mutatione quorundam humorũ corporis, qui ſunt in membris in coleram rubeam. Quod ex rebus calidis fit & uenenoſis. Aut ex potione calida & uenenoſa, aut ex cõplexione membrorum calidiſſima, quę humores in coleram mutat rubeam, aut ex defectione uirtutis appetitiuę quę eſt in felle, & coleram traijcit ab epate, & mundificat ſanguinem. Remanet autem colera in epate mixta cum ſanguine, & uadit per uenas ad omnia corporis membra, aut de oppilata uia epatis ad fel, quę coleram contrahit ne ad ipſum tranſire poſſit, & remanet mixta cum ſanguine, uadens per uenas ad totum corpus. Aut ex uijs fellis oppilata uerſus inteſtina. Vnde colera augmentata reuertitur ad epar, & cum ſanguine uadit per totum corpus. Intelligitur hæc diuerſitas quę de oppilatione eſt fellis ſuperiori uel inferiori, digeſtionē albam & urinam citrinam facit. Quod non eſt propter fel, ſed propter epatis paſſiones. Vnde digeſtio tingitur cum colera, & ſi ſit ex apoſtemate epatis ſeu fellis, fit colericę digeſtio ſolutionis, & febris & grauitas in dextro latere. Si ex calore eſt epatis & uenarum, fit urina rubicũda, & deſuper citrina denatat ſpuma. Si epar & uenę ſint ſalubria, fit calor naturalis in urina. Oportet autem intelligas quia ictericia propter epar atq; uenas ſubito appareat & ueniat. Aliæ ſpecies ſunt rariores.

De renibus. Cap. XXXVI.

PAſſiones in renibus ſunt arena, lapis, apoſtema, uulnera, ſanguinem mingere, diabeta, arena & lapis, de calore nimio ſunt renum, & de humoribus craſſis & uiſcoſis deſiccantibus humiditatem propter calorem, permanetq; craſſitudo, & fit petra deſiccata tempore longo, maximeq; ſi adiuuet uiæ ſtrictio. Vnde urina de renibus tranſit ad ueſicam. Colatur enim urinæ ſubtilitas non craſſa, quia uia eſt ſtricta. Arena cum materia parum eſt uiſcoſa, atq; craſſa. Quæ ſi ad renes ueniat parum coagulat, expellitq; eam uirtus expulſiua cum urina, & apparet quod eijcitur ſicut arena. Lapis cum materia eſt multa craſſiſſima & uiſcoſa. Quæ in ſpacio renum inuiſcatur, & non exiens coagulatur propter fortitudinem caloris, & omni die materia coagulata augmentatur ſicut petra. Galenus dixit: Aliquando lapis ex uulnere eſt in renibus ſanitatem facientibus, & nõ purgantibus. Vnde coagulatur & lapis efficitur. Ex hac cauſa & menſura fit lapis in renibus & ueſica. Oportet autem intelligas quia lapis in renibus plurimum naſcitur in ſenioribus, & in ueſica plurimum pueris. Cauſa lapidis in renibus ſenioribus defectio eſt caloris, unde humores phlegmatici & craſſi ſemper augmentantibus, in eorum corporibus propter defectionem digeſtiuæ uirtutis. Iterum quia uia unde urina de renibus ad ueſicam non tranſitura, eſt ſtricta propter frigiditudinem complexionis eorum. Frigidi-

tudo

tudo enim ſemper ſtringit uias, & materia craſſa cum ad renes ueniat, non poteſt tranſire tota ad ueſicam propter uiam ſtrictam, ſed ſubtiliter colata permanet in concauitate renũ craſſa, & humiditas cum calore exiccata efficitur petra. Lapis huiuſmodi magnus eſt propter largitatem concauitatis ueſicæ. Pueri in ueſica patiuntur lapidem duabus ex cauſis, quia humores craſſi & uiſcoſi, naſcuntur in eis plurimi propter guloſitatē, quia nō de craſſis cibarijs cauent ſibi, & nimium exercentur poſt cibum. Aut quia eorum uia unde urina in ueſicam eſt tranſitura eſt larga propter fortitudinem caloris nimij naturalis & expulſiuę uirtutis. Materia craſſa & ſubtilis facile ad ueſicam tranſit. Via autem, id eſt, collum ueſicæ unde urina exit de ueſica eſt ſtricta propter paruitatem ætatis eorum, & ſuorum mēbrorum. Vnde non currit niſi ſubtilis, craſſa remanet in ueſica, & cum calore ueſicæ lapidē facit. Ideoq; non generatur lapis in ueſica iuuenis, quia urina eorũ propter calorem eſt ſubtilis. Plus enim habent caloris quam humiditatis, & ſeruant ſe in dieta pluſq̃ pueri. Veſicę collum eſt largum, & craſſa ergo urina & ſubtilis facile exit. Propter hoc etiam non naſcitur lapis in ueſica mulieris, quia ueſicæ collum breue eſt & largum. Exit ergo urina ſubtilis atq; craſſa. Propter has cauſas paſſiones renum & ueſicę ſanantur difficile propter uiæ ſuę ſtrictitatem, & complexionis frigiditudinem. Quam medici in epate lapidem dicunt generari, & in orbo inteſtino, & in colon, & articulis. Sed Galenus dixit: ſe uidiſſe quendam hominē diuturnam habentē tuſſim, & ſcreaſſe lapidem, & ita ſanus de tuſſi eſt factus. Cauſa nimia fuit caliditas, & augmentatio humorũ in his mēbris inuiſcantiũ. Significatio arenę, & lapidis, ſi à renibus ſit quia urina exit paulatim cũ ardore, & arenc ſa, dolorē habet patiens, & grauitatem in renum locis. Aliquando dolor cum punctura, & aliquando dolor teſticuli, qui in parte eſt infirmi renis, dolor quoq; eſt ani, pedis cum dormitatione illius lateris. Quod ex colligantia eſt renum ad pedē per arteriam. Color arenæ renis exiens diuerſus eſt. Quædam enim nimium eſt citrina, & eſt quaſi ſandricina. Quędã habet colorem arenę, & eſt ſicut cinis. Oportet autē medicũ perquirere & intentũ eſſe in hac paſſione. Aliquando eſt in inteſtinis, & putat quia in renibus ſit. Galen. dixit: quia ex parte renũ dolorē uentris paſſus fuerit, & quaſi locũ perforari terebello ſenſerit, maxime unde urina de renibus ad ueſicam tendit. Fecit autem argaliã cum oleo cum quo exierint humores quaſi uitrum diſſolutum, & dolorem abſtulerunt. Dixit ergo ſe cogitaſſe lapidem haberi in uia urinea renibus ad ueſicam, & fuiſſe dolorem in craſſo inteſtino. Apoſtema in renibus ſolet eſſe calidum. Quod intelligis ex dolore & grauitate, & ardore in infirmi renis parte, & ex ſiti, febri, & dolore capitis, uomitu, digeſtione citrina, duritiæ urinæ. Quod cum uulnera faciat patiuntur febres interpolatione diuerſas rigoremq; diuerſum, & doloris augmentum. Infirmus in latere

ſano iacens renum infirmum ſentit quaſi ſuſpenſum, & eſt de frigore. Signum eius grauitas ſine dolore. In initio huius apoſtematis errant medici non ſtudioſi, putantes paſſionẽ eſſe colicam. Sed differt à colica, quia in paſſione renum aſcendit dolor ad femora, & in uno figitur loco. Cum autem fiat argalia dolor augmentatur, quia inteſtina medicina implentur, & renes comprimuntur. In colica paſſione dolor mouetur in inteſtino uulneribus in renibus, aut de cauſa ſunt exteriori ſicut percuſſione, caſu, aut de interiori, ſicut de acutis & calidis humoribus Signum uulnerum, dolor eſt in femoribus ſine grauitate, & ſine ſanie, & ſanguinem exire, & ſquamas in urina. Aliquando exeunt fruſta ſicut carnes, quod eſt cum renũ putreſiunt carnes. Vrina in renum uulneribus facile exit & nõ durat. Sanguinem exire aut de interioribus eſt, aut de exterioribus. De interiori cum digeſtiua uirtus deficit in renibus, & colamentũ ſanguinis ſicut oportet nõ mutatur, aut deficit contentiua uirtus quę in uenis eſt, neq; ſanguinẽ tenet, ſed cum urina emittit. Aut ex largitate uiæ eſt urinę ad renes cum ſubito exit urina, & ſanguis cum ipſa. Quod fit ſine dolore, & ſi ſit paruo. Aliquãdo ſanguis de renibus exit interpolando, ſicut de hęmorrhoide. Huiuſmodi ſentiunt dolorẽ uerſus femora, ſed cum ſanguis exit, dolor quieſcit, aut de marcẽtibus eſt uenis, unde in his ſanguis paulatim exit, aut ex fiſſura alicuius uenæ in renibus ex multi ſanguinis conuenientia. Sanguis huiuſmodi ſubito & ſine cauſa exit, & multę eſt quantitatis. Sanguis ab exteriori cauſa exiẽs ſicut percuſſione, caſu, ex interrogatione infirmi intelligitur. Diabeta eſt propter fortitudinẽ appetitiuę uirtutis cum qua trahit colamentũ ſanguinis, id eſt, urina. Hoc autem ex nimio deſiderio renum ad aquoſam humiditatẽ. Quia propter magnitudinem caloris ſui, aquoſa deſiderant, ut calor extinguatur. Vnde humiditatem trahunt ab epate ſibi, & ab omnibus mẽbris. Quod facit pati nimiam ſitim, & deſiderium mẽbrorum corporis ad aquoſam humiditatẽ & propter defectionẽ uirtutis contentiuę, quę non poteſt tenere humiditatem ſibi ueniẽtem ab epate. Signum huius paſſionis intelligendę, nõ nimia ſitis ſine febri, & ſiccitas in corpore nõ apparet. Vrina eſt ſine ardore, alba, ſubtilis, ſicut aqua. Infirmus cum aquã biberit, uelociter eam mingit, quia renes trahũt eam ab epate anteq̃ muteť in eo, & expellunt à ſe cum non poſſunt retinere. Oportet autẽ intelligi quia ſenes ſi in renibus patianť & ſanãtur, & ſimiliter cum multis diuturnis morbis moriuntur, ſicut Hippocrates in aphoriſmis teſtatur.

De ueſica. Cap. XXXVII.

PAſſiones in ueſica, ſunt lapis, uulnera, ſtranguria, exire urinam præter uoluntatem. Lapis iſte inde naſcitur, unde & in renibus. Sunt autem humores craſſi & uiſcoſi, & calor in ſubſtantia ueſicæ, & anguſtia ſui colli. Maxime hoc fit in pueris, ſicut me ante dixiſſe memini. Item naſcitur

ſcitur in iuuenibus bonam dietam nõ tenentibus,ſed potius unde humores craſſi & uiſcoſi generentur. Signũ huius paſſionis, dolor eſt in collo ueſicæ, & in uirga, prurigo & urinæ cruditas ſubtilis eſt & alba, arena exit cũ urina & durities eſt in urina. Apoſtema intelligitur ſicut & illud in renibus. Sed tamẽ dolor huius eſt in pene, & apoſtema deforis apparet tactu. Durities urinæ in hac paſſione maior eſt q̃ in renibus. Sanies exiens de uulneribus maior eſt quam renum. Sequitur hanc uentris conſtipatio, propter compreſſionem ueſicæ ad inteſtina. Vulnera in ueſica ſunt ſicut in renibus iam dicta. Sed in ueſica durities urinæ, & ardor, aliquando urina ſicut ſubtilis apparet ſcintilla, aut furfura. Stranguria aut de renibus eſt quas in ueſica & renibus iam diximus, aut defectione uirtutis contentiuæ, & emollitione ſubſtantiæ ueſicæ, neque poteſt ut urina exeat exprimere. Intelligitur quia infirmo ut ſupinus iaceat præcipitur ut ueſica prematur. Vnde urina per uirgam exit, & infirmus quieſcit. Aut de apoſtemate in collo ueſicæ, uel in lacertis colli ſui, aut de humoribus craſſis & uiſcoſis, inuiſcantibus in uia, quæ eſt inter ueſicam & uirgam. Intelligimus quia dieta infirmi generatiua craſſorum & uiſcoſorum humorum fuerit, aut ex oppilatione propter coagulatum ſanguinem uiam ſtringentem. Aliquando ſtranguria naſcitur ex acutis humoribus in ueſica naſcentibus, aut de acutis in urina qualitatibus ſemper ueſicam pungentibus. Intelligitur ex urinæ rubore & ardore, quem ſentit infirmus in extremitate uirgæ. Exire urinam præter uoluntatem ex lacertorum eſt mollitie circundantium collum ueſicæ, & ex defectione uirtutis contentiuæ propter humiditatem quam patitur. Plurimum pueris contingit propter humiditatem membrorum ſuorum. Iterum ex mutatione ſpondylis appoſitæ ueſicæ quando foras egreditur, & ligamenta ueſicæ rumpuntur ne urina teneatur. Oportet autem intelligi quia ſi hanc paſſionem ſeniores patiantur non ſanantur ſicut Hippocrates teſtat.

De ſiphac. Cap. XXXVIII.

PAſſiones ſiphac qui in uentre ſunt fiſſura, crepitura, raritas, & aliquando ſcirbum & inteſtinum egrediuntur extra ſiphac contra lacertos uentris, & aliquando contra umbilicum, & ſub umbilicum in quam partem ſcirbum tendit & inteſtinum. Apparent autem quaſi tumor & apoſtema, & uidetur eſſe crepitura. Quæ aut eſt in inguinibus in uia ad teſticulos tendenti, & exeunt inteſtina & ſcirbum tendentia in locum illum. Si ſubſtent in unguinibus appellatur hernia inteſtinorum. Hæc paſſio naſcitur, aut ex nimio eſt motu ſicut ſaltu, aut nimio clamore, aut grauis rei pondere, aut percuſſione ſuper uentrem ueniente, & maxime ſi poſt prandia uenerunt hæc. Rumpitur atque crepatur ſiphac, aut de humoribus craſſis ſimiliter contingit, aut de uentoſitate

uentrem

uentrem & inteſtina inflante, aut de uiſcoſis humoribus in inteſtinis ſe lubricantibus, & in inguina ſe proijcientibus. Diſcretio inter apoſtema & hunc morbum ut infirmus iaceat ſupinus, quod exierit tangatur, & in locum ſuum reducatur. Si autem facile redierit crepitura erit. Si non tumor eſt, uel apoſtema. Oportet intelligi quia ſi crepitura parum ſub umbilicum fuerit, moleſtiſſima & dolentiſſima ſit, ibi enim ſubtile eſt inteſtinū. Quod cum cibi prematur ſuperfluitatibus dolorem ſentit infirmus. Quæ crepitura multum eſt ſuper umbilicum, non dolet, quia locus ille ab inteſtinis eſt longe, neq; exiuit ſolum ſcirbum. Si crepitura ſubtus umbilicum ſit, in initio nō dolet, quia craſſa inteſtina ibi ſunt, & ex craſſitudine ſua in principio non exeunt. Sed cum crepitura ſe dilatat, deinde exeunt illa dolorem facientia. Exit foras umbilicus cum ſiphac crepatur ſicut diximus. Et ſit aliquando ex humiditate phlegmatica in umbilico, aut de ſanguine ibi coadunato propter fiſſuram uenæ & arteriæ. Exit ſanguis ſubtus cutem, ſicut cū patiuntur apoſtema quod uocatur iporiſma. Aliquando quoq; fit ex uentoſitate. Quod crepitura eſt ſiphac, facit colorem tumidi corporis, & tactū mollem ſine dolore. Si inteſtina exierint, introredeūt cum tangatur digitis, cum infirmus balneum introierit, augmentatur umbilicus & creſcit. Si crepitura ex humiditate ſit, tactus erit mollis, neq; reuertitur cum tangatur digitis, neq; creſcit. Si ex uena eſt uel arteria, cutis color uiolatus eſt aut niger. Si ex carne ſuperflua fit dura, non creſcens, neq; augmentanda. Si ex uentoſitate, tactus eſt mollis.

De teſticulis. *Cap.* XXXIX.

PAſſiones in generatiuis, aut inteſticulis, aut in uirga, aut in matrice, aut in uberibus. In teſticulis, aut in eorum ſubſtantia, aut inter ſubſtantiam & eorum pelliculas, aut inter cutem & pelliculas, aut in uenis ſuis, aut in cute exteriori, Si in ſubſtantia ſit, aufert deſiderium libidinis, & generare, aut paruitatem facit ſpermatis, & apoſtema, atque uulnera. Ablatio libidinis aut diſconcatenatione eſt horum membrorum ſicut uidetur in epilepſia, aut ex paruitate ſpermatis. Paruitas ſpermatis, aut ex ablatione eſt cibi, aut ex complexione frigida & ſicca dominante teſticulis, quæ mutare nequit ſubſtantiam ſpermatis, quod de materia ſibi uenit. Ablatio generandi aut eſt ex nimis mala complexione teſticulis dominante aut nimis calida qua ſpermatis inceditur materia, aut nimis frigida, quæ eam cōgelat & adunat, aut humida quæ diſſoluit & ſubtiliat, aut ſicca quæ incraſſat exire ſperma præter uoluntatem, nec uirgam erigere ex uirtutis contentiuę in teſticulis eſt defectione, & fortitudine expulſiuę, & calore uel humiditate dominātibus complexioni ſuæ. Quod fit cum ſpermatis inſtrumenta patiuntur ſpaſmum, ſicut in epilepticis. Hæc eñ membra cum ſpaſmantur, motu non naturali mouentur, deinde quod ſpermatis habent expellitur

expellitur. Apoſtema calidum ex magnitudine intelligitur teſticulorum, & rubore calore, & dolore eorum. Frigidum & phlegmaticum intelligitur ex albedine caloris, mollicie tactus, doloris paruitate. Si melancholicum intelligitur quia durum & liuidum. Quod inter eorũ ſubſtantiam naſcitur & pelliculas, adunatio eſt humiditatis aquoſæ & frigidæ, ſicut uidemus in hydropicis, & intelligitur ex tumore, tetinatione, coloris albedine, lucidita te, & aquæ ſub tactu apparitione. Et contingit cum ſcirbum & inteſtina ad hæc membra deſcẽderint, cum pelliculæ crepuerint naſcitur in inguinum locis, aut de diſſolutione ligamenti inteſtinorum. Cauſa horum uniuerſalis eſt, aut ſalire, aut clamare, aut percuſſio, aut de humiditate mollificante, & dilatante uiam intra inguina & teſticulos, quam facit deſcendere ab inguinibus ad eorum ſacellos. Significatio uniuerſalis, unde hoc poſſit intelligi, tumor eſt in teſticulis, & ſi infirmus in ſaltu uel qualibet alia re ſe exercuerit, tumor augmentatur, neq; ſi cum digitis tetigeris reuertitur. Et aliquando digeſtio in hæc loca uadit, & clauditur ibi, aliquando ex hoc dolore gurgulitionem eſt naſci. Ex tetinatione, tumor eſt & inteſtinorum deſcenſio, non ſubito ſed paulatim. Iſte ſiphac ſtringit inteſtina ab ipſo exeuntia. Quod inter cutem naſcitur & pelliculas, tumor eſt carnoſus, qui ex craſſis naſcitur humoribus in hæc loca deſcendentibus. Quod in uenis naſcitur uarices ſunt. Quorũ cauſa, eadem eſt quæ & in cruribus dicta. Intelligitur, quia uenas uidemus plenas atq; rotundas, mollitiem teſticulorum, & in eundo grauitatem. Plurimum in ſiniſtro naſcuntur teſticulo propter paruitatem ſui caloris, quod in cute naſcitur exteriori, ſunt puſtulæ, prurigines, uulnera, & alia ſimilia, ſicut cutis patitur corporis.

De uirga. Cap. XL.

PAſſiones in uirga, aut in ſua ſunt ſubſtantia, aut in uia, in ſua ſubſtantia eſt illa paſſio quæ uocatur moriaphiſmos, id eſt, ſuæ erectionis multitudo, & titillationis paſſionis, apoſtemata, uulnera, in uia ſua conſtipatio, erectionis frequentatio, & ex uentoſitate eſt humida craſſa, & calore moderato. Quæ intelliguntur ex nimia erectione ſine titillatione. Aliquando homo facit abſtinentiam longo tempore, & manducat calida & acuta. Quod contingit ex uentoſitate craſſa ibi incluſa. Patiuntur huiuſmodi humorem calidum, & erigere nimium. Aliquando quoq; mollitiẽ uaſorum ſpermatis, & aliquando ſpaſmum. Qui ſpaſmum incidũt cito moriuntur, cum uenter eorum intumeſcit, & ſudor eorum frigeſcit. Apoſtemata & uulnera quæ patitur uirga, ſunt exteriorum membrorum paſſioni ſimilia. Oppilatio intelligit̃ ex ardore urinę, & exeũdi duritię, & ex craſſis humoribus ſanie, & ſanguine, & ſquamis cum urina exeuntibus.

De uulua. Cap. XLI.

PAſſiones in matrice ſunt ſanguinis fluxus, ablatio menſtruorū, diſſo
lutio, ſuffocatio, inflatio, uētoſitas, apoſtemata, tumores, paſſio quę
uocatur ſperatio, & concluſio, hæmorrhois, fiſſura, uulnera, molli-
ties matricis, ablatio concipiendi, ſæpiſſima abortio, durities parturiendi,
menſtruorum exitum, & ablationē eorum, ſecundum naturam oportet pri
us intelligi. Menſtrua ergo mulierū exeunt cum decimum expleāt annum,
& plurimū protendunt in decimum quartū. Aufertur quibuſdam circa 36.
quibuſdam circa 60. Hermaphroditus non habēt menſtrua, menſtrua aūt
naturalia ſunt continua per duorū dierum ſpacia, ad plurimum 6. dierum.
Si ultra tranſcurrant non erunt naturalia, grauant autē mulieres cum tem-
pus menſtruorū ueniet. Quæ mulier mēſtrua ſua diu differt, moleſtum ei &
durum eſt, quia purgamentum multæ quantitatis ſubito ſuccedit. Tempus
interpolatū 20. eſt dierum, & uſq; in duos uel plures aſcendit menſes. Quæ
autem poſt iſtud tempus menſtrua ueniunt naturalia non ſunt, & uocat hoc
menſtruorū conſtrictio. Hoc aūt eſt aut ex paſſione in uulua, uel in toto cor
pore, uel in uno mēbro. De uulua, aut propter apoſtemata, aut propter uul
uę torturā, aut abortitu nimio, aut ex percuſſione matricis, aut ex oppilatio
ne, aut ex frigida cōplexione ora uenarū claudēte, aut ex humoribus craſſis
uiſcoſis uiā implentibus, aut ex uulneribus, in eis coagulat & oppilat. Iterū
menſtruorū conſtrictio naſcit propter hęmorrhoidē, aut ſanguinē de nari-
bus uel pectore exeuntē. De toto corpore, aut propter febres, aut propter
cōplexionis corruptionem ſicut hydropiſi. De uno mēbro ſicut de paſſiōe
pectoris, ſtomachi, uel epatis. Aliqñ ex craſſitudine nimia corporis premē-
te uenas, & ſtringente. Significatio uniuerſalis menſtrua cōſtringendū, gra
uitas eſt inferioris uētris, & totius corporis, dolor dorſi, & colli, conſtrictio
urinę & digeſtionis. Aliqñ urina eſt nigra, & deficit uirtus appetitiua, aliqñ
quoq; mala appetunt cibaria, & plurimū peſſima patiuntur accidentia ſicut
defectionem, abominationē, mentis corruptionē, rigorē, apoſtemata in in-
guinibus. Sanguinis fluxus aut ex defectione eſt cōtentiuę, aut de ſanguinis
ſubtilitate, & ſuo acumine, aut de eiuſdē multitudine, & uenarū plenitudine
aut de fiſſura uenarū matricis, ex humoribus acutis. Aliqñ ex nimia purga-
tione in parturitione, aut de egreſſione fœtus, anteq̄ animet. Quando autē
augmētat ſanguinis fluxus & morat, mutationes caloris patiunt, & tumo-
rem maxime in pedibus, & corruptionē uirtutis digeſtiuę. Qui ſi augmenta
tur pereunt. Mollities humiditas eſt de ore uuluę currens. Quę aut in uulua
naſcitur cum paſcitiua deficit uirtus, aut cum de uulua humores ad aliū lo-
cum ſecundū purgationem effluunt. Intelligitur mollitiei qualitas ex colo-
re & ſubſtantia. Si eſt ruffa ſanguinē ſignificat. Si alba & uiſcoſa, phlegma.
Si citrina, colera. Si nigra, melancholiā. Aliquando multa effluit, & aliqñ ui-

ſcoſa

ſcoſa eſt & craſſa. Alię poſſunt intelligi ſignificationes, ſi mulieri pānos mū dos intra ſe mittere cōmēdes, & albos, & inſpicias eos ſiccatos. Si ruffi ſunt ſanguinē portendunt. Si citrini, colera. Si albi, phlegma. Si nigri, melācholi/ am. Suffocatio matricis, ablatio eſt anhelitus propter uuluā. Quæ paſſio eſt peſſima, cōtingit autē ex colligātia cerebri, & cordis ad ipſam, & multę idē paſſiones ueniūt ſicut cephalea, apoplexia, epilepſia, defectio. Qui aūt hanc paſſionem habent pereūt, cum ſuffocatio augmentatę. Hæc em̄ & augmēta tur & mitigat, aliquando interpolatur ſicut & epilepſia. Hęc paſſio ex ple/ nitudine eſt uuluę, & ſpermatis conſtrictione cū fœminę elōgant à copulati oneq̄ habuerātin cōſuetudine. Augmentat em̄ ſperma in uaſis quod dum inculcat calor naturalis extinguit, ex cōplexione uuluę refrigeratur, aut ex menſtruorum conſtrictione cum longo tardet tempore, & facit idem quod & ſperma. Plurimum hęc paſſio naſcitur fœminis iuuenibus & iunioribus propter nimiū earū deſiderium ad libidinem, aut ſi nimia menſtrua habue/ rint quę poſtea cōſtricta ſunt. Maritatę hęc non patiunt, quia in matre ſper ma non claudit. Concluſio em̄ ſpermatis, maxima eſt cauſa huius rei. Patiū/ tur plurimū non iuuenes, & non cōcipientes, neq; parturientes propter paſ ſionem q̄ inſtrumēta ſpermatis ſuſtinent & uenarum unde mēſtrua effluūt. Maxime ſi mulieres non parturiunt propter potionē q̄ pro hac re accipiūt. Significatio huius paſſionis, quia in initio ſui, & anteq̄ incipiant augmenta/ ri, debilitas eſt mentis, pigritia, defectio crurum, citrinitas faciei, humidi/ tas oculorum. Cum augmentatur mens alienatur, deficit ſenſus, & uox au/ fertur, pulſus ſpiſſatur. Diuerſatur & deficit, & in fine auffertur, & infirma mortua eſſe putatur. Sed cum lichino bombicino tentetur, appoſito nari/ bus ut ſi flatus moueatur ſiue nō intelligatur, facies rubeſcit, & quaſi tume/ ſcit, matrix ſurſum trahitur, & ſimiliter lacerti in cruribus. Cum autem in/ cipit alleuiari & quieſcere, emollitur uulua & deſcendit ad inferiora, & ab ipſa parua fluit humiditas. In uentre inferius gurguliationem, & uentoſi/ tatem ad exeundum patiuntur. Ventoſitas & inflatio quas patitur uulua, aut ex complexione frigida, cum calor naturalis deficiat, & quod cibi ſibi uenit in uentoſitatem mutat, aut ex abortione, aut ex ſanguine os uuluæ op pilante, aut de duritie parturiendi, aut de concluſione oris uuluæ. Aliquan do hæc uentoſitas aut in fundo eſt uuluæ, aut in eius tunicis. Huiuſmodi infirmi patiuntur tumorem in pectine uſq; in interiora uentris, & dolorem cum extenſione, & uadit uſq; ad inguina, & ſtomachum, atq; diaphragma. Signa huius propria morbi, quia cum ſub umbilicum per cutis ſonus audi/ tur quaſi tympani. Apoſtema plurimum patiuntur calidum & durum. Ca/ lidum & durum. Calidum aut de cauſa exteriori ſicut percuſſione, aut de interiori ſicut menſtruorum conſtrictione, uel ſanguinis in parturitione aut ex abortione, aut parturiendi duritie. Quod conſequitur cum hunc

morbum ex nimio motu patiatur, & ad illud humores trahantur. Hoc apoſtema aut in tota eſt uulua, & intelligitur ex febri & contentiua, & dolore in collo & capite, & in craneo maxime, & oculorum grauitate, & extremitatum mollitie, & ſtomachi corruptione, & ſiti, & in conſtipatione digeſtionis & urinæ, ſicut Hippocrates in aphoriſmis: Quæ inquit apoſtema habet in natibus, aut in uulua, ſequitur eam ſtranguria. Quod ex apoſtematis eſt cõpreſſione ad collum ueſicæ, & os uuluę propter apoſtema quod eſt in parte uuluę, & in parte nõ. Apoſtema aut in puppi eſt eius, quo dolor in dorſo efficit̃, & digeſtionis conſtipatio, aut in prora unde eſt dolor penis & ſtranguria, aut in ſuperiori parte, fit autẽ dolor ſuper umbilicũ, & contra ſtomachum. Si in lateribus, fit dolor in inguinibus coxis, atq; cruribus. Si in inferioribus, ſub umbilicum doletur. Si in ore eius contra anum patitur. Si in uulua cum digito tangatur dura inuenitur. Cum autem apoſtema facit uulnus, omnia ſupra dicta accidentia augmentãtur, & diuerſa febris interpolando iungitur & rigor. Sed cum crepari debeat, dolor & febris augentur & pungunt. Si dolorem in inferiori uulua, & cum digito ſuper penem tangas, ſentitur ſanies coadunata. Hoc autem eſt cum maius eſt apoſtema. Similiter ſi in ore uuluę. Durum apoſtema uocatum ſcliros ſemper naſcitur uicinum uuluæ collo, ſi antecedente apoſtemate, uel alia paſſione, unde durities naſci deberet. Naſcitur autem ex colera nigra. Sequitur ſemper hoc apoſtema in unam partem uuluæ tortura. Cui ſi non ſuccurratur, medicina cadit in hydropiſia. Significatio huius apoſtematis eſt durities penis & oris uuluæ, grauitas quoq; & conturbatio motuum membrorum, & maxime crurum, & pigritia. Aliquando hoc apoſtema in cancer mutatur, id eſt, in durum apoſtema: Quod ex colera naſcit̃ nigra, & plurimum in ore uuluæ. Aliquando faciens uulnera. Et ſi uulneretur ex dolore nimio in inguinibus intelligitur, & ex inferioris uentris dolore & uuluæ, color eius quaſi uini fex, aut niger. Si fit uulneratum cum his accidentibus fiunt prurigo & putredo, & pertinet colori albo & rubeo, aut uiridi. Aliquando humiditas inde effluit liquoſa, & fœtida, alba, aut nigra, ſiue rubea. Alia quoque accidentia calido apoſtemati attinentia, innaſcuntur huic apoſtemati, & incurabile fit. Separatio eſt apoſtema naſcens in ore uuluæ, aut in ea tota & fit uulua dura & petroſa. Intelligitur hęc paſſio ex macilentia quam patitur infirma, & in pulchritudine coloris non habita, & defectione uirtutis appetitiuæ, & ablatione menſtruę, & mãmillarum tumore. Sperat autem in initio infirma, quia ſit grauida. Cum autem moretur morbus & prolongatur, hydropica eſſe ſperatur. Differt tamen ab hydropiſi, ex duritie. Neq; alia quam hydropiſis habet accidentia. Sed ſi tamen elongetur in hydropiſin mutatur. Concluſio eſt cum duritie conſtructio oris uuluæ. Naſciturq; ex phlegmone uocato apoſtemate in exteriori parte uuluæ naſcente. Cum

ſubtilis

ſubtilis ſanies diſſoluitur, & remanet quod eſt craſſus, & inueteraſcens incraſſatur. Intelligitur ex anteriori apoſtemate, & ex duritie oris uuluæ, in tactu apparente, & eius conſtrictione. Hæmorrhois ex craſſis eſt humoribus & melancholicis, & intelligitur in aperiendo ore uuluæ cum argalia, ut uiſui & tactui appareat. In qua cum dolor augmentetur coloris rubei efficitur, cum autem quieſcat, quaſi fex uini ab ea effluit humiditas, aliquando nigra. Fiſſura ex compreſſione eſt in partu nimia. In initio autem non ſentitur propter dolorem partus, poſt uero ſentitur ſi cum digitis tangatur, maxime in coniunctione cum ab ea ſanguis effluat. Apparet autem in uiſu, & cum uulua aperiť. Vulnera aut de exteriori ſunt cauſa, ſicut percuſſione, & ſimilibus, aut de interiori ſicut duritie parturiendi, & acuitate expreſſionis, aut de tactu ſecundinę, ſiue fœtus mortui, aut de colericis humoribus erumpentibus, & eam comedentibus, aut de crepitura apoſtematis ſiue puſtulæ. Aliquando putredo eſt in ore uuluæ, & intelligitur quia apparet in tactu, ſi cum argalia os uuluæ aperiatur. Qualitas quoque eius intenditur ex humiditate quæ egreditur. Si enim ſit multa, & quaſi uini fex & cum dolore, ſcitur apoſtematis. Si nigra fœtida & cum dolore, intenduntur cōmeſtio & putredo eſſe. Si rubea fractura eſt & ſciſſura. Si uulnera ſunt immunda, exit cum dolore ſicut carnis lauatura. Si munda, exit ſanies craſſa, alba, parua, ſine odore. Deſcendere uuluam & foras exire, aut de cauſa eſt interiore aut exteriore. De exteriore, ex tractu ſecundinæ poſt partum, ſi dureſcat ad exitum, aut non trahatur ſecundum quod oportet. Similiter & ex fœtu mortuo, aut ex caſu fœminæ de alto loco ſuper anum, aut de tumore nimio unde deficiant, & membra emolliant, & inde uulua lubricatur, & foras egrediť, ſicut in fœminis uidemus, quę latronum aut pugnantium incidunt manus, & ſicut uideť in eiſdem nauigantibus, & quibus mortes filiorum nuntiant. De interiori cauſa, ex humiditate eſt phlegmatica & uiſcoſa, unde lubricať uulua cum patiuntur mulieres iuuentutem exeuntes propter nimiam adunationem humorum in corporibus earũ. Torturæ uuluæ propter chimos eſt craſſos & uiſcoſos in latere uno uuluæ coadunatos, ex quibus grauať ut in aliud latus inuoluať, & conceptio trahiť propter torturā inſtrumenti ſpermatis. Ablatio cōcipiendi aut ex mala eſt complexione matricis, aut ex morbo officiali, aut de humoribus in concauitate uuluæ ſe coadunantibus. Ex mala complexione ſi eſt nimia & fortis, ſterilitas fit. Sin autem aufertur uis concipiendi: Si eſt calida, incenditur & corrumpiť ſperma. Si frigida conſtringitur, & concluditur uulua, & uenarum ſuarum ora, unde tranſit ſperma & mēſtrua. Ad que cum cum ueniat ſperma, infrigidatur & congelatur in ea. Iterum in teſticulis nō multum naſcitur ſperma propter frigiditudinem. Si humida non poteſt cōtinere ſperma. Si ſicca fit craſſum & durum ibi naſcens ſperma, non extendens, neq; ſequens formatiuā

uirtutem. Ex morbo officiali aut ex conſtipatione eſt uiarũ ſpermatis, aut ex apoſtematibus, & ſimilibus quæ intelligentur ſicut diximus. Ex humoribus in concauitate uuluę coadunatis, phlegmaticis, colericis, aut melãcholicis. Qui intelligunt̃ ex humiditate exterius exeunte. Plurimũ fœminę conceptionẽ perdunt ex craſſitudine nimia & ultima. Cauſa eius, quia ſcirbum os uuluæ oppilat. Vnde nõ poteſt tranſire maris ſperma, quia ſtringit̃ mẽſtruorũ uia. Non ergo ad os uuluę mẽſtrua effluũt, uel ſperma. Sic quæ currũt parũ eſt & nõ ualet. Vnde Hippoc. in aphoriſmis: Si inquit mulier in ultima eſt craſſitudine nõ concipit, quia ſcirbũ os uuluę cõprimit ſi nõ macreſcit. Ablatio cõcipiendi propter maſculũ ex mala eſt cõplexione ſpermatis, aut morbo officiali. Ex mala cõplexione, quia ſi ſit calida incẽdit, ſi frigida cõgelat, ſi liquida diſſipat. Quod cũ cõſequit̃ ſperma fœminę & os uuluę maſculinis aſſimilant̃. Si eñ diſſimilia, fit generatio multa. Si calida & frigida ſint mixta, aut ſiccũ, & humidũ tẽperata, fit generatio multa. Ex morbo officiali in maſculis, tortura eſt uię uirgę uirilis. Vnde cum ſperma exit, nõ recta uia in uuluã tendit. Quod poteſt intelligi ſi nõ rectũ mingit. Oportet ergo intelligi quia ſi conceptio propter maſculum, uel fœminã ablata ſit, ſedeat mulier ſuper ſcamnũ, & pãnis eã cooperias, & ſuffumiga. Si fumigatio ad os & nares perforet, nõ ipſa in culpa ſed maſculus eſt. Si eñ os uuluę clauſum eſſet, & uenarũ ora, unde ſperma ad uuluã tranſit & mẽſtrua, nõ perforaret fumigatio corpus muliebre. Similiter ſi ibidẽ eſſet humiditas extingueret̃ fumus ſicut calor ſpermatis extinguit̃. Si nimius calor fumus diſſolueret̃, & diſpergeret̃. Alij antiqui dicũt, ſperma maſculi ſuper aquã ſi poſueris, & dilatet̃, & natet ſuper aquã, intelligit̃ frigidũ eſſe, & ſubtile, neq; proficit. Si infundit̃ aquę & cõiungit̃ ualet. Itẽ ſi uulua in poſitione ſua ſit lõga, & magna, breuis aũt uirilis uirga, nõ poteſt ſperma trahere ſibi, & ita culpa fit maſculi. Iterũ poteſt hoc intelligi ex ſignificatione q̃ diximus malę cõplexiõis in maſculis ſiue fœminis, & in teſticulis ſicut macilitate, craſſitie, nigredine, albedine, duritie, mollitie, ſpermatis multitudine, & eiuſdẽ paruitate, craſſitie, & ſubtilitate. Oportet aũt intelligas quia mulier cõcipiat quouſq; auferant̃ mẽſtrua & maſculus uſq; ad annos 70. & plurimũ uſq; ad 80. ſecundũ uirtutẽ caloris naturalis uniuſcuiuſq; hominis, & ſecundũ calorẽ in teſticulis. Aliqñ tamen iuuenes ſunt nõ generãtes. Sed generant, cũ in ſenectutẽ perueniant, & ecõtrario. Cauſa eſt, qa qui cõplexionẽ teſticulorũ habẽt frigidã & humidã ante perfectam iuuentutem parũ generant. Poſt uero idonei ſunt geniturę, qa calor eorum naturalis confortatur, & teſticuli calidiores efficiuntur. Aliquando idem conſequitur ex mutatione frigidę dietæ & humidæ in calidã & ſiccã. Qui aũt in adoleſcentia ſua multũ generãt, ſed cũ in ætatẽ perueniant ceſſant, in adoleſcẽtia ſua cõplexionẽ teſticulorũ & ſuã habuerũt calidã & humidam. In iuuentute autẽ & ſenectute calor augmẽtat̃, & deſiccat̃, un-

de ſperma comburitur, & etiam deſiccatur, neq; ad generandum proficit. Qui autem in adoleſcentia parum generant, aut cõplexio eorum nimis eſt calida & ſicca, & incenſiua, cum autẽ ad ætatem ueniatur calor minoratur, & temperatur, aut ex dietæ mutatione in temperamento nimis frigidę. Vnde quidam adoleſcentuli fœminarum tantum ſunt generatiui. Sed in ætate perfecta maſculos generãt, & econtra. Cauſa eſt. Cõplexio em̃ eorum & teſticulorum in adoleſcentia frigida & humida. In iuuentute & ſenectute calefit, & parum deſiccatur. Ideoq; maſculi generant. Aliquando ex mutatiõe eſt dietę. Oportet in hoc loco dicat unde dubitatur. Significatio ſcilicet aut grauida ſit uel non mulier. Sentit maſculus dum cõiungunt matricem uirgam ſuam deſuggentẽ ſicut ſanguiſuga deſugit ſanguinẽ, neq; ſperma matricem egreditur. Ex muliebre os uuluæ clauſum & coniunctum ſentit ſine apoſtemate, & duritie uuluæ præcedentibus. Quod ex concupiſcentia eſt matricis ad ardorem recipiendi maſculi ſpermatis. Aliquãdo fœminę paruum rigorẽ patiunt in coniunctione, & dolorem in umbilico inferiore pertingentem uſq; ad matricẽ, & item. Menſtrua nõ currunt ex conſuetudine, neq; maſculum uidet mulier concupiſcere. In maxillis color uenarum eſt uiridis, & duriores ſunt mãmillæ q̃ ſoleant eſſe. Albedo in oculis eorum eſt liuida, uiriditati contigua, facies ſimiliter lentiginoſa quoq; eſt. Abominationem & uirtutis appetitiuę defectionem, & malorum ciborũ deſiderium habent, certificat mulier concepiſſe, ex his quę Hippocrates in aphoriſmis dixerit. Da inquit mulieri mellicrate in hora ſomni. Si circa umbilicum torturam patiatur concepiſſe cognoſcitur. Si nõ ecõtrario. Mellicrate hoc facit, quia uentoſitatem & inflationẽ gignit, & uuluam cum recto inteſtino comprimit ut uentoſitas non tranſeat, ſed potius circumeat, & torturam faciat. Mellicrate de crudo melle oportet eſſe ut uentoſitatem generet. Si uis certificare fœtum maſculinum eſſe, color mulieris pulcher eſt, motus leuior, uenter rotundus, totus color corporis rubicundus. Si color fœdus, motus tardus, uenter longus, in facie lentigo habeatur, & aliquando in cruribus puſtulæ, & uulnera fuerint, fœtus fœmineus erit. Cauſa abortiendi ſæpe aut de interioribus eſt, aut de exterioribus. De interioribus propter humiditatẽ uiſcoſam in uulua, quę fœtũ lubricat, aut ex cõplexione uuluę mala qua uirtus deficit cõtẽtiua, ſicut febri, aut ex uuluę apoſtemate, aut ex nimio curſu mẽſtruorũ in cõceptione. Vnde fœtui nutrimentũ uenit minus, & morit̃ à naturaq; expellitur. De exterioribus ſicut ſaltu, clamore nimio, timore, ira, letitia, quæ nimia ſi ſint & ſubita, ſternutatio continua, aut ex percuſſione ſine caſu, in uentre, ſeu dorſo, aut ex cathartico, aut poſt magnitudinẽ aut ex nimio curſu ſanguinis de aliquo membro corporis. Durities parturiendi, aut ex matre aut ex fœtu, aut ex ſecundina contingit, aut de aliqua re exteriori. Ex matre, ſi nimis ſit craſſa, aut uulua eius parua, aut uirgo, aut & timida

timida, aut debilis, ut fœtum expellere non poſſit, aut ſi apoſtema in uulua habuerit, ſiue aliam paſſionem, aut in membro aliquo alio, aut ſi non in tempore ſuo partus exierit. Ex fœtu, ſi nimis magnus uel craſſus aut parum leuis ut non ad inferiora deſcenderit, aut ſi magnum caput ſiue duo capita habuerit, aut mortuus fuerit, aut ſi plures ſint. Quidam enim dicunt ſe uidiſſe mulierem quinq; peperiſſe. Tres aut quatuor multi uidere, aut ſi fœtus ſecundum quod oportet exierit. Caput enim fœtus exire debet prius, & manus eius iuxta coxas extenſe, aut pedes prius, ſed non diſtorti. Si aliter non exit ſecundum quod oportet. Ex ſecundina, aut ſi non incidatur ex craſſitudine ſua, aut ſi ante tempus ſe ſcindat, aut ſi nimis ſubtilis ſit. Ex cauſa exteriore, ſicut ex frigido aëre uuluam conſtringente & coagulante ut fœtum nequeat expellere. In his omnibus ſi mulier ſternutationem patiatur, adiuuat facilitatem partus. Sicut Hippocrates in aphoriſmis: Quæ inquit paſſionē uuluæ patitur, & ſubita ſternutatio ſuperuenerit, bonum ſignum eſt. Dicūt obſtetrices quia parturire fœminam longum eſt, ſed dolor debilis. Maſculum dolor acutus, ſed uelox. Si de muliere ante partum ſanguis exierit, durior erit partus. Si moretur facilior.

De mammillis. Cap. XLII.

PAſſio in uberibus, aut uniuerſalis eſt, quia in eis ſicut in alijs naſcitur membris exterioribus mala cōplexio, apoſtemata, & ſimilia. Quæ intelligentur ſicut alias nos dixiſſe meminimus, aut proprium eſt ſicut calidum apoſtema, naſcens in ipſis ex coagulatione lactis. Quod ex tumore & dolore intelligitur, duritieq; & rubore. Si ſanguis coagulatus ſit, intelligetur ex duritie & paruo tumore, & ſanguinis dum mulgetur oſtenſione. Dicit quoq; Hippocrates hoc maniam ſignificare. Galenus eum uerū dixiſſe fatetur, non tamen ſemper, ſed raro, cum fumus ſanguinis ad cerebrum aſcendit. Aliquando patiuntur mamillæ, ut una uel ambæ contrahūtur in grauiditate. Vnde ſignificatur nocumentum fœtus, aut abortiuus. Si una contrahitur, & geminę fuerint, unus abortiendus erit. Si dextra maſculus, ſi ſiniſtra fœmina abortietur. Cauſa contrahendi, quia ſanguis minuitur in uenis ad mamillas tendens à menſtruis. Item ſanguis ab omnibus mēbris ſemper ad uuluam deſcendit propter laborem naturę ad expellendum fœtum, ergo à mām̄illis. Aliquando patiuntur uulnera, in grauidatione duritiem, dolorem ſignificantem in genibus, coxis, oculis, ſicut Hippocrates dixit. Cauſa doloris, quia ſanguis augmentatus & multiplicatus in mām̄illis, cum natura eum expulerit, aut in inferiora corporis, aut in ſuperiora expellit. Si inferiora patiuntur coxæ & genua. Si in ſuperiora oculi, ophthalmiam, & paſſiones oculorum alias.

De coxis

De coxis. Cap. XLIII.

PAſſiones in coxis & pedibus ſunt ſchia, artetica, podagra. Schia dolor eſt in artetica. Hęc eñ paſſio in cõcatenatione naſcitur coxarũ. Differt à paſſione artetica, quia dolor huius in coxarum eſt oſſibus exterioribus, deſcendens uſq; ad concatenationem genuum, & aliquando in calcaneum & extremitatem pedum, ab extranea parte. Naſcitur aut de humoribus craſſis, & ſanguinolentis, aut craſſis & phlegmaticis in concatenationem coxarum incluſis. Aliquando in concatenatione ſua ſeparantur coxa propter materiæ uiſcoſitatem. Quod ſi diu moretur pedes contrahuntur, & claudicatio conſequitur, pedes enim non cibus reficiunt̃ ut oportet unde contrahantur neceſſe eſt. Ideoq; Hippocrates in aphoriſmis: Qui dolent inquit in coxis ſi dolor ſe prolongauerit, & coxa diſconcatenatur, neceſſe eſt pes contrahatur, & fiat homo claudus. Plurimũ hoc fit in partibus ſiniſtris. Dolor arteticus, dolor eſt & tumor qui in concatenatione mẽbrorum naſcuntur. Aliquando in concatenatione membrorũ pedum ſicut calcaneo & maxime digitorum pollicibus & podagra uocatur. Sicut in concatenatione genuũ, manuum, & cubitorum ſola artetica uocat̃. Naſcitur aliquando in concatenatione maxillarum & auricularum colli, epatis, & ſplenis, aut cauſa eius intelligi non poſſit. Cuius cauſa concatenatio eſt defecta ad quam implendam & extendendam deſcendit humorum materia ut mẽbra extendat, & eorum ligamenta, nimium dolorem factura. Cauſa magnitudinis doloris duplex. Vna quia nerui & ligamenta ſunt ſenſibilia, & materia cum in concauitatem concatenationis membrorum deſcendit, non cito diſſoluitur, propter duritiem illorum locorum, & non habet ubi moueatur & currat ſicut molliora membra. Huius paſſionis pars in dolore eſt potior podagra. Cauſa, quia materia podagrica in parua deſcendit membra, id eſt pollices. Quorum concatenatio parua eſt ut materia pro paruitate ſui capere nequeant ſi multa ſit. Vnde nimium extenduntur, & dolor augmentatur. Si deſcendat hæc materia in maiora membra ſicut coxas, diuiditur ipſa, ut pote in magna non extenduntur, neq; ita dolor magnificatur. Defectio concatenationis membrorum, aut naturalis eſt ex quo factus eſt homo, id eſt, initium ſumens à parẽtela, aut ex labore nimio ubi fatigata eſt cõcatenatio, ſicut multo equitatu & aſſiduo, quo pedum defecit cõcatenatio maximeq; pollicum, aut ex mutatione nimia eiuſdem concatenationis, aut ex percuſſione locum concatenationis incidente, in quam humores deſcendunt, aut quia in principalibus membris ſunt quæ ad ipſam eos expellunt, aut propter laborem nimium, ſicut equitare multum & coitum. Quæ cauſa huic morbo generanda eſt peſſima, maxime ſi poſt ſaturitatem cibi ueniat. Vnde in aphoriſmis Hippocrates: Pueri inquit & enuchi non ſunt podagrici. Quod conſequitur, quia coitu non utuntur. Hęc enim huius morbi

cauſa,pro ut dixi eſt maxima. Dixit Galenus ſuper hunc aphoriſmum: Et ſi eunuchi non noceāt,taliter dietant ut corpora humoribus impleant,ſicut eſt nimius cibus & potus,ebrietas,quies,& ſuauitas, mūdificandi corporis negligentia. Quæ omnia podagræ ſunt cauſa. Sed pueros nūquam uidi podagricos,niſi quod dolorem arteticum in manibus,ſiue genibus habent ex uicinitate pedum. Item Hippocrates in alio aphoriſmo: Podagræ paſſio plurimum mouetur in autumno & uere. Galenus ſuper in uere propter inordinatam dietam & craſſam in hyeme acceptam. Vnde humores in eorū corporibus adunati cum ueris tempus uenerit liquefiunt, & currentes mēbra pungunt,& in eis nociui ſunt. Deinde expelluntur,ad debiliora membra huic morbo apparata. In autumno adunantur humores multi in corpore,propter multos fructus cōmeſtos in æſtate. Cum autem autumnus uenerit & humores augmentati ſunt decurrunt in membra debilia pro ut dixi. Aliquando podagra eſt ex parentela. Verbi gratia. Si ſint quædam membra in corporibus patrum debilia,fiunt in filijs ſimilia,quia membrorū fundamenta ex ſpermate ſunt facta. Sperma autem in corporibus huiuſmodi mixtū eſt cum humoribus his,qui morbi huius ſunt generatiui,& filius qui de hoc ſpermate generaē ut in hūc morbū incidat,qa apparatis ei pedes debilis ſūt naturaliter,& ſimiliter om̄e mēbrū debile, morbo eſt apparatū,qa natura hos humores mandat ad ipſum. Ideoq; cum membra corporis ſępe infirma uideris, & ſæpe humores recipi, intellige debiliora eſſe omnibus membris corporis,& omnibus ſuccurrunt alijs. Aliquādo dolor arteticus & podagra naſcuntur ex triſtitia,anguſtia,uigilia, & alijs animæ accidentibus,quia humores in interiora corporis mouentur, & in hanc concatenationem debilem mittuntur. Vniuerſaliter autē dico,quia arteticus dolor & podagra, atq; ſchia plurimū naſcuntur,cum cibo & potu homines implentur,& quieſcunt,& coitum ſæpe operantur & nimium, maxime poſt cibū. Hæc enim membra naturaliter aut accidentaliter ſunt debilia. Materia autem unde morbus eſt aut ſanguinolenta ex tumore,rubore, & dolore intelligenda,& pulſatione nimia, iuuamentoq; rei actualiter frigidæ ſuperpoſitæ,& econtrario,cuius dieta ante fuit ſanguinis generatiua,aut eſt colerica & ex nimio dolore intelligitur,& citrinitate coloris, & paruitate tumoris. Dieta uero infirmi generatiua colerę fuit. Iuuat res frigida ſuperpoſita,aut melancholica quam ex liuiditate coloris eſt intelligi, & duritie, cuius iuuamentum res calida & humida. Infirmi anterior dieta colerę fuit nigræ generatiua. Aut phlegmatica ex albedine coloris,paruitate tumoris,& doloris intelligenda. Sed tamen in concauitate concatenationis ſenſa. Iuuatur autem re actualiter calida ſuperpoſita. Dieta infirmi fuit quæ phlegma generauit. Quod de uiſcoſo phlegmate naſcitur ſi in concatenatione moreē, augmentatur craſſitudinem & uiſcoſitatem eius,& inde lapis generatur, ſi

cut in

cut in ueſica naſcitur. Quod cum ita ſit incurabile eſt, aliquando naſcitur ex materia quatuor humorum cõmixta. Quæ de diuerſitate ſignificationũ intelligitur, ſed huiuſmodi paſſionis durus eſt intellectus & obſcurus. Cuius cauſa eſt multifaria ſicut diximus, unde difficulter ſanandũ. Oportet te autem intelligere apoſtema naſcens in concatenatione ſaniẽ colligere, quia humiditas eius eſt uiſcoſa. Cum autem augmentatur ut caro circundans cõcatenationem infundatur, puſtulæ generantur ſicut in corporibus hypoſarcam habentibus. Si uero apoſtema & tumor in podagra dies moratur quadraginta, & quieſcit, ſi inquam materia ſit craſſa. Si enim ſubtilis ſit, minus moratur. Hæ ſunt ſignificationes morborum pręſentium, quæ in quolibet membrorum ſunt interiorum.

CONSTANTINI

AFRICANI DE COMMVNIBVS MEDICO cognitu neceſſarijs locis, Liber X. Deq; ſignis prognoſticorum infirmi ad ſalutem ſiue mortem attinentium.

CAPITA LIBRI.

De ſignificatione nuntiatiua. 1
De ſignificatione plenitudinis, & dominatione humorum. 2
De ſignificatione propria morbi futuri, & paſſionis nuntiatiua. 3
De ſignificatione temporũ morbi. 4
De ſignificatione acuti uel diuturni morbi. 5
De intelligenda criſi & eius cauſa. 6
De qua purgatiõe criſis ueniat. 7
De ephimera criſi. 8
De ſignificatione nuntiante criſin. 9
De ſignificatione peſſima mortis nuntiatiua. 10
De ſignificatione ſanitatis uel ſalutis. cap. 11
De ſignificatione qua ſalus uel mors infirmi poſſit pręuideri. 12

De ſignificatione nunciatiua. Cap. I.

INtellectus ſignificationum futurarum rerum, non minus iuuamentum quam ſcire ſignificationem præſentiũ morborum. Magiſq; credendum eſt iuuare cum dignius ſit ſcire. Significatio ergo nuntiatiua quædam morbum denunciat, & hoc in ſanis eſt corporibus; quædam ſalutem morbi, aut moleſtationem & peſſimitatem, aut perditionem. Quæ tria in infirmis ſunt corporibus. Si medicus morbi naſcituri ſit prouidus, dietam & medicinam operatur unde morbus contrahatur, & ſanum corpus ſecundum ſuam naturam cuſtodiatur. Si uero intelligat quia infirmus morbũ euadat, ſit in eo medicãdo fidus, ſecurus, & ſollicitus. Sed præuidens quia infirmus moriturus ſit, de nulla in eo medicina ſe intromittit. Vnde magnum medi-

co eſt iuuamentum. Si enim præuiderit & enuntiauerit, amabitur ab hominibus de ſua medicina confidentibus, & bonam famam hic promerebitur, in futuro mercedem habiturus.

De ſignificatione plenitudinis. Cap. II.

SIgnificatio qua nuntiatur qualis morbus ſanis corporibus ſit uenturus, quædam particularis, quædam eſt uniuerſalis. Vniuerſalis, cum una ſignificatione infirmitates nuntiant multæ. Hæc autem humorum corporis monſtrat plenitudinem, & eorundem corruptionem. Particularis uno indicio unum morbum oſtendit. Nos autem ab uniuerſali incipiamus ſignificatione quæ in humorum eſt plenitudine, & eorum corruptione, plenitudinis cauſa, multa eſt cibi & potus quantitas, exercitiorum & balneorum negligentia, multa quies, & ſuauitas. Ex quibus in corpore plures adunãtur humores quam diſſoluant, & ſi humores illi de cibo nati ſunt laudabili. Quod plurimum inuenimus in hominibus poros corporis clauſos habentibus propter paruitatem humorum quæ ab ipſis diſſoluitur. Galenus ſuper ſecundam particulã epidimię: Qui ſæpe & multo tempore multum laborauit, & die omni ut laborem inciderit, & multum uinum biberit, labor autem ſuus non in ſuo tempore ſit, diuerſi morbi in eius corpore ſunt generandi. Peior & durior erit morbus ubi colera & uiſcoſum phlegma adunantur, & quorum quantitas eſt multa. Corruptio autem humorum ex multitudine eſt illaudabilium ciborum malos chimos generantium, de quibus in corporibus plus remanet quam diſſoluat. Plenitudo in corpore aut ſecundum quod uaſa & concauitas habeant, aut ſecundum comparationẽ uirtutis. Quæ ſecundum uaſa eſt, multitudo eſt chimorum intra uenas & arterias implens eas pluſquam capiant, & extendens ſicut uidetur cum nares humiditate impleantur. Quod plurimum eſt ex ſanguine & ſpiritu. Significatio eorum quia corpus apparet plenum, & uenæ ſimiliter tumidę & extenſæ. Color corporis rubeus, tactus calidus, neque fuit in balneo, neque in calido aëre. Hoc enim mouet ſanguinem in corpus exterius, & uenæ impleantur unde color fit rubeus, & tactus calidus, pigritantur, & emolliunt, & extenduntur, alant, ſenſus turbatur aliquantulum, memoria grauatur. Aliquando etiam ſanguis effluit naribus, ſolutio eſt uentris. Dieta antea fuit unde plenitudo ſit orta. Somnus multus, grauitas, & dolor in capite. Quibus plenitudo corporis ſignificatur, eaq; ſecundum uaſa eſt, & eſt ſignificatio ſanguinis, & ſi ſomnient unde anima lætificetur, & color fuerit rubeus, plus plenitudo ſanguinis certificatur. Plenitudo quę ſecundũ cõparationẽ eſt uirtutis, uirtus eſt defecta, neque ualet ferre humores corporis & ſi ſint pauci. Sentitur in corpore grauitas ſine apparitione plenitudinis aliqua, ſine dolore & nocumento. Materia enim illa non ex malis eſt humo

humoribus. Hæc plenitudo aut ad comparationem eſt uirtutis animatæ qua mouetur corpus, unde grauatur nimium, & membra durantur ad motum, aut ad comparationẽ naturalis uirtutis, aut à digeſtione deficiat cibi quem homo accipit, & ſuperfluitas in corpore remaneat, quæ uirtutem grauat, & ſi illa abundantia non adeo eſt multa ut corpus impleat. Intelligitur ex pigritia & grauitate, & deſiderij cibi decoctione, & uidet in ſomno quaſi graue pondus habeat in collo, urina eſt indigeſta, & ſomnus, & ſudor multus, ſed tamen ſine rubore, & tumore, & corporis extenſione, pulſus non magnus; quia chimus hoc faciens non eſt multus ut corpus inde impleantur, multus tamen eſt ad uirtutis deficientis comparationem, ut continere nequeat. Corruptio humorum ſi mali humores corporis ſecundum ſanguinem ſunt, intelligitur ex ſignificationibus illis quibus & plenitudo corporis quæ ſecundum uaſa fuit. Sed habet alia ut in corporibus eorum liuiditas appareat, aut citrinitas, uenæ plenæ, pulſus diuerſus parum habens magnitudinis. In ore dulcedo ſentitur, ſed tamen quia ſanguis eſt à commixtione aliorum humorum non liberatur, dulcior ille cum amaritudine, aut ſalſitudine commiſcetur, uel etiam acredine. Corpus febricitatur, & aliquando puſtulæ apparent. Dieta hominis calida & humida fuit, ſicut carnes, & res dulces. Si ætas ſit adoleſcentia, & regio auſtrina, tempus non uernum, magis certificatur ex dominatione eſſe ſanguinis. Iterum: Si in ſomno rem rubeam uideat quæ odoris ſit fœtidi, aut quaſi dulcia comedit cum acredine, amaritudine, aut ſalſitudine cõmixta, certior fit res iſta. Cum hæ ſignificationes appareant, ſignificatur ſinochus, phlegmones, uariolæ, morbus, peſtilentialis ſinandria, ſanguinis ſputa, & naribus ophthalmia, hæmorrhois, & ſimilia, quæ ex multitudine ſanguinis ſolent naſci. Significatio aliorum humorum talis erit. Si corpori dominetur colera rubea, corpus in colore citrinum erit, aut ruffum, defectio appetitiuæ uirtutis, amaritudo ſentitur in ore, punctura, & ardor in ſtomacho, abominatio, anguſtia, uomitus colericus, & digeſtio ſimiliter, ſitis, linguæ ſiccitas, oculorum concauitas, rigor, urina rubea, ſubtilis. Pulſus ſubtilis, uelox & ſpiſſus, puſtulæ apparent colericæ. Dieta prima calida fuit & ſicca, ſicut ſunt allia, cepe, ſinapi, & ſimilia. Si tempus æſtiuum fuerit, regio calida & ſicca, ætas iuuentus, magis certificatur quia colera rubea dominetur. Si in ſomno uiderit ignem, pureſmon, fulgur, & rem aliquam citrinam, fit medicus certior. In huiuſmodi hominibus colericas paſſiones ſuſpicamur, ſicut tertianas, cauſon, phreneſin, colericam pleureſim, icteritiam, apoſtema, ſicut eriſipelas, formicas, epatis calorem, in urina ardorem, inteſtinorum apoſtemata, deſiderij cibi ablationem, ſitim nimiam. Significatio melancholicorum humorum dominantium, mutatio eſt colo-

ris in nigredinem, ſiue liuiditatem. In ore ſaporem ſentit acrem cum nimia ſiccitate, uigilijs, cogitatione nimia, animæ ſuſpitione, triſti facie, conſtrictione in ſtomachi ore. In huiuſmodi corporibus morphea nigra uidetur, pulſus, tardus, ſubtilis & durus. Vrina alba & ſubtilis, dieta fuit eis colere nigræ generatiua, ſicut caro uaccina, camelina, caprina, melongenia, caules, lentes, & ſimilia. Multus fuit labor, & per uenenoſa loca deambulatio, anguſtia, triſtitia, in ſomno timor. Somnia timida qui uiderit, & terribilia ſicut res nigra, & tenebroſa, in uiſu peſſima, & in odore fœtida, ex quibus omnibus melancholia certificatur, maxime ſi ætas fuerit senectus, tempus autumnus, regio frigida, & ſicca. Quæ ſignificationes cum appareant morbos melancholicos nunciant ſicut lentigines, morpheam nigrā, lepram, maniam, mentis perditionem, dura apoſtemata, cancer, excoriationem cutis, uarices, elephantiam, quartanas, dolores ſplenis, & tumores, phlegma corruptum ſignificatur ex pigritia, mentis duritia, mollitie, ſaliua de ore effluente, multis ſputis, ſomno nimio, tumore faciei, grauitate capitis, mutatione cutis in albedinem, defectionem uirtutis appetitiuæ, & digeſtiuæ, ſitis paruitate, niſi ſalſum ſit phlegma. Quod intelligitur quia ſalſus ſapor in ore ſentitur. Pulſus craſſus, mollis, & tardus, urina turbida, infirmi dieta, phlegmaticis generatiua ſicut recentes ſunt piſces, fructus, & ſimilia, & mundificandi corpus negligentia. Si ætas fuerit ſenectus & hyemale tempus regio frigida & humida, & in ſomno quaſi aquam currentem deſuper uiderit, aut natando uadit, aut pluuiam uiderit, ſiue niuē magis certificamus phlegmatis dominationem. Quæ ſigna cum uiderimus morbos phlegmaticos nuntiamus, ſicut epilepſiam, apoplexiam, paraliſiam, epilepſiam, febres cottidianos, & ſimilia. Qui in ſomno uiderit quaſi in loco putenti ſit, humorum putridorum in corpore abundantia dignoſcitur. Si in extremitate corporum ſanorum appareat prurigo, puſtulæ, lentigo, ſignificantur mali humores eſſe in corpore. Hæ ſunt ſignificationes malorum humorum dominantium & multorum. Oportet autem ut præuideas, & res hos morbos generantes contrahas cum cauſis contrarijs antequam appareant morbi ſecundum quod ſumus dicturi.

De ſignificatione propria morbi futuri & paßionis nunciatiuæ. Cap. III.

PArticularis ſignificatio unius cuiuſq; morbi futuri, aut de re intelligitur naturali, aut de re extra naturam. De naturali, ſi uideamus mutaſſe qualitates ſani corporis à naturali conſuetudine ſui, certificatur quia morbus ſit uenturus, aut neutrū. Sicut ſi augmentet̃ uirtus appetitiua uel minuat̃, non ex cōſuetudine ſua, aut ſi ſaporant̃ nō prius ſaporata,

& horre

& horreantur prius ſaporoſa, ſiue ſit cibus ſeu potus, aut ſi deſiderat res ca-
lidas. Similiter ſi digeſtio minor ſit quantitate cibi, aut ante tempus uel poſt
craſſa ſit uel ſubtilis, nigra uel citrina, uel putida, & ſimilia. Iterum ſi urina
plus ſit quantitate potus, minusúe rubea uel alba, aut diuerſe colorata, ſub-
tilis uel craſſa, aut putida morans ſeu feſtinans. Similiter uentus ſub-
tus exiens ſi augmentetur, aut minoretur, & ſudor ſi maior uel minor ſit. Di
uerſus in colore, & odore, & menſtrua ſi maiora uel minora ſint, uel diuer
ſiora in colore quam ſoleant eſſe, aut ſi non ueniant. Et ſimiliter hæmor-
rhoides, & ſomnus, ſi plus uel minus ſit, aut conſuetudinem ſuam egre-
diatur. Similiter ſternutatio, & ructatio, ſputa, atq; emunctio, auricularum
quoq; putredo, & itidem coitus ſi plus quam ſoleat concupiſcat uel minua-
tur. Similiter obliuio, & pigritia quæ non fuerũt conſueta, & ſi ſenſus cor-
poris deficiant, & ſi corpus augmentetur uel minoretur, uel in alium colo-
rem mutetur, ruborem, ſiue citrinitatem, aut liuiditatem, & ſimilia de re na
turali, ſi ſuam naturam in quantitate ſiue qualitate mutauerit. Similiter ſom
nia ſi ſæpe eiuſdem ſpeciei ſint uiſa ſicut ſi uideãtur ſomnians excitet, & ite-
rum eadem uideantur, hominem non in ſua ſanitate permanere ſignificat.
Hæ omnes ſignificationes aut morbum aut neutrum ſunt nunciantes. Qui
ante hoc prædicto accidentia perfecte cognoſcere laborat, bene capere po
terit de loco illo in quo de accidentibus diſputaui. Oportet autem hæc o-
mnia in ſanis corporibus perquiras, neq; interrogationem negligas. Quod
ſi feceris uentura corporibus non ignorabis, & firmiter nunciare futura po
teris, & ne ueniant ingemabis. Significationes de rebus extra naturam per
cipiendæ ſunt hæ. Si quis ſudorem patiatur fœtentem, futuram expectet fe
brem, quia fœtor humorum putredinem oſtendit. Similiter urina putida,
febrem ſignificat ex putredine. Qui febrem habet, cum ſicca tuſſi, & febris
diſceſſerit, tuſſis uero permanſerit, nunciãtur uulnera in articulis permanẽ-
tia. Manere enim tuſſim materiam permanentẽ oſtendit quæ craſſa eſt & in
digeſtibilis. Terminus uero eius materiæ cum uulneribus ſemper ſolet ue-
nire. Si quis raucitatem patiatur uocis, & ruborẽ coloris cum liuiditate mi-
xti, elephãtia diſignatur futura. Si in corpore carbunculi augmentẽtur uul-
nera ſignificantur. Si glandes, tumor interior. Si quis de morbo acuto ſana-
bitur, & pruriginem in aliquo loco corporis patietur, uulnera ibidem futu
ra portenduntur, maxime ſi morbus parum fuerit longus. Si dolor capitis
ſenibus immoretur, cœcitas & mania deſignantur. Si enim natura deficiat
in digerenda & expellenda illa materia, aut in oculos deſcendet cœcitatem
faciet, aut in cerebri uentriculos, & faciet manioſos. Si non ſenibus dolor ca
pitis, & hemicranea affuerint, cataractas ſignificabit. Si qs ante oculos qua-
ſi cimices, aut muſcas uiderit cataractas portendit. Si titillatio illa ex phle-
gmaticis eſt humoribus cum uentoſitate. Hiq; humores in lacertos faciei

conclu-

cõcluduntur. Et ſi in lacertos maxillarum deſcenderint fiet paraliſis. Qui nimiam dormitationem habet in corpore, epilepſiã uidetur ſignificare. Dormitatio enim ex oppilatione eſt nerui, quæ ne uirtus ſenſibilis & motiua pro ut oportet tranſeatur ad membra impedit. Si uero moretur hæc oppilatio, mollities mẽbrorũ fiet, id eſt, ſemiepilepſia. Qui habet ſtuporẽ, & aſſiduam uertiginem, epilepſiam, id eſt, caducum habiturus eſt morbũ, quia ſtupor eſt de humoribus phlegmaticis, & craſſis dominantibus corpori, & uertigo illa ex eiſdem eſt humoribus cum cerebro dominent, & uenæ eius inde impleantur. Vnde hæc utraqꝫ accidentia futuræ epilepſiæ ſunt prænũciatiua. Si infantuli acutas febres habuerint, & conſtipationem uentris, uigiliasqꝫ & color eorum erit rubeus, uiridis, uel liuidus, ſpaſmus pronunciatur. Habẽtes nimiam plenitudinem, & in capite grauitatem, in corporibus ſenibus turbiditatem, apoplexiam ſunt habituri. Hæc enim accidentia non ſunt niſi ex plenitudine cerebri de humoribus craſſis. Qui cum augmententur uenientes ad cerebri uentriculos, implent & oppilãt eos, & faciunt apoplexiam. Quorum cerebrum patitur ex percuſſione, uel caſu, ſtatim apoplexiam patiẽtur. In cerebro enim frangitur neruus, qui ab ipſo & nucha egreditur. Vnde ſenſus aufertur & motus. Quibus ab initio dolor eſt in capite, & in præcordijs, cum augmentabitur mentem erit perditurus. Qui habet ab initio grauitatem in capite, cum augmentetur, mentis ſtuporem eſt paſſurus. Si titillationem habet in toto corpore ſpaſmum ſignificat, quia plenitudinem neruorum demonſtrat. Quibus oculi ſunt rubicundi & craſſi, & tumor in facie cum dolore nimio in capite, phreneſis portenditur, quia hęc accidentia monſtrant dominationem ſanguinis in cerebro. Quod cum impleantur calida apoſtemata generantur. Vbi triſtitia & timor ſuſpicioſa ſine cauſa, melancholiam prenuntiat. Triſtitia enim & timor de colera nigra oriuntur. Siqꝫ cerebro dominetur iſte humor procreatur paſſio. Si quis habet catarrum & ſæpe ac multum, aut aſma nuntiat, aut peripneumoniã, aut uulnera in pulmone, uel in pectore, maxime ſi homo macreſcit, & ſtrictum pectus habuerit, quia catarrus à cerebro deſcendit ad guttur, & pulmonẽ quoque & pectus. Qui ſi ſit craſſus, canales pulmonis oppilantur, & aſma conficitur. Si acutus, eadem membra plagantur, & uulnera faciunt. Titillatio ſæpe ueniens ſub hypochondrijs, apoſtema in diaphragmate futurum ſignificat. Qui in pleureſi ſaniem ſcreant, & in diebus quadraginta non mundificãtur, empijci ſunt futuri. Sanies enim ſi in pectore moretur ad pulmonem cõfluit, & cito uulneratur propter raritatem ſuę ſubſtantiæ. Screare rotundũ in pleureſin phthiſin portendit. Et ſi ſit cum ſignificatione alienationi pertinente, certificatur alienatio. Si quis habeat in dextera parte grauitatem ſub diaphragmate, puncturamqꝫ & extenſionem, habebit epatis paſſionẽ. Epar enim in latere iſto & in illo poſitum eſt loco. Vbi ſi quis grauitatem ſentiat, conſtipa-

conſtipationem, puncturam, acutos humores, uel apoſtema calidum. Si digeſtio ſit alba, ictericiam pronuntiat. Colera enim rubea non uadit ad corporis inferiora, ſed cum ſanguine mixta totum corpus perambulat. Quod contigit ex conſtipatione fellis. Quibus facies eſt tumida, & ſimiliter oculorum palpebræ, hydropem ſignificat. Quia uirtus digeſtiua cum deficiat, nec poſſit ad hæc ire loca ut digerat tumorem creat. Quibus tortura & dolor eſt circa umbilicum, neque mitigatur cum pharmacia uel epithimate, uel calefactione, aliòue medicamine, tympaniam ſignificat uenturam. Si quis faſtidium habet & abominationem, & in ſiniſtra parte ſub hypochondria uentoſitatem, colicam caueat paſſionem. Quia digeſtio ſi non exeat, claudit coleram, & in ſtomachum aſcendit, faſtidium, abominationem & uomitum facit. Colon enim inteſtinum in ſiniſtra parte eſt poſitum. Cum ergo digeſtio non exeat, uentum neceſſe eſt in hoc loco claudat. Si quis in fœmoribus, & anchis grauitatem & extenſionem habuerit, in renibus paſſionem habebit. Si in exterioribus locis dolorem habuerit, expectanda ſunt apoſtemata in locis exterioribus. Si intus ſimiliter habebunt intrinſecus. Qui mingunt urinam ſicut lithargici piſtati, lapidem in ueſica habent. Si ardor urinæ diu moretur uulnera in ueſica nuntiantur & uirga. Qui habet digeſtionem cum tortura & ardore in natibus, diſenteriam eſt habiturus, quia humores cum digeſtione exeuntes, colerici ſunt & acuti. Si augmententur, prurigo, & ardor natium, hæmorrhoiden prænuntiant. Si prægnantes ſolutionem uentris patiantur, abortitus ſignificatur. Si ſanguis coagulatur in mammilla mulieris, maniam futuram oſtendit. Menſtruus enim ſanguis cū ad mãmillam uenerit, & uirtutem in lac mutandi non habuerit, ſicque in mãmillis permanſerit, calefactus in peſſimam naturam melancholicam mutatur, & cauſa maniæ efficitur, quia fumus acutus & pungitiuus in cerebrum aſcēdit. Si mulier mūdiſſima eſt, & cōcipit abortit fœtus anteq̄ incraſſeſcat qa mulier macidiſſima cum cōcipiat nō incraſſeſcit, ut fœtus in ſanitate ſua oermaneat. Craſſities eſt enim cum ſanguis & in nutrimentum totius corporis uadit. Quod cum fiat, & fœtus ſine cibo remaneat, neceſſe eſt moriatur, etenim mulier expellat. Si mulier duritiem in mãmillis patiatur, dolor mammillarum, coxarum, genuum, atque oculorum, neque abortiendus puer nuntiatur, quia durities mãmillarum de nimia ſanguinis eſt abundãtia. Qui cum augmentetur durities conficitur, & extenditur, & natura abundantiam illam expellit in hæc membra, & dolorem generat. Fœtus non abortitur, quia ſanguis nutrimentum ſui ſibi non deficit. Mulieris pregnantis mēſtrua ſi currant ex conſuetudine ſua fœtus eius non eſt ſanus. Et ſimiliter ſi lac de mãmillis effluat contingit quia nutrimentum fœtus ſanguis eſt menſtruus. Qui ſi ex conſuetudine ſua currat, defectionem ſignificat, cum nō ſibi trahere ualeat. Si uero non mundificetur fœmina poſt partū morbus ge

 nera

neratur. Sanguis enim non exiens, ſed incluſus eſt malus. Bonus enim puerum nutriuit, & ſecū traxit. Plurimū hic ſi remaneat, apoſtema in uulua uel epate generat, & aliquādo ſi ſanguis eſt peſſimus in perditionē portat. Vulnera habētibus ex quibus tumor naſcaẗ, qui ſubito decidat, retroq; ſunt uulnera, ſpaſmus naſciturus mōſtraẗ, aut tetanus. Si antea ſignificaẗ mania peripneumonia, ſanguinis, uel ſaniei egeſtio, & pleureſis. Si em̄ apoſtema eſt in ꝑpatulo certificaẗ infirmus de malis ſibi futuris accidentibus. Si ſubito intro redeat, mouet materiā ad quędam mēbra principalia, & peſſimos morbos generat. Si retro uel in dorſo ſit apoſtema, fiunt tetanus & ſpaſmus, quia hæc corporis loca plurimū ſunt neruoſa. Si ante id in pectore & ipſum circundantibus, facit peripneumoniā, & pleureſin, ſaniem & ſimilia. Si materia in ſtomachū deſcēdat, & inteſtina facit ſanguinis egeſtionem. Si quis uulnera in capite patiaẗ, locus ubi uulnus eſt emolliẗ, & locus oppoſitus ſpaſmaẗ. Quęcūq; mēbra calefiant uel frigeſcant, morbū eorundē denuntiāt. Similiter in quibuſcūq; ſudor appareat, humorē calidū in eiſdē mēbris ſignificat.

De ſignificatioue temporum morbi. Cap. II.

DIximus ſignificationes morbos ſanis corporibus futuros nuntiantes. Oportet ergo dicamus eas ſignificationes ſalutem ſiue perditionem infirmis corporibus portendentes. Sciētia autē harū ſignificationū, aut uniuerſalis eſt aut particularis. Vniuerſalis in tria diuidiẗ, aut in morbi temporis ſcientiā, aut in acuti ſiue diuturni morbi differentiā, aut in diem creticum, & eius ſignificantia. Nos ab uniuerſali incipientes ſignificatione, de morbi ordiemur tempore, quia temporum ſciētia maxime eſt neceſſaria propter ſtatum. Neceſſitas huius tēporis duobus eſt modis, una enim pręuidetur futurus, morbus & criſis, altera ſecundū regimentum eſt infirmi. Futurū morbum neceſſe eſt pręuidere, quia plurimi in ſtatu moriūtur cum hoc morbi tempus moleſtum ſit & periculoſum. Aliquando in augmento moriuntur, in declinatione non, niſi in paſſione altera ſuperueniente, aut de peccato regimenti incidente. Cauſa peccati aut ex parte eſt infirmi, ſeu medici ſiue infirmi miniſtrantis ex parte infirmi, ſi inobediens ſit. Medici ſi in regimentum ipſius peccauerint. Miniſtri, ſicut ex clamore, obiurgatione, infirmi perturbatione, & ex motus importunitate ex quibus morbus reuertitur. Et plurimum ex morbis ſalubribus ſi deficiat uirtus, moriuntur. Si fortis ſit medicus pręuideat & nuntiat quia morbus tempore ſtatus ſecedet. Si uirtus defecta ſit, & uſq; ad ſtatum nō ſufficit, operetur medicus rem confortatiuam uirtutis ſecundū dietam & medicinam. Si morbus ſit mortalis, pręuideat mortem ante ſtatum ſecundū quantitatē defectionis. Regimentū infirmi ſi in ſtatu fuerit ut ſubtileẗ dieta, ne uirtutē ex cibo impediat & morbo non repugnat. Si morbus ad ſtatum nōdum peruenerit, craſſiorem cibum infirmo oportet miniſtrari, ut uirtus diſſoluatur uſq; in ſtatū. Tempora morbi 4. ſunt. Initiū, augmentū, ſtatus, & declinatio.

Initium in tria diuidit, aut em̄ in tempus quod nō habet latitudinē, & inſenſibile eſt, aut in tēpus cuius diffinitio in tribus eſt diebus, quod uerū in morbis conſtat omnibus quāuis ratio non recipit, aut in tempus cū mutationem ſentiat infirmus, & nocumentū actionis quo ad morbus incipiat decoqui. Hoc autē tempus certū eſt initij. Augmentū cum natura incipiat digerere morbū, & morbus augmentet in fortitudinē, & uirtutes deficiāt. Status eſt augmentum & cōplementū decoctionis, quod eſt cum morbus cōfigitur, neq; augmētat, & morbus moleſtior & periculoſior habet. Declinatio poſt ſtatum incipit cum accidentia ſe figunt, id eſt, non mouentur, & minui incipiunt, & uirtutes pręualent in morbū infirmiq; quieſcunt finiendo morbū. Hoc tempus tribus modis intelligit, aut em̄ ex natura morbi, aut ex accidētibus eum comitantibus, aut ex decoctione, & eiuſdē ablatione. Ex natura morbi res perquirunt quibus coadunatis morbus conficit, ſicut familiaria ſunt accidentia. Verbi gratia. Pleureſis accidentia familiaria ſicut alibi ſunt dicta, febris eſt dolorq; pungitiuus, tuſſis, & anhelitus. Si ergo accidentia ab initio morbi non minuantur neq; augmentent, & corpus deficiens grauet, morbus in augmento eſſe perpenditur. Si uirtus morbi in magnitudinem augmentet, & ibi tandē defigatur, morbus ad ſtatum aſcendiſſe certificat. Si à quantitate prius habita minoretur, & quiddā leuitatis uel quietis ſenſerit infirmus, intendit morbus eſſe declinatus. Ex accidentibus morbū comitantibus, quia in quibuſdam febribus dolores capitis, in alijs alienatio mentis, in alijs uigiliæ, & alia huiuſmodi Hęc autē accidentia cum augmentari uideamus, & morbus augmentat. Si uirtuoſe figunt, ſtatus morbi perpenditur. Ex decoctione ſi non appareat aliquid decoctionis in urina nec in digeſtione, nec in ſputis, morbum in initio eſt intelligi. Cū autē aliqua ſignificatio decoctionis appareat morbus in augmento eſt intendendus. Cū decoctio cōpleatur, morbus eſt in ſtatu, & in declinatione uergitur, quæ ex infirmi quiete & leuitate intelligit. Si morbus ex periodibus eſt febribus perquirenda ſunt accidentia quę comitant in tempore acceſſionis, & eius augmētationis, minorationis, & decoctionis, & eiuſdē ablationis, & feſtinationis, & morę longitudinis, & breuitatis, & longitudinis ſiue quietis, & ęqualitatis, in feſtinatione & mora, longitudine, & breuitate. Quod ſi febris ante tempus feſtinet, augmentatione ſignificat. Si moret poſt ſuum tempus declinatio portenditur. Sed tamen oportet, perquiri quia multæ febres ante tempus in ſuo periode feſtinant, alię morant. Vnde oportet intelligi quia ſi febres feſtinent ante tempus quo feſtinare ſolebant, intelligunt in augmento eſſe. Si econtra in declinatione, augmentationem febris in longitudine & breuitate, ſi tempus augmentandi longius eſt quam ſoleat, intelliges in augmento eſſe. Sin autē in declinatione: Si inęquale, in ſtatu. Si febris naturaliter feſtinat, & tamen moratur, & feſtinare, & morari ſuū ęqualia ſunt, potes in-

telligere eſſe ſtatum. Ex longitudine quietis infirmi taliter perpendis. Si longe quieſcat infirmus à febribus, & corpus à calore mundificet̃, & alleuietur in declinatione eſſe intelliget̃. Si tempus acceſſionis febris ęquale ſuę eſt quieti, & infirmus à febribus dimiſſus, neq; leuitatē, neq; quietem ſentit. In ſtatu intenditur eſſe febris. Oportet autē intelligi quia ſpaciū uniuſcuiuſq; horū quatuor temporū, ex lōgitudine & breuitate eſt morborū, quia tempus initij & augmenti in acuta ęgritudine paruū eſt, & ſimiliter ſtatus & declinationis. Materia eñ hūc morbū generās eſt ſubtilis, & calor fortis. Vnde morbi decoctio feſtinat̃. In morbo uero diuturno ſpaciū horum 4. tēporū lōgū eſt. Materia eñ unde extat craſſa eſt, & calor paruus. Vnde fit ut digeſtio & decoctio morent̃. Ideoq; diuturnus morbus in ęſtate breuior eſt, ut æſtiuus calor ad coquendam materiā adiuuet, & acutus morbus in hyeme longior propter frigitudinem aëris humores congelantis, & decoctionē tardantis. Teſtant̃ hoc breuitas quartanę & cottidianę in æſtate, & calido tempore, & longitudo eorū in hyeme, & autumno, & tempore frigido. Febres autē ſinochon uel cauſon ſuperueniente ſudore, neq; terminum complente, diuturnitatem ſignificat, quia multitudinem materiæ demonſtrat.

De ſignificatione acuti uel diuturni morbi. Cap. V.

SCientia acuti uel diuturni morbi neceſſaria eſt duabus ex cauſis, aut ex prouidētia ubi morbus finiat̃, aut ex cibi infirmi ordinationibus. Ex prouidētia, quia paſſio acuta finitur in die cretica. Diuturna cum digeſtione & diſſolutione. Medicus in acuta ęgritudine ſalutem morbi uel perditionē nuntiat in tempore criſis. In diuturna uero ſecundū decoctionē & diſſolutionē, & cum aufert̃ decoctio & minorat̃, & diſſoluitur uirtus. Ex cibi ordinatiōibus, quia eñ acuta ęgritudo uelociter uenit ad ſtatum neceſſe eſt cum ſubtili dieta infirmum nutriat, ne natura impediatur ex digeſtione ciborum à morbo repugnantiū. In diuturna infirmitate, craſſos morbos neceſſe eſt ſuppeditare, ne ex longitudine temporis morbi uirtus diſſoluat̃. Cum tamen ad ſtatum perueniatur, uideatur ut iam ſubtilis detur. Hac de cauſa morbum acutum & diuturnum intelligere maior eſt neceſſitas. Acutus ergo morbus eſſe intelligitur, cuius poſt paruum tempus eſt, & moleſtationem habet. Vnde Hippocrates in aphoriſmis: Iudicium inquit de morte & uita, non perfectum & certum eſt in acuta ęgritudine. Hoc autē dixit, propter moleſtationem, & ſuorum accidentium duritiem. Vnde ſicut de uita ſperamus, ita & de morte timemus, & ēcōuerſo. Ægritudo autem acuta ordinem in ſuo habet acumine, eſt acuta in ultimitate, cuius terminus eſt in 5. uel 4. die, aut 17. uel 20. Eſt quæ uocat̃ acuta mutatiua, cuius terminus eſt à die 20. uſq; ad 40. & ita nullus morbus uocatur acutus poſt 40. dies finiendus. Erit ergo diuturnus, cuius terminus non eſt ſecundum criſin, ſed ſecundum diſſolutionem apparentem ſenſui, & materiæ decoctionem. Per

ditio

ditio ex minoratione uirtutis deſignatur,& ablatione decoctionis.Quomodo morbus acutus cum criſi intelligatur finiendus,& cum diſſolutione diuturnus.De ſpecie morbi & motu ſuo,pulſu, figura, corporis qualitatibus, & ex rebus coniũctis.De ſpecie morbi ſicut cauſon,& uera tertiana,& ſinocho,& alijs febribus quæ poſt apoſtemata ſequũtur in uiſceribus ſicut phreneſi,pleureſi,peripneumonia,ſinanchia, ſunt febres acutæ in tertia die finiendæ,quartanę autumnales uel hyemales,maxime cottidianæ nõ uere,tertianæ hęmitriteus, febris liphoritos, & alij morbi phlegmatici, uel melancholici, morbi ſunt diuturni, neq; cum craſſis finiendi. Mutatione morbi, ac ſi uelox ſit motus,& calor fortis, nocumentum & dolor fortiora,acutus morbus demonſtratur. Contrarij contrariæ. Ex pulſu, quia ſi ſit magnus, uelox uel ſpiſſus, acutus denunciatur morbus, ſi paruus, tardus & rarus, erit diuturnus. Ex figura & qualitatibus corporis, quia ſi in primo die morbus appareat,minoratio carnis, deſiccatio faciei, mutatio coloris, aut ruborem, aut citrinitatem ,acutum intimat morbum. Si contra diuturnum. Ex rebus quibus coniunctis ſiue diſiunctis, intelligimus ex rebus eſſe naturalibus,id eſt, ætate infirmi, complexione ſua, & regione ſua. Quæ ſi iungantur cum ſupradictis, ut infirmus ſit iuuenis, complexio eſt calida, æſtiuum tempus, regio, & aër calida, magis eſt certificandus acutus morbus. Si infirmus ſenex ſit, aut ſenior, & regio frigida, tempus hyemale,ſit certus diuturnus morbus. Si ſignificationes interfuerint mediocres,& morbus mediocris inter acutum & diuturnum erit. Oportet autem ut bene ſtudeas & inueſtiges has ſignificationes, & inter forte & debile compares. Si enim hoc feceris de acutę ęgritudinis uel diuturnę ſcientia non falleris.

De intelligentia oris & eius cauſa. Cap. VI.

TEmpora morbi diximus acuti, conſequitur ut de criſi & eius cauſa dicamus. Dico autem quia ſalus morbi & mors, morbi ſunt cõmutatio, & reuolutio. Quæ aut in paruo tempore ſunt ſubita,& infirmum ad ſalutem ducentia, aut mortem deferentia. Quæ ducunt ad ſanitatem bonæ criſis eſſe dicuntur, quæ ad mortem malę. Hęc autem in acuta ęgritudine ſunt conſideranda, aut mutatio paulatim in longo tempore protrahitur ducens infirmum ad ſalutem,quod cum augmentatione ſit uirtutis,& minoratione morbi paulatim,aut eadem mutatio paulatim ad mortem ducit. Quod ſit cum uirtus minoratur & morbus augmentatur. Hoc autem eſt cum membra conſumuntur,& ſubſtantialis humectatio corporis congelatur, & calor naturalis extinguitur. Hæc autem utraq; in diuturna ſunt ægritudine. Aut mutatio inter tardum & uelox diuerſatur, & ad ſalutem ducit. Quod ſit cum morbus ſubito ad bonum reuoluitur,& poſt paulatim minori incipit,& uirtus augmentari, quo ad morbus finiatur,aut mutatio inter tardum & uelox ducit ad mortem. Quod ſit cum ſubita morbi

reuolutione infirmi uirtus minorat, & paulatim uſq; ad mortem diſſoluit. Hæc duo in mediocribus conſideranda ſunt paſſionibus quæ inter acutum & diuturnũ morbum habent. Ergo ſpecies criſis ſunt 6. Mutatio prima ad bonũ ſubita, & dicit criſis bona. Secunda ad malũ ſubita, & dicit criſis mala. Tertia morbi mutatio paulatim ad bonũ, & uocatur diſſolutio. Quarta paulatim ad mortẽ, quę uocat conſumptio, atq; finitio. Quinta mutatio ſubita ad bonũ, quę paulatim minorat uſq; ad ſanitatẽ. Sexta ſimiliter ad malum, cum uirtus deficiat uſq; ad perdendũ. Hęc duo cõpoſita criſis dicunt. Bona criſis in ſtatu ęgritudinis acutę fit cum humores ſubtilent & natura ad diſſoluendum bonũ à malo mouet, & in expellendum malũ confortatur, ut à corpore eijciatur. Mala criſis ſimiliter eſt in ſtatu, cum naturæ præualeat morbus. Eſt quæ ſicut dixit Galenus: criſis mutatio uelox ſuperueniẽs morbo propter duritiem accidentiũ, & infirmi reluctamentũ, ducens ad ſanitatem aut ad mortẽ. Velocitatem dixit motus propter calorẽ. Calor eñ naturaliter uelocem facit mutationẽ. Accidentium duritiẽ & infirmi dixit reluctationem, quia morbus in ultimitate ſtatus & uirtutis eſt poſitus, ex furore humorũ unde morbus extitit, & ex naturę repugnatione in morbũ. Virtus eñ repugnat morbo, & ut eum uincat quoquomodo poteſt ſe adiuuat, ut materiam ſcilicet à corpore expellat. Similiter morbus contra uirtutem pugnat, & laborat ut ſibi prę ualeat. Cum autem uirtus morbum ſuperat fit criſis bona, & infirmum ad ſanitatem ducit, & cum morbus uirtutem uincit fit mala criſis, & infirmum interimit. Vocat ergo criſis iudicium, quia hoc tempore apparet perfecto medico quo utendum ſit infirmo, ex ſcientia quãtitatis acuti morbi, & uirtute infirmi. Vnde oportet uirtutem infirmi inueſtiget, quia multum iuuatur in prognoſticis futuris medicus, non autem ex ratione poſſunt intelligi, ſed potius experimentis, & uiſitationibus infirmorum aſſiduis. Intelligit autem criſis tribus modis, aut enim ex ſcientibus rerum cum quibus ueniat, aut ex ſcientia, aut in qua die eſſe debeat, aut ex ſcientia ſiguificationum ſuarum, id eſt, accidentium malorum.

De qua purgatione criſis ueniat. Cap. VII.

SCientia rerum cum quibus criſis ſit uentura taliter eſt inquirenda. Cum eñ uirtus morbo præualeat, aut materiam eius expellit omnino à corpore ut ualeat illud purgare, aut in aliquod membrum proijcit ignobile atq; debile. Purgatio materiæ expulſę eſt cum morbus acutus ſit, materia ſubtilis atq; leuis. Hoc autem aut eſt cum ſudore, aut cum uomitu, ſiue digeſtione, aut ſanguine naribus effluente, menſtruus quoq; uel hæmorrhoide. Quodcunq; horũ ueniat, criſis inde erit habenda. Hęcq; purgatio in quibuſdam erit maior, in quibuſdam minor ſecundum quantitatem materiæ, & locum infirmum. Secundum materiam, quia in colerica & peracuta paſſione, criſis erit cum ſudore, & uomitu, ſiue digeſtione.

In ſanguinolentis uero morbis & febribus quæ ſecunt̃ apoſtemata in uiſce-
ribus ſi ex calida ſint materia, erit cum ſanguine naribus effluente, menſtru
is, uel hæmorrhoide. Secundum locũ infirmum, quia criſis in phreneſi cum
ſanguine è naribus erit, & nimio ſudore in collo, & in capite. In febri quæ
propter apoſtema eſt epatis ſi ſit in gibbo ſui, erit cum ſanguine è naribus
dextris, aut cum ſudore totius corporis, aut cum digeſta urina. Si in cõcaui-
tate ſit epatis plurima criſis cũ ſolutione, uomitus ſudore, uel mẽſtruis, uel
hæmorrhoide erit. In febri propter apoſtema ſplenis, ſi in ſiniſtra parte apo
ſtema erit. Galen. ſuper primã particulã epidimie. Vera cauſon quę ex pura
eſt colera, plurimã criſin faciet cum ſanguine è naribus effluente. Virtus eñ
caloris in hac febri leuat ſurſum ſanguinẽ, & diſſoluit, atq; uentoſitatem gi-
gnit. Vnde uenę aperiunt̃ & crepant̃, atq; materia in quędam mandat̃ mẽ-
bra in quibus inde generantur uel uulnera uel apoſtemata nigreſcũt aliqua
membra. Quod contigit cum morbus non adeo eſt fortis, & materia craſſa
neq; uirtus multum fortis, urina autẽ clara. Plurimũ hoc eſt in morbis, quo-
rũ criſis poſt diẽ eſt 20. Quia quicũq; morbus poſt 20. diem terminat̃ mate
riæ eſt frigidæ & craſſæ, & ad digerendũ duræ, unde uſq; ad 20. diẽ morbus
morat̃ uel plus. Deinde cum natura confortat̃ in materiam, in aliquod mẽ-
brum expellit eam, unde generat uulnera, nigredinem, uel apoſtemata. Vul
nera ſi in aliqua cõcatenatione fit defecta, & infirmus dolorẽ arteticũ in ma
nibus uel pedibus habeat. Apoſtemata gignit ſi infirmitate ſua infirmus la-
borioſus fuerit, uel ſi febricitauerit, plurimum exit apoſtema in articulis. Itẽ
tum. Quod quoddam mẽbrorum fatigauerit anteq̃ infirmatus fuerit, in idẽ
membrũ morbus incidit. Apoſtema etiam in mẽbris naſcit̃ naturaliter de-
bilibus ſicuti in articulis ſi paſſio in cerebro fuerit, aut molli carne, quæ in
collo eſt, ſi morbi ſint ſuffocabiles, aut in molli carne aſſellarum. In paſſione
pectoris & pulmonis, & pleureſi, aut in inguinibus ſicut in febribus apoſte-
ma ſplenis & epatis ſequentibus, & apoſtema aliorum membrorũ quæ ſub
hypochondria ſunt. Apoſtemata peſſima mẽbra in quibus naſcent̃ hemicra
nea, ſunt in febribus quæ ex uiſcerum ſunt apoſtematibus. Cũ his omnibus
acutus morbus finit̃. Qui aũt morbus cum quolibet horũ non finiet̃, peior
quam fuerit reuertitur. Si apoſtema poſt auriculas exeat, neq; ſaniem faciat
reuerſionem morbi ſignificat, aut articulorũ apoſtema. Oportet autẽ intel-
ligatur, quia cum morbus finiat̃ ſine aliquo præcedentium, ſiue purgatiõe
uel uulneribus, uel apoſtematibus non debere te confidere quin reuertat̃.
Vnde oportet te fortiter ſtudere in infirmi regimine, ſicut dicturi ſumus in
regimento ęgritudinem exeuntis. Si enim hæc feceris, & morbus fortis nõ
fuerit, non reuertitur. Si fortis ſit, & tu ſecundum quod oportet infirmum
bene refeceris, reuertitur, ſed non fortis, & infirmus ſanandus erit. Si negli-
gas infirmi regimentum reuertitur morbus duplus q̃ fuerit, & non curat̃.

De ephi

De ephimera criſi. Cap. III.

EPhimera criſeon in die habenda eſt determinato 1. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 11. 13. 14. 15. 17. 20. 27. 31. 34. 37. 40. & poſt 40: morbus cum criſi nõ finitur, ſed cum egeſtionibus & diſſolutionibus. Hippocrates tamẽ dixit in prognoſticis, quia criſis in 60. & 80. & 120. ueniant. Iterum dixit, quia infantium morbus 7. annis finiatur, aut cum ad ætatem perueniatur. Galenus non dicit morbos creticos poſt 40. dies finiendos. Horum enim motus eſt tardus, ſicut criſis motus, quæ eſt poſt 20. non eſt uelox, ueluti dierum eſt ante 20. Creticę ergo dies uſq; 40. uenientes, & ibi ſe complentes. Dies in medio prætermiſſę non ſunt creticæ, cum criſis in eis non ueniat, uel ſi uenerit rara. Eſtq; aut mortalis, aut morbus reuertitur peior quam fuerit. Hæ autem dies creticę incipiunt, ex quo infirmus mutationem ſuarum ſentit actionum, & eorum nocumentum. Paſſiones mulierum quę poſt partum eis ueniunt à die parturiendi ſicut Hippocrates dixit incipiunt. Dies creticæ quatuor modis diuerſantur ex ſpiſſitudine criſis in ipſis uenientis & ex raritate. Secundus modus ex nũtio qui nuntiat res poſt ſe futuras. Tertius ex bonitate & malignitate ſua. Quartus ex uirtute & debilitate. Spiſſitudo, ſiue raritas, quia ſunt quędam dies creticę in quibus criſis ſępe fit, in quibus raro uenit, & in quibus mediocris. Dies in quibus uenit ſæpius diuerſatur, quatuor ſpiſſandi gradibus. Primus enim gradus 7. & 14. Secundus, 11. 17. 20. Tertius, 11. 17. 21. Quartus 3. & 18. Dies in quibus criſis raro uenit, in quatuor diuiditur. Primus 12. 6. Secundus 8. Tertius 16. Quartus 19. Mediocris criſis eſt. 13. 15. 24. 37. Diuerſitas diei creticę ex nuntio rei poſt ſe futuræ quid in die cretica poſt ſe uenire debeat, & nunciat, ut pote 4. nuntiat quid ex criſi in ſeptimo ueniat & quid malignitatis in 6. Verbi gratia. Si in die quarta appareant bonę ſignificationes, ſicut in urina coctiones, digeſtiones, & corporis infuſiones, & guttæ ſanguinis naribus effluentes, & deſiderij cibi excitationes, & ſomni, & mentis bonitates, fit cõplementum morbi in die ſeptimo. Si uero malę ſicut animi debilitates, extremitatum frigitudines, ſudoris diſperſiones, infirmi grauitates, mors infirmi in die 6. erit. Dies 7. nuntiat 11. Vndecima 14. Quartadecima 17. Septima decima 20. Diuerſitas diei creticæ in bono & malo eſt, quia quædam criſis bona eſt certa & fiducialis, bona criſis eſt cum qua morbus finitur, antequam ſignificatio decoctionis imminuerit, & accidentibus malis caruit quæ timida ſint, ſicut tremor eſt, & cordis dolor in præcordijs, & cum aliqua eſt purgatione, & ante ſe bonum nuntium habuit. Hæ item dies inter ſe ſunt priores & potiores. Priores his omnibus 12. & 14. habentur. Poſt has in bonitate quatuor ſunt, & 20. Minores his in bonitate 11. & poſt hãc 17. 15. 21. Poſt has 3. eſt autem dies in qua cum criſis ueniat eſt mala. Mala criſis eſt quam non præcedunt decoctionis ſignificationes, & accidẽtia ſunt

peſſima

peſſima,magna & moleſta,idem 6.& 12. poſt has 10.poſt hanc16.& 19.Diuerſitas criſis in uirtute & debilitate,& quia dies cretica quędam eſt quę circulando currat,quædam non.Circulando currens quędam ſecundum quatuor computantur ut 4.7.11.14.17.20.24.& in hoc ordine uſq; ad 40. ſicut dixit Hippocrates. Termini inquit qui eſt poſt 40. circulando 20. ſunt dies uſq; ad 120. Cum autem 20. tranſeat, deficit uirtus.4. Virtus cretica tranſit in 7. & criſis,cum 4. & 7. circulantes, ipſe ſunt fortiores,& motu ueIociores.Dies autem cretica quæ non circulando currit,eſt dies illa quæ inter quaternarios eſt,& 7. Quarum uirtus eſt uſq; ad 20. Quos cum tranſeat non eſt uirtus in eis.Si autem ſit eſt debilis.Cauſa creticæ diei in 4.& 7. fortior & uelocior,curſus eſt lunæ.Cum enim ſtellæ motiuę omnium conſtruendorum & deſtruendorum ſint in mundo cauſæ, & unaquæq; horum habeat proprietatem deſtruendi rem ſine altera, & luna habeat proprietatem ſignificandi rem uelociter ſe mouentē,& conuertibilem, & item uelocitatem habeat cum omnibus alijs in conuerſione,& motu rerum propter uicinitatem circuli ſui mundo inferiori,actionesq; ſuæ in unoquoq; appareant menſe,& plurimum coniungunt cum ſole, & cum inter ſe & ſolem gradus ſint 45. & ſua figura media ſit quadratura,quod in 4.die eſt ſuę apparitionis.Item cum actiones ſuæ debiles ſint in illo tempore cum inter ſe & ſolem 90. ſint gradus,& tunc figura eius quadratura uocetur, quia inter ſe & ſolem quarta pars eſt circuli quod in die eſt 7.& coniunctione ſui,& actiões eius in hoc tēpore ſint fortes,cum inter ſe & ſolem 135.ſint gradus,& figura ſui tres partes ſint circuli, & hoc in 11. ſit die à ſui coniunctione,& actiones eius debiliores ſint prioribus,cum inter ſe & ipſum 180. ſint gradus,& eius figura uocat oppoſita, quod in die 14. & figura eius perfectus eſt circulus actionesq; ſuæ fortes ſint,& ſimiliter cū ab oppoſitione ſolis, & 45. gradus elongetur,uel 90.aut 135. mutat ſuas actiones,circa rerū mutationes,quod in una quaq; die quarta eſt,cum luna in quam his proſperetur temporibus, facit bonum & proſperum in ſignificatis rebus,& quæ per eam in hoc mūdo agunt. Si autem non proſperet, facit malum, & moleſtationem. Cum autem acutus ſit morbus cui proprius eſt uelox & conuertibilis motus, & cauſa morbi ſit non proſperitas lunæ in ortu infirmi. Hoc autem contigit cum à loco non proſpero elonget luna, quod fit in tempore morbi, confortat morbi motus,& hoc eſt in 4. die. Cum autem 90. elonget gradibus,& figura eius eſt quadratura de loco non proſpero,& hoc eſt in die 7. confortatur uirtus infirmi. Et ſimiliter curſus eius eſt cum à loco non proſpero elōget ſicut cum curſus eius à ſole elongetur. Et itidem motus morbi confortatur in una quaq; die 4. & ſignificatio eius in media eſt quarta. Et ſi curſus eius per 7. ſit, ſignificatio erit in 4. Terminus autem ante 4. uel 7. ueniens quod raro contingit, ideoq; conſequit, quia aut natura inſtimulatur, & co

gitur ut ante 4. & 7. fiat terminus, aut de minus euentu naturæ ad cõplendum terminum qui incepit iam eſſe. Cauſa inſtimulans & cogens naturam, fortitudo eſt morbi, uelocitas motus ſui, ſubtilitas materię, calor aëris, & aliquando ex errore regimenti cibi, uel medicaminis calidorum, uel ex ira feſtinatur criſis. Quæ autem propter hanc cauſam uenit, habet dura & moleſta accidentia. Et ſi hæc cauſa eſt in morbo cuius pertineat ad ſalutem ſignificatio, criſis non uenit perfecta, & reuerſionem morbi nũtiat. Cauſa minus eueniens naturæ ut non faciat criſin cum dubitauerit facere aër eſt frigidus quo natura contrahitur ne morbus digeratur, & expellatur, aut peccatum regimenti, aut de inobedientia infirmi, aut ex eius miniſtris garrientibus, & ad ſalutem ſibi non obedientibus, aut infirmum mouentibus. Vnde natura deficit & reuertit̃. Hoc peccatũ ſi ſit magnũ & ſignificatio morbi pertineat ad ſalutẽ, morbus reuertit̃ & elõgat̃. Si aũt cũ mala ſit ſignificatione ad mortem feſtinat̃. Sed ſi parum peccet̃, & ſignificationes bonæ uideant̃, bonitas criſis deficit & minorat̃. Si peccatum ſit magnum, ſignum uero bonũ elongatur morbus. Qui ſi aliquando ſit non fortis, ſed peccatum ſibi ſuperuenerit infirmus perit. Oportet autem intelligi criſes ante tempus feſtinantes, quia habent fortitudines. Oportet item intelligi quia quaternarij & 7. cõputari duobus debeant modis. Iuncti ſcilicet & ſeparati. Iuncti, primus quaternarius cum ſecundo, cum enim finit̃ 4. diei numerus, & ab ipſo incipit̃, fiunt 4. iuncti cum 7. & ſubtiliter 11. cum 14. qui ab 11. ſunt 4. loco, & 20. cum 17. quia eſt quartus à 17. & 27. iuncti cum 30. quia eſt 4. à 27. & 34. cum 37. 37. cum 40. quia eſt quartus ab ipſo. Dies autem quæ computant̃ iunctæ, tũc 7. id eſt 20. dies, quia eſt 7. à 14. Quæ computantur ſeparatim, eſt ſecundus ſeptenarius, quia cum primus ſupputetur, incipit ab 8. & ſimiliter 24. ſeparatur 30. Cum enim computetur uſq; ad 27. incipit à 28. uſq; ad 31. Septenarius primus ſeparatur à ſecundo, cum enim ueniat ad 7. incipit ab 8. uſq; ad 14. Et ſimiliter duo ſeptenarij qui ſunt poſt 20. computantur ſeparatim à 27. uſq; ad 34. Et hoc modo computant̃ 7. & 4.

POſt ordinationem quidem totius huius libri cum uideris hoc ſupra dictum capitulum, & plenum, neq; plenum eſſe introducendis, placuit iſtud ſubſequens intromitti, ut plenior intellectus daretur docendis, ut cum illud ſuperius qualiter antiqui, & quã acute ſenſerint expoſuerit, iſtud proſequat̃ quomodo & quàm planè ſentiant moderni. Dies cretica diebus eſt motis, aut enim laudabilis, & ſignificatiua eſt ſalutis, aut peſſima & non uenit criſis in ipſa, & ſi criſis ueniat malum ſignificat. Dies laudabilis. 3. 4. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 20. 21. Illaudabilis 2. 6. 8. 10. 12. 16. & 19. Horum dierum criſis mala eſt, quia motus qui inter naturam & morbum eſt. His diebus non ex natura, ſed ex uirtute morbi naturam cogentis, & propter bonam ſignificationem morbi ſignificat reuerſionem. Si malam habeat, mortem appropinquare demonſtrat. Decimus tertius enim dies & 15. ſunt inter bonum & malum

lum mediocres. Quod poſt in loco ſuo dicturi ſumus. Dies bona quædam criſis eſt propria, quædam uero eius nuntia. Quæ uere criſis ſunt, 7. 14. 20. & 21. Nuntiæ eius, 4. 11. poſt has 5. 9. 17. Poſt quas 3. & 18. aliquando tamen die cretica uenit nuntia, & dies innuntia. Cauſa, craſſitudo, & durities materiæ, & leuitas, ſubtilitasq́. Si enim materia fit grauis tardatur morbus & dies cretica preteritur. Venitq́ in die nuntia quæ eam ſequitur. Dies illaudabilis peior eſt, 2. & poſt 6. huic uicinatur 8. Cauſa unde 2. cæteris ſit peior quia materia eſt cruda & nō cocta, & nondū eam incepit digerere natura, neq́ ſubtiliare eam poteſt ante diem quartū. Cum autem accidētia uideris & ſignificationem, naturę diſturbationem, & humorum in ipſa coactionem, ante materiæ decoctionem intelliges cum ſua acuitate, & peſſima qualitate. Vnde non laudat Hippocrates in febribus ſanguinem die 2. effluere de naribus. Dicit etiam quia malum ſignificat. Sexta dies defectionem naturæ, & morbi ſignificat fortitudinem, quia ſexta 7. eſt nuntia. Cum autē futura uirtutem non habeat, ut ad 7. id eſt creticam perueniat, ſui defectionem, & morbi in ipſam ſignificat dominationem. Cauſa diuerſitatis ephimera criſeos duobus eſt modis, aut enim ex diuerſitate numeri in ſe, aut ex curſu lunæ. Item ex luminis acceptione à ſolæ. Ex nimia naturæ diuerſitate tribus modis. Primus, quia cauſa numerandi eſt numerus. Vnum uero elementalis cauſa eſt numeri. Numerus enim nihil eſt aliud quam collectio unitatis. Vnde unum proprium eſt magis imparitatis quam paritatis, quia palam inuenimus imparitatem in ipſo. Par ēm uero in duas diuiditur æquales unitates. Duo duę equales ſunt unitates. Impar unitate ſuperat ſimilia in unitate. Ergo imparitatem inuenies quæ ſibi eſt propria. Vnde ſi unum multiplicemus in ſe ſit ipſum. Verbi gratia. Vnū multiplicatum ſemel in unū, idem una uice cōputatum non ſe exit, ſed in ſui natura integrum exiſtit. Ergo palam eſt, quia unum lineare, & unum ſuperficiale, & unum corporale, & unum per ſe, non diuerſatur neq́ mutatur. Si autem ſemper multiplicat in ſe, nunquam ſe exit. Impoſſibile eſt ergo ut augmentetur ſicut par numerus. Imparitas ergo paritati eſt propior. Secūdus modus eſt, quia unitas cōpoſitionis eſt cauſa, imparium & parium. Impar item eſt cauſa diuiſionis parium & imparium, quia impar diuiſus in duas partes parē ſcilicet & imparem diuiditur, & par non ſimiliter. Quia ſi datur in duo ſimilia diuiditur, ſiue paria ſint ſiue imparia. Ergo par numerus parium & imparium in ſimul diuidendorum nō eſſe cauſa probatur. Vnde palam eſt quia ab unitate par remouetur. Tertius modus, quia numerus aut in parem, aut in imparem diuiditur. Si autem unum ſeorſum ponamus, & unūquemq́ imparem numerum naturalem ſeorſum, & poſt parem partim ſecundum ordinamentum naturæ iungamus, numerus ex his adunatus inuenitur circulatus, & quadrangulus longitudine, & latitudine æqualis. Verbi gratia. Si unum accipiamus

piamus qui cauſa & principiũ eſt imparitatis, & imparem ſibi uicinum iungamus, idem 3. fit 4. Quatuor autẽ eſt quadrangulus, duo enim in duo multiplicanť. Longitudo ergo eius duo, & latitudo eius ſimiliter duo. Iterum ſi 4. his iungamus impar illud quod uicinať naturaliter tribus, ideſt, 5. fit 9. Et hic numerus ſimiliter circulatur. Longitudo enim 3. & latitudo eius 3. Et itidem in paribus iunctis, raro uſq; in infinitum procedit. Ergo palam eſt quia impar eſt cauſa omnes numeri circulati. Quod par pari cõpoſitum non facit, ſi enim unũ quod eſt numeri tollamus, & ſibi par primũ naturale iungamus, id eſt 2. 3. inde redduntur, qui neque circulatur neq; quadrangulatur, ſed potius eſt triangulus. Si autem 3. ſecundum par id eſt, 4. iungamus fiunt 7. Qui numerus non circulatur cum longitudine latitudo ſuperetur. Et ſimiliter uno prætermiſſo ſi paria iungamus ſicut duo & 4. fiunt 6. Qui ab hac re eſt alienus, quia longitudo eius & latitudo diuerſantur, longitudo enim eius duo, & latitudo eius quatuor. Imparibus ergo dignius, unitas cõnumerabitur. Etenim imparia numerabilis rei compoſitæ plurimum ſunt cauſa. Quod cum ſit neceſſe eſt ut quęcunq; dies cretica imparibus comprehenditur, ad perfectionem ſecuritas nos deducat ex fortitudine quam diximus ſua, quia paribus diuiditur & imparibus. Quod paribus ſolis non attribuitur, aut enim in tantum paria diuiditur, aut imparia. Vnde paria per ſe non adeo ſunt perfecta. Criſis ergo pari attributa numero ex ſui imperfectione non ita reddit nos ſecuros. Vnde dicit Hippocrates: Quæcunque criſis in numero fit impari, ſecuriores quam in pari nos reddit. Diximus pro ut oportuit de fortitudine & debilitate creticæ diei ſecundum numerum. Oportet ergo dicatur unde eadem cretica ſecundum curſum lunæ diuerſetur. Dico ergo, ſciunt quidem omnes philoſophi, & confirmant, quia ſol & cæteri planetæ cauſa ſunt conſtructionis & deſtructionis iſtius inferioris noſtri mundi. Sed tamen fortior, & ſtabilior, & rectior, atq; immutabilior in his eſt ſol. Scimus enim quia ueris, æſtatis, autumni, & hyemis ipſe ſolus & non aliud cauſa ſit in actionibus rerum quæ per ea fiunt, id eſt, generare animalia quæ elementorum ſunt partes, & complere fructus in ſuis perfectionibus. Mouere etiam animalia ipſa, id eſt, coitum ut permaneat genus ſuum. Et alias res etiam uniuerſales faciunt. Actiones item lunæ in horum ſubſtantijs quas diximus ſunt magnæ. Sed tamen minoris ſolis actione. Etenim poſterior eſt in ordinatione, quia ordinationes menſium per ipſam ſunt, & actiones ſuæ in piſcibus maris ſunt apertę. Quicquid tamen facit à ſole accipit, quia lumen ſuum non eſt nouum niſi cum à ſole ſeparetur, neq; illuminatur aliqua pars ipſius niſi quæ à ſole conſpicitur. Lumen uero totum ſuum perditur, cum terræ umbra in ipſam & ſolem opponitur. Omnis ergo actio ſua eſſe uidetur, ſecundum quantitatem qua à ſole elongatur. Lumen enim ſuum tunc impletur cum ſibi opponitur, medi‑

atur cũ

atur cum quadratur. Debilius uero eſt tertium, quam quartum. Debiliſſimum 6. nouellum cum poſt diſiunctionem appareat abſconſum, quia lumine ſolis eſt opertum. Magnitudo ergo eius in fructibus & mouendis ad coitum animalibus, & menſtruorum curſibus ſecundum diffinita tempora cōſideratur, & ſimiliter epilepſia circulat, & alia multa. Quæ omnia ſecundū quod à ſole accipit ſunt habenda. Palam fit ergo intellectui, quia luna adiutorio ſolis indigeat, ſol autem nullius neceſſitatem habeat, neque lunæ neque cæterorum planetarum. Nullum enim horum ſibi poteſt obuiare in æſtate facienda cum noſtris capitibus ſit oppoſitus, nec in frigore faciendo cum currit declinando à priori oppoſito, nec in faciendis temporibus temperatis uernali & autumnali cum curſus ſuus temperetur. Vnde philoſophi ſolem aſſimilauerunt imperatori. Lunam uero ſecundum ab imperatore Cæſari. Quæ inter nos & ſolem oppoſita eſt poſſe ſuum in omnibus his noſtris mundanis neceſſe eſt exerceat. Neq; tamen in hac dominatione cæteris planetis eſt dignior, quia eſt fortior, ſed quia nobis eſt uicinior. Hęc ergo cauſa eſt neceſſaria, ut omnis res mundana ex ordinatione & regimento fiat lunæ, & ſecundum ſui ſimilitudinem ſe habeat. Quæ autem res lunari ſimilitudine magis eſt aptanda quam ipſa natura. Sicut enim luna à ſole accipit, & ſibi aſſimilatur, ſic & natura à luna & ſibi coaptat. Diuerſitas ergo creticæ diei ſecundum lunam eſt dicenda. Diuerſitas autem hæc eſt multiplex, quia luna à ſole figuras 8. accipit, quæ magnę ſunt & apertę. Sed tamen 4. fortiores ſunt cæteris, & apertiores in actionibus ſuis. Vna eſt cum bicornis appareat. Secunda cum ſoli ſit oppoſita, & lumen ſuum compleat, Quod fit cum inter ſe & ſolem 180. gradus ſint, in 14. ſcilicet die. Tertia & quarta cum primo & ſecundo à ſole quadretur. Primum quadratum eſt cum medię lunæ lumen completur, & orientalis eſt. Hoc autem eſt cum inter ſe & ſolem ex parte orientis 90. gradus ſint, & hoc 7. die fit. Secundū quadratum eſt cum & lumen compleatur medię, & eſt occidentale. Quod fit cum inter ſe & ſolem à parte occidentis 90. gradus ſint. Hoc autem eſt uiceſimo uno die. Sed tamen cum ſit orientalis eſt apertior & fortior, quia ad complementum ſui tendit. Ergo obſcurior & debilior erit cum ſit occidentalis, quia ad defectionem ſui uadit. Et propter hoc fit 7. dies in morbo fortior quam 21. ſignificatio. Hæ ſunt quatuor figurę lunæ, quas fortiores & aptiores diximus eſſe, & ideo priuatiores ſunt diei creticæ, & non nuntiatę. Alię 4. uero figurę lunę, quę prioribus debiliores ſunt in uirtute. Prima eſt cum media ſit inter ſolem & primū quadratum à parte orientis 45. gradus ſint, & eſt in die tertia & media. Secunda eſt cum inter ſolem & ſecundum quadratum ſit à parte occidentis, cum lumine impleatur quarta ſui, & ſint inter ipſam & ſolem à parte occidentis, 40. gradus, & hoc eſt 24. die. Tertia eſt cum inter ſignum oppoſitionis ſit, & primū quadratum, id eſt, lō-

ge à ſigno oppoſitionis ex parte meridiei 45. gradus, & à ſole ex parte meridiei, 77. ſunt gradus & medium, & hoc eſt die 11. Quarta, cum inter ſignum oppoſitionis, & ſecundum quadratum ſit, id eſt, longe à ſigno oppoſitionis ex parte ſeptentrionis 45. gradus ſint, & à ſole ex parte eadem. 67. & medium, & hoc eſt 17. die. Completis lunæ figurationibus, reſtat dicamus quæ fortior ſit, & quę debilior, & quæ mediocris. Cum ergo luna in primo quadrato ſit ſolis, aut inter ſolem, & hoc idem quadratum aſcendẽs in orientem ſit fortior, in ſignificatione & tutior. Cum autem in ſecundo ſit aut inter ſolem, & hoc idem quadratum deſcendens in occidentem, ſit debilior, & non adeo certior. Cauſa, quia cum ſit orientalis ad complementum uadit ſui. Cum autem occidentalis, ad deſtructionem ſui tẽdit. Vnde 7. atq; quarta, fortiores ſunt, & fidutiores 21. & 24. Teſtatur hoc exitus maris & reditus, quia in 4. & 7. diebus fortiores ſunt quam in 21. & 24. Similiter cũ cum luna ſit inter ſignum oppoſitionis, & primum quadratum à parte meridiei ſit fortior eius actio, & apertior quam cum ſit in hac eadem quantitate à parte ſeptentrionis, quia in meridie ad complementum ſui aſcendit. In ſeptentrione uero econtra ad defectionem deſcendit. Iterum luna figuras alias habet occultas & debiles in ſignificationibus, id eſt, una die, ante coniunctionem ſolis, & una die poſt, & ante oppoſitionem una die, & altera poſt, & ante utraq; quadrata, una die ante & altera poſt, quia ante coniunctionem & poſt ſunt dies pares, id eſt 28. & 30. Criſis autem in his non eſt certe neq; uera, ſecundum quod paria diximus imperfecta & incõpleta. Ante autem oppoſitionem & poſt eſt 15. & 15. Hæ ambæ dies & ſi ſint impares non numerantur, & ſi enim 13. appareat uirtus & initium actionis in ipſa, complementum tamen eſt, uel 14. Et propter hoc 14. fortior eſt & certior duobus ſcilicet modis; aut quia complementum actionis in ipſa eſt, & in ipſo apparet, aut quia fortior uis lunæ in 14. eſt die quia plena eſt lumine, quintadecima uero quia quartadecima eſt ſecunda, & complementum actionis in 14. Impoſſibile eſt quoniã alterum ſit cõplementum in ea, cum non ad ſe inuicem tãtum ſit ſpacij, ut natura aliud complere poſſit. Actiones em̃ naturæ non ſunt ſubitę, ſed paulatim & intermiſſę, ſecundum diffinitionem & ordinamentum. Alię uero quæ inter duo ſunt quadrata ſimiliter nõ ſunt certa, quia ante 7. & poſt 7. 6. eſt & 8. & ante 21. & poſt 21. 20. eſt & 22. Omnia hæc paria ſunt, & ideo debilia. Nonum uero nuntiatiuum eſt, quia natura cum in 11. criſin facere incipiat, in 9. die nuntiat. Quod ipſa 9. accidentaliter facit, quia ad uirtutem & complementum aſcendit inter primũ quadratum & oppoſitionem. Hæc eſt diuerſitas diei creticæ ſecundum naturã numeri, & curſum lunæ. Sed ſunt homines ſicut ſophiſtę hoc conturbantes & dicentes: Vos autoritatem feciſtis diei creticę, extra naturam numeri, & curſum lunæ, dicentes numerum imparem in cretica die digniorẽ eſſe quã

parem

parem. Quare ergo criſin in 14. & nuntium confirmaſti in 4. cum horũ die rum ſit paritas, his reſpondemus. Si impares dies creticæ diei certiores ſint & gigniores naturaliter, pares intermiſcentur accidentaliter, quia & ſi cri ſis in 13. die incipiat, compleatur uero in 14. Quartadecima imputatur, quia in ipſa apparet quid natura operetur. Et ſimiliter ſi in tertia die incipiat, cõ pleatur uero in 4. & inde uocatur nunciatiua. Quod philoſophi non negli gentes cum uiderent paritati hoc contingere accidentaliter, reuerſi ſunt in ſe, actiones inueſtigantes naturæ, & naturam inuenerunt altiſſimarũ ſequẽ tes motum rerum. Quod cum fiducialiter exploraſſent, ad lunam redierunt terrę uiciniorem, & eam diuerſam inuenerunt in menſibus, quia zodiacum in quibuſdam 28. in quibuſdam 27. peruagatur manſionibus. Si enim luna appareat ueſpere ante 30. dies, ſignificatur menſis pręteritus fuiſſe 19. die rum. In quo menſe luna zodiacum in 27. diebus habuerit expletum. Si enim 27. diebus duo iunxeris, apparet luna ſub ſplendore ſolis, & ita omnes dies fiunt 29. Si autem appareat poſt 30. ſignificatur menſis pręteritus fuiſſe 30. dierum, & luna ſuum circulum compleuiſſe in 28. diebus. Si enim 28. duo iũ xeris, apparet luna ſub ſplendore ſolis, & ita numerus 30. dierum complet. Vnde oportet intelligi quia luna tardum & uelocem habet motum. Vſus autem eſt naturæ ut ſemper moueatur ſecundum motum altiſſimarum re rum. Cum eñ ſit una uirtus ſuarum uirtutũ, fecit deus eã omnipotẽs ad cõ ſtruendum & deſtruendum aptiorem. Cum ergo philoſophis hoc appare at, certificauerunt quia natura feſtinat in ſuo motu & actione, aut propter ſanitatem uirtutis naturalis, aut propter ſubtilitatem & leuitatem materiæ fit motus ſuus, & actio ſecundum lunam zodiacum in 27. diebus complen tem, & ſi natura tardetur, aut ex defectione ſua, aut ex craſſitudine, & graui tate materiæ, fit motus & actio eius ſecũdum lunam à qua zodiacus in 27. diebus completur. Bene ergo intelligimus quia diuerſitates motuum criſis ſecundum diuerſitatum ſunt motuum naturæ in uelocitate & tarditate ſi cut mutationes figurarum lunę in uelocitate & tarditate ex motuum ſuorũ ſicut diuerſitatibus in uelocitate & tarditate. Sufficit nobis de die cretica & eius diuerſitate dixiſſe, ſecundum naturam numeri & curſum lunæ.

De ſignificatione criſin nuntiante. Cap. IX.

SIgnificatio qua ſignatur criſis aut futuræ denunciatiua eſt, aut pręſen tis futuram deſignans criſin, motus eſt morbi & furor ſui, fortitudo caloris, & ſignum coctionis in urina, & digeſtione, & ſputis. Pulſus magnitudo, & eius uelocitas. Si febris eſt periodis feſtinatio ſua, & motus ue locitas, & moleſtatio, ſicut ſi tertiana fuerit, & iuuenis ſit ætas infirmi, tem pus calidum, materia colerica, uirtus fortis, omnia hæc uelocitatem ſignifi cant criſis. Si autem contraria, ſicut ſi morbi motus fuerit quietus, & calor dębilis, & nulla actio apparuerit, pulſus tardus & paruus, periodis febris

tardior

turdior, & debilis eius actio, & cottidiana ſit uel quartana, infirmus autem ſenior uel ſenex, tempus frigidum, ſignificatur criſis tarditas. Si ſignificatio mediocris fuerit, quæ inter has duas media ſit, fit criſis inter uelocem & tardum mediocris. Cum his ſignificationibus criſis uentura intelligitur antequam ueniat. Significationes pręſentem criſin oſtendentes, magna ſunt accidentia criſin ſemper comitantia. Pręcedunt enim purgationes has, & uulnera in criſin uenientia, anguſtia & conturbatio, & accidentia magna & timida. Qui autem non uſus fuerit intelligere criſin, nec aſſuetus fuit in uiſitatione infirmi, timet & dubitat. Si in die fit criſis, fit moleſtatio & periclitatio in nocte. Si in nocte futura ſit, in die fit. Hæc autem moleſtatio eſt conturbatio infirmi, ſurrectio & iacentis mutatio, in capite dolor, mentis ſtupor, alienatio, ſenſus grauitas, ſplẽdor, & mala imaginatio, tenebroſitas, lachrymæ ſine fletu, rubor in oculis ſine ophthalmia, rubor faciei, motus menti, anguſtia, anhelitus, tremor cordis, dolor colli, tractus uentris inferioris ad ſuperiora, titillatio labrorum inferiorum, punctura in ſtomacho, dolor in dorſo, rigor, tremor, anguſtia in urina, digeſtionis conſtipatio, ſitis nimia, & alia magna accidentia. Vnde intelligimus quia criſis ſit præſens. Si enim ſignificationes hæ aut totæ, aut partim apparuerint nocte, ſignificatur criſis futura in die illius noctis. Quod ſi die, in futura erit nocte. Hæc ſigna aut bonam criſin, aut malam ſignificant. De bona conſtat quia in die criſi competenti nos certificat, & pulſus fortis, & antea decoctiones apparentes bonæ. Quod cum ſit, ſequuntur bonę depurgationes quas dixi, & aut ſanitas infirmi, aut melioratio ſit. Si purgationes ſint de qualitatibus morbo pertinentibus, & de loco infirmitati uicino, fit ſanitas certior uel melioratio. Species autem purgationis huius de accidentibus unamquanque pręcedentibus intelligimus. Si enim infirmi facies & nares rubuerint, grauitatem in temporibus, & dolorem in collo habuerit, & apparuerit ſibi ante oculos tenebroſitas, aut ſplendor, & ſentiat tetinoſitatem ſub hypochõdria, criſin cum ſanguine è naribus uenturam ſignificat. Si cum his ſignis prurigo & rubor in naribus apparuerint, & infirmus cum naribus ſuis iocauerit intelligitur ſtatim futurus ſanguis, & ſi adoleſcens fuerit, ſanguis certificatur magis. Sanguis enim in adoleſcentibus eſt plurimus. In iuuenibus & ſenibus uero, raro ſanguis effluit è naribus. Cum infirmus grauitatem patitur in capite, & dolorem in ſtomachi ore, & titillationem in inferioribus labris, & ſub hypochondria friguerit fit certum ſignum uomendi. Si alienationem mentis habuerit, & conſtipationem urinæ & digeſtionis, ruborem quoque in exterioribus corporis. Fumum calidum de capite aſcendentem cum infuſione, pulſum uero mollem quaſi ęſtuoſum ſignificatur criſis uentura cum ſudore. Si autem nihil horum pręceſſerit, & infirmus grauitatem puncturam & gurguliationem ſub umbilico ſenſerit, criſis cum digeſtione futura. Si uero pa-

titur

titur dolorem & tetinationem in dorſo, & ſolutionem uentris, & hæmorrhoiden in uſu habuerit, tempus criſis cum ſanguine erit hæmorrhoidis. Et ſi mulier ſit, ſimiliter intelliges de menſtruis. Si criſis de huiuſmodi purgatione in bona cretica die fuerit, & præceſſerit coctio & pulſus fortis, & infirmus poſtea quietem & leuitatem ſenſerit, & accidentia quæ cum criſi fuerant ablata ſint, & calor quieuerit, & color melioretur infirmi, pulſus quoq; confortetur, criſis bona & perfecta futura eſſe intelligitur. Significationes criſis malæ, bonæ ſunt contrariæ. Accidentibus enim quæ diximus apparẽtibus, ſiue partim, ſiue omnibus in diebus non creticis ſiue noctibus, neque de die bona criſi, uel ſigno apparente decoctionis, pulſu debili, & purgationibus, non de qualitatibus morbo attinentibus, mala & periculoſa criſis ſignificabitur. Si ſignificationes fuerint mediocres, criſis non perfecta eſt, & morbus moratur, neq; liberat, ſed uſq; in diem creticã poſtea futuram morãbitur. Verbi gratia. Si fuerit die 7. permanet morbus aliquantulum uſq; in 9. uel 11. Si ſigna fuerint morbi finiendi, reuertitur morbus. Et ſi accidentia fuerint peſſima, & uirtus defecta ſit periculum. Sed ſi uirtus, ſalubre erit. Oportet aũt medicus intelligat, quia periculoſa accidentia feſtinant facere criſin in die 5. uel 6. Salubria tardant ex acuitate ſua.

De ſignificatione peſſima mortis nunciatiua. Cap. X.

QVia diximus quæ oportuerant de ſignificatione uniuerſali, ſalutẽ uel mortem nuntianti, de temporibus quoq; & ſcientia acuti uel diuturni morbi, atq; de ſcientia criſis. Oportet incipi & de ſignificatione particulari ſalutem uel mortẽ portendenti in omnibus morbis, & hoc fiet ſecundum autoritatem Hippocratis in prognoſticis, & in aphoriſmis, atq; alijs ſuis libris, & quæ ex pluribus uiſitatis infirmis, nobis in experimento apparuerint. Incipiamus ergo à malis ſignificationibus perditionem nuntiantibus, & poſt ab his quibus ſalus portẽditur. Sed tamẽ oportet intelligi quia hæ ſignificationes malæ in magnitudine & paruitate, bonitate & malignitate diuerſæ ſunt. In quibuſdam enim fortes, in quibuſdam debiles, in quibuſdam mediocres. Quod glorioſiſſimus Hippocrates in aphoriſmis monſtrauit, & in alijs ſuis libris cum exitioſum mortale, & morti uicinum dixerit, quibus diuerſis mortem ſignificari procul dubio dedit intelligi. Cum autem dixerit poſſibile eſt infirmum ſanari ſi bona ſigna apparuerint. Cum autem peius & peſſimum, intelligimus paucos de his morbis ſaluari, et ſi laudabiles ſignificationes apparuerint, hos igitur à malis ſignificationibus incipiamus. Significationes inquam quæ malum nuntiant, aut in acuta ægritudine, uel in diuturna erunt conſiderandæ. In acuta intelligentur ex accidentibus qualitatibus, in tactu, in corpus egrediẽtibus ex morborum qualitatibus. De corporis qualitatibus, ſi enim facies mortali aſſimiletur, malum ſignum oſtendatur. De uirtute & defectione in facie apparente tanta, quantum remotio eſt à facie ſana. Facies ſi effigurata fuerit

rit ſicut Hippocrates dixit: Nares acutę, oculi concaui, tempora ſolida, & leuia, auriculæ frigidæ & cõtractę, cartillagines eorum tranſuerſę, cutis faciei extenſa, color liuidus uel uiridis, ſuperficie obſcura, periculũ ſignificãt, hæc omnia, ſi non ex ſolutione uentris, uel ex uigilijs fuerint, uel ex labore, uel nimio dolore, tunc enim minora ſunt in peſſimitate. Facies enim huiuſmodi in diuturnis morbis ex nimio labore, & digeſtionibus fit minus. Propter morbum corpus confundentem, & humectationis carnoſorum membrorum diſſolutionem, & eorum deſiccationem, & ſpiritus, atq; ſanguinis minorationem. Ex labore, dolore, & uigilijs propter diſſolutionẽ multam ſpiritus & humiditatis, & ſiccitatem, atq; defectionẽ ſpiritus, & caloris naturalis, quæ in extrema corporis pertingere non poſſunt maxime in facie quæ parum habet ſanguinis, propter remotionem ab epate & corde, quæ fundamẽta ſunt ſpiritus & ſanguinis. Item quia plurima pars faciei oſſa ſint. Si autem caro & humiditas diſſoluantur, hęc peſſimitas in facie cito oſtenditur. Quæ ſi in diuturno morbo fortia apparuerint propter longinquitatem temporis, neceſſe eſt ut poſt parum temporis fortitudinem, moleſtationẽ, & magnitudinem ſignificent morbi. Vnde & perditionẽ uidentur oſtentare. Sed ſi ex labore ſint, & uigilijs, digeſtione, ſiue dolore, minus periculum erit. Si dies tres tranſierint, & accidentia permãſerint, ex morbo eſſe eſt intelligi, & ſunt mortalia. Si albedo oculorum eſt rubea, & uenæ liuidæ uel nigræ, mortẽ certam ſignificant, quia rubor oculorũ ſi non ſit ex opthalmia plenitudinẽ ſignificat cerebri, & ſuarum pellicularũ ex humoribus ſanguinolentis. Liuiditas oculorum & nigredo eorum, frigiditudinẽ monſtrat oculorum. Hęc ſigna proprię ad mortem ſunt attinentia. Exire foras oculos in ęgritudine acuta, malum ſignũ, ſi non ſit ex uomitu uel ophthalmia. Si enim non ſit ex his duobus, peſſima materia deſcẽdiſſe in oculos denotatur. Si oculi alicui rei ſint alligati, neq; ſe mouerint, peſſimum erit. Coagulationem enim & mortificationem ſignificant ſui. Si albugo oculorũ in ſomno apparuerit, & palpebrę clauſę ſint, neq; hoc ex purgatione uel ex conſuetudine fuerit ſibi in ſanitate, peſſimum eſt & mortale, quia defectionẽ cerebri ſignificat. Si labra uel palpebrę uel nares liuidę uel tortę fuerint, uicinitatẽ nuntiat mortis, quia ſpaſmus in cerebro eſſe ſignificatur. Liuiditas igitur frigiditatem ſignificat & mortificationem. Frigiditas extremitatum in acuta ęgritudine eſt malum, quia apoſtema ſignificat in uiſceribus, aut humores frigidos in extremitatibus. Nimię puſtulæ in lingua in ęgritudine acuta, mortis uicinitatem ſignificat. In meri em̃ & ſtomacho puſtulas oſtẽdũt eſſe multas. Si digiti & ungues liuidi fuerint & uirides, pulſus defectus, mortis uicinitas nuntiatur. Hæc enim accidentia, extinctum eſſe naturalem calorem deſignant. Si nigri ſint, minus periculum. Si uirtus ſit fortis, & infirmus periculi ſit tollerabilis, dies autem cretica ſit, ſalutem ſignificat, & infirmus cum uulneribus euadit, & denigrata membra cadunt, quia aliquando hæc acciden-

accidentia materia facit expulſa à natura ſecundum criſin ad aliqua mēbra. Quod ex uirtute intelligitur infirmi,& ſigno apparente decoctionis. Si in corpore infirmi uulnera prius fuerint,& uiridia uel nigra ſe fecerint, malū ſignum erit. Si infirmus ad mortem perueniat, membra debilia moriuntur ante alia propter defectionem caloris naturalis in ipſis. Si in acuta ægritudine punctura quaſi milium appareat in corpore, malum eſt. Tarditatem enī ſignificat materiæ adhuc in morbo decoquēdę. Si ſint grandiuſcula minus periculum inſtat. Icteritia ante 7. dies malum eſt, quia ante 7. ſecundum criſin eſſe non debet. Eſt autem hęc icteritia propter epatis,& uiarum fellis ad epar tendentium apoſtema. Si hypochondria ſubtilis ſit malum eſt, quia inſtrumentorum cibi ſignificat deſiccationes. Si hęc loca ſint cum dolore & tumida, malum eſt, quia apoſtema ſignificat. Quod habet febres ex frigida corporis extremitate. Interiora uero incendentia & cum ſiti mortale eſt, quia apoſtema in interioribus corporis ſignificat. Calor autem ſeceſſit ad apoſtema,& ſimiliter ſanguis, unde interiora incendunt corporis. Si calor in corpore ſit febricitantis,& in toto non æqualis, ſed caput calidum, plantę uero manuum & pedum frigidę ſunt, latera & uenter nimiū calida, peſſimum eſt. Apoſtema enim in cerebro ſignificat, aut epate uel ſtomacho. Si febris ſit peſſima, peſſimitas ſua ſemper in die confortatur cretica. Si febris cum dimittat peior eſſe quam fuerat incipiat peſſima eſt,& ſi infirmus patiť tumor in facie & pedibus ante 14. diem, ſine dubio 14. die morietur. Corruptionem enim complexionis ſignificat epatis. Qui acutas habent febres cū nimio calore & eorū calor extinguitur atq; mitigať tactus corporis & quieſcit, ſine cauſa & ſudore, nec ſanguine è naribus nec urina nec digeſtiōe, neč aliqua alia re cretica apparente, ſignatur quia cito moriantur. Calor enim extraneus in interiora perforans corporis incendit cum calor naturalis renititur omnibus ſuis uiribus ut materia morbi expellatur, quod non poſſit cadit,& infirmus moritur. Febris peracuta ſi in diebus paribus augmentetur malum eſt, quia in huiuſmodi neceſſe eſt criſin 6. die fieri. Huius autē criſis mala eſt. Hæ ſunt ſignificationes quas ex corporum qualitatibus intelligimus. Significationes amodo dicentur percipiendæ ex eorum actionibus. Si oculos remoueat ne lumen uideat,& pręter uelle ſuum lachrymeť, malum eſt. Si motus oculorum ſit nimius,& quaſi ſuffocati uideātur,& unus altero ſit minor, mortale eſt. Quia oculorum à lumine remotio, defectionem ſpiritus uiſibilis ſignificat propter defectionem cerebri, non alicuius alterius oculorum membri. Lachrymatio uero ex defectione contentiuę in cerebro. Si autem eſt cum peracutis febribus perditio ſignificatur. Si autem eſt cum febribus ſalubribus, ſanguis effluit è naribus. Suffocatio oculorum ſignificat in cerebro & lacertis eſſe ſpaſmum. Paruitas oculi,& motus multus, tremorem ſignificat quem lacerti patiuntur,& etiam alienatio deſignatur,

quę ambo mortalia ſunt. Os apertum habere, neq; poſſe claudere, perditionem uidetur ſignificare. Signat enim ſpaſmum, aut defectionem uirtutis cōtentiuæ. Si in lecto infirmus contra pedes uoluatur, mors ſignificatur, quia uirtus mortua eſt quæ corpus portare debet. Et ſi inuenis ſupinum, & collū & pedes, manusq; extenſa ſunt, malum eſt, ſed tamē priore minus. Si pedes inueneris diſcoopertos & nō calidos, & manus, pedesq; non bene diſpoſita ſed diſturbata malū eſt, tum defectionem uirtutis ſignificēt, & in uiſceribus calorem anguſtiam facientem, & ideo pedes diſcooperit in delectatione frigidi aëris. Si ſupinum inueneris, & pedes duplicatos, malum eſt, nō em̄ uſus eſt ſic habere ſe ſanos. Si corpus graue & molle uideris, manus & pedes ſimiliter malum eſt, quia ſignificat dolorem uentrē circundantem. Si morbū perueniſſe ad ſtatum uideris, & ipſe excitat ad leuandum, & quicquid inuenerit firmiter tenuerit periculum oſtēdit, quia infirmū in ſtatu oportet eſſe quietum. Quod ſi non tranſit eſt peſſimum, maxime in peripneumonia. Significat enim anguſtiam, alienationē, anguſtiam anhelitus, Pectus em̄ & pulmo ſuffocata ſunt, cum enim ſuppinatur, pars pectoris ſuper dorſum iacet, & pulmo ſtringitur, neq; aër intrare poteſt ut ſufficiat. Si ſederit, anhelitus melior erit. Stridere dentes in febribus ſi non conſuetudinis fuerit ſuæ, malum ſignificat. Quia iſtud aut eſt naturaliter, ſi lacerti maxillarū ſint debiles, aut de ſpaſmo ibi naſcente, unde & mortē ſignificat aut maniam. Veniente autem mania, ſi ſenſus poſtea diſturbetur, mors ſignificatur. Si infirmus in peripneumonia, phreneſi, & cephalea, manus contra faciē leuat, quaſi rem aliquam accepturus, ſiue lignum, ſeu aliquid de pariete, uel pannis, malum eſt. Quia motus manuum in his tollendis, ex imaginatione eorum quæ infirmus ante ſe cernit, & ſignificat plenitudinem cerebri ex humoribus malis, quibus deſcendentibus in oculos fit illa imaginatio, & ideo ex his ſignificatur mors. Si ante ſe uiderit homines nigros, magnos, & perſonis peſſimos, malum eſt. Significat enim in cerebro humores malos & incenſos, atque melancholicos, & cerebri ſubſtantiam eſſe incenſam. Si uideris infirmum plorantem in acuta ęgritudine, malum ſignū. Plorare enim aut de humoribus eſt in cerebro melancholicis, aut de anguſtia anhelitus, & peſſimitate eius. Ira & uelocitas loquendi, in infirmo antea manſueto in acuta ęgritudine malum eſt. Quia multum à ſua ſignificatur exiſſe natura. Idem facit quies in multum loquente. Audacem multum loqui, non eſt malum. Si infirmus neq; audierit neq; uiderit & defecerit, uicinus eſt morti. Si in ſtatu febrium uiderit in ſomno niuem ſuper ſe cadentem malum eſt. Humorum enim frigitudinem ſignificat corpori dominantem. Anhelitus ſi ſit ſpiſſus, malum eſt, quia ſignificat dolorem & incenſionem. Si magnus ſit & rarus, malum eſt, & ſignificat alienationem. Si cum exeat nares, frigidum eſſe ſenſerit, uicinus eſt morti, quia frigiditudinem caloris naturalis, & eius ſignificat

morti

mortificationem. Si anhelitus in ſua uia diſturbetur malum ſignum, quia lacertos pectoris ſpaſmatos eſſe portendit, unde aër diſturbetur in uijs ſuis. Fœtor enim anhelitus malum ſignum, quia putredinem in inſtrumentis ſpiritus oſtendit. Mutare ploratum in acuta ægritudine eſt malum. Hunc autem anhelitum patiuntur pueri propter defectionem anhelitus ſui. Quod ſi contingat iuuenibus, humores melancholici, & percuſſio in inſtrumentis ſpiritus ſignificantur. Si infirmus de nocte uigilet, & de die dormit malum eſt. Et ſi à prima uſque ad tertiam dormiat, non adeo malum eſt, quia cum homines dormire de nocte, & uigilare de die conſueuerint naturaliter, & contra eatur naturæ malum eſt. Sed tamen ſi in ſanitate conſueuerit, non tantum eſt mali. Si neque de die neq; de nocte dormiat, malum eſt, quia aut nimium dolorem aut mentis ſignificat alienationem propter cerebri ſiccitatem. Si ſomnus dolorem facit mortem ſignificat. Quia in ſomno naturalis calor in corpore eſt interno ad digerendum & meliorandam morbi materiam. Qui ſi adeo ſit debilis ut hoc facere non poſſit augmentat morbum & dolorem facit. Si infirmo omnia feceris quæ oportuerit, & nihil tamen eum iuueris, morbus peſſimus eſt & durus. Significationes eorum quę morbum exeunt, quatuor modis ſunt, aut enim in digeſtione, aut in urina, aut in ſputis, aut uomitu, & ſanguine per nares, & hæmorrhoide, menſtruis & parturitione. Digeſtio ſi uiridis fuerit, nigra, fœtida, unctuoſa in acuta ægritudine eſt mortale. Nigra enim incenſionem ſignat. Vnctuoſa diſſolutionem carnis & pinguedinis propter nimium calorem. Viridis coleram eruginoſam. Fœtida putredinem nimiam & peſſimam. Aquoſa, ſubtilis, alba, uel citriniſſima, uel ſpumoſa malum eſt. Subtilitas enim ſignat defectionem digeſtionis, alba quia colera neq; ad ſtomachum neq; uadit ad inteſtina ſignat, ſed cum ſanguine per totum corpus diſpergitur, & ictericia ſignificatur. Citriniſſima multam coleram ad ſtomachum & inteſtina deſcendiſſe demonſtrat. Spumoſa, mixturam uentoſitatis & digeſtionis deſignat, ſicut uidemus fieri in tempeſtate maris, aut de nimio calore ſuperfluo, ſicut uidetur in bullienti caldario. Si digeſtio ſit parua, lenis, uiſcoſa, alba, aut citrina, eſt mala. Iſta enim digeſtio ſignificat diſſolutionem pinguedinis corporis. Citrinitas aut calorem fortem, aut pinguedinem putreſcentem, ſi ſit diuerſorum colorum, id eſt, rubea, citrina, nigra, ſit malum. Diuturnitatem enim ſignificat morbi. Hi enim humores in corpore ſe coadunantes, diuerſos in eo morbos ſignat, & naturam multo tempore ad repugnandum & conſolandum neceſſariam. Vnde morbi peſſimitas ſignificatur diuturna, & ſi pura ſit colerica cum faſtidio, & homo digeſtionem habeat tempore longo, & faſtidium ſibi uenerit, malum ſignum; & in inteſtinis apoſtemata. Si autem in diſſenteria quaſi carnis

exierint fruſtra, mortem ſignificat, quia uulnera manducauerunt inteſtina, & peruenerunt uſq; in ſecundam tunicam perforantia, & excorticauerunt eam. Si digeſtio paulatim ueniat & ſpiſſa, malum eſt, quia cogit infirmum leuare, & ita uirtus eius deficit, maxime ſi pungitiua ſit. Digeſtio pura poſt diſenteriam malum eſt, quia inteſtina excoriata ſunt ex acuta colera. Digeſtio nigra ſponte ueniens cum febri, uel ſine febri peſſimum eſt ſi non mutetur. Et omnia quæ exeunt de corpore digeſtiones aut urinæ ſi mali ſint coloris, peſſimum eſt ſi non mutentur, aut quieſcant. Quia nigredo digeſtionis & urinæ incenſionem ſignificat. Si mutentur & paulatim quieſcant, ſignificat naturæ uirtutem malos humores in corpore finientem. Qualiscunq; morbus in initio colera nigra de ſuſum uel de iuſum exeat, mortem ſignificat. Quia aut materię multitudinem, aut uirtutis contētiuæ defectionē. Quorū qualecunq; ſit peſſimum eſt & mortale. Qualiscūq; de acuta ęgritudine aut diuturna defecerit, & aliqua re alia, & nigra colera exierit, poſt diem illum moritur. Similiter abortiua mulier. Virtus enim in huiuſmodi cecidit, & humores hos ipſa non expulit, ſed ex ſua abundantia exierunt. Febres peracutas habentes, ſi ſtiptici ſint malum ſignificat. Calor enim aſcendit in ſuperiora. Digeſtiones ſub hypochondria ſubtiles nocēt ſtomacho & epati, & alijs inſtrumentis cibi. Si autem augmētet ſolutio dubium ſit de morte. Ventoſitatem exire cum ſonitu cum ſuæ non fuerit conſuetudinis ut inde uerecundus ſit, in acuta ęgritudine malum eſt. Si enim ſanæ fuerit mentis, ſignū magnum dolorū uentrem circundantem. Si autem extra uoluntatem, mentis ſignificat alienationem. Quæ utraq; peſſima. Significationes in urina ſic capiendæ ſunt. Vrina nigra in maſculo ſiue fœmina perditionem ſignificat, cumq; ſit paucior, tanto eſt peior. Significat enim cōſumationem humectationis in corpore, & mortificationem inſtrumenti urinæ. Vrina enim nigra ex incenſione eſt humorum propter calorem nimium, & inde perditio ſignificatur in omnibus ætatibus. Puerorum uero urina ſubtilis & aquoſa, malum eſt. Quia naturaliter debet eſſe craſſa cum hipoſtaſi propter uirtutem in corporibus eorum mutabilem & humorum coctionem ſicut in ſputis, in pleureſi, & emunctiōe, in rheumate, & ſanie, in uuluere. Quia cum ſit craſſior, tanto intelligitur decoctior. Si autē urina puerorum ſubtilis eſt, & aquoſa in longo tempore malum eſt propter contrarietatem eorum naturę. Siq; in urina hipoſtaſis ſit nigra in uaſis in infirmitate, aut nebula deſcenderit ad inferiora, perditionem ſignificat, quia nigra hipoſtaſis demonſtratiua eſt incenſionis, aut nimię frigitudinis, & ſi ſit in fundo, aut deſcenderit ad inferiora ſignificat uictoriam morbi, & in uirtute dominationem ſui, ſicut alba hipoſtaſis cum leuis & in fundo ſit, ſignificat ſanitatem, & decoctionis completionem. Vnde nigra hipoſtaſis ablationem ſignificat decoctionis. Vrina aquoſa & ſubtilis, malum eſt, quia coctionis ſignificat ablationem, & naturæ

decoctio

decoctionem ad materiæ morbi repugnationem. Iterum ſignificat caloris aſcenſionem ad ſuperiora corporis, & futuram alienationem. Si autem urina talis ſit, & homo tamen alienatus fuerit, perditionem ſignificat, quia calor cerebro cōmixtus eſt. Si autem ſalubres ſignificationes fuerint, & mens ſalubris ſit, ſignificat futurum apoſtema ſub hypochondria. Quia morbus cum moretur, tam diu materia craſſa ſignificatur, frigida materia ad decoctionem eſt dura, cui ſi natura dominetur, deponit eam ad corporis inferiora. Vrina fœtida & craſſa malum ſignificat, quia fœtor putredinē, & craſſitudo parit duritiem. Vrina turbida & non declaranda, & ſi declaretur, parua tamen hipoſtaſis efficitur, mala eſt cum multitudinem caloris extranei demonſtret, faciens quaſi ebullitionē, & caloris naturalis defectionem, ut non poſſit digerere materiam. Hipoſtaſis quæ quaſi farina craſſa eſt, uel ſcintilloſa, aut furfurea mala eſt, quia hipoſtaſis iſtæ conſumptionem membrorum ſignificant aſſimilans craſſam urinam, aut ex incenſione eſt craſſi ſanguinis aut ex diſſolutione carnis propter nimietatem caloris. Scintilloſa de excorticatione eſt durorum membrorum, unde priori peior eſt. Furfurea de excorticatione uenarum, & inde peſſima. Oportet tamen intelligas de ueſica & renibus huiuſmodi aliquando exire hipoſtaſes, & nō ſignificare malum. Intelliguntur tamē de dolore quem ſentit infirmus in horum membrorum circundationibus. Paruitas urinæ malum eſt, quia ſignificat incēſionem, & humiditatis conſumptionem, aut uirtutis defectionem, urinam à ſanguine diuidentem, aut expulſiuę debilitatem. Vomitus ſi ſit niger, uel uiridis, & eruginoſus, eſt peſſimus. Si fœtens, eſt mortalis. Cauſa eius eadem quam diximus de urina & digeſtione, de nimia ſcilicet incenſione & frigitudine. Si homo huiuſmodi colores in ſimul uomat, fit certior ad mortem, quia malorum humorum ſignificat multitudinem. Sputa ſi in paſſione pectoris ſit rubicunda, aut pure citrina, neq; cum ſaliua mixta, & cum tuſſi egrediētia, malum ſignificat. Quia pura dominationem portendunt humoris per ſe exeūtis, cum tuſſi craſſitudinem ſui, & laborem naturæ ad expellendum. Si uiride ſit aut ſpumoſum, ſit malum, ſicut in digeſtione, de huiuſmodi diximus colore, liuidum & nigrum ſimiliter. Imò omne ſputum unde nō quieſcit dolor malum eſt, maxime ſi ſit nigrum, quia materiam in pectore multam ſignificat & peſſimam. Sputum uero unde dolor mitigatur bonum eſt. Sputū in phthiſicis paulatim & cum nimio labore, mortale eſt. Defectionem enim uirtutis in cruditate materiæ ſignificat. Si multum ſit & facile exierit, minus peſſimitatem oſtendit, quia longō tempore conſumitur. Sudor ſi omni die adſit, neq; tamen cretica fuerit, neq; totum corpus tenuerit, neq; febres extinguit, neq; inde corpus alleuiat infirmi, ſed potius peioratur, malum eſt. Et ſi ſit frigidus, & in capite & in collo tantum, ſit peior. Si cum acuta febre ſit mortale. Si cum leni diuturnitatem ſignificat morbi, quia frigidus ſudor

humores

humores ſignificat frigidos, & caloris naturalis defectionem. Si ſudor decę ctionis ſignum præceſſerit, multitudinem demonſtrat humiditatis, & defectionem contentiuæ uirtutis. Si rigorem & tremorem ſequitur ſudor, morbi ſignificatur fortitudo. Sanguis è naribus ſi ſit guttoſus, & paruus & niger mortem demonſtrat, maxime in peracutis febribus. Quia ſignificat phlegmonem in cerebro ſanguinem eius corrumpentem. Si ſit in die cretica, aut cito moritur, aut poſt longum tempus liberabitur cum alijs criſibus. Si de naribus exeāt humores uirides, aut citrini, malum eſt, quia cerebro malam coleram ſignificat dominantem, & ipſum incendentem. Hæ ſunt ſignificationes peſſimę quas perpendimus ab exeuntibus corpore. Significationes de qualitatibus morborum ſic intelligantur. Morbus ſi fuerit ex morbo anteriori, & fortior ſit, atq; in nobilibus membris ſit peſſimum. Si dolorem in capite fortiſſimum infirmus patiatur, atq; moretur in peracutis febribus, & ſi malę alię ſignificationes, ſine dubio mortale eſt, quia ſignificat calidū apoſtema in cerebro, & in ſua tunica. Si malę ſignificationes non apparuerint, liberationem ſignificat cum ſanguine è naribus, aut cum aliquibus apoſtematibus. Sanguis autem è naribus in hac paſſione effluit iuuenibus, & ante 20. dies. Si enim poſt 20. dies, & ſenex fuerit cum apoſtematibus. Si dolor in capite, & grauitas in collo moretur phreneticis, neceſſe eſt ut ueniat ſpaſmus, & colera quaſi uenenum euomat, & moritur. Quia dolor iſte ex colerū eſt acumine caput aſcendente, & ſpaſmatur ex cerebri & panniculorum ſuorū ſiccitate. Vomitus ex multitudine eſt peſſimorum colerum. Velocitas mortis propter peſſimitatem eſt morbi, & nobilitatem loci. Si infirmus defectus ſit in uirtute cum uomuerit moritur. Quod ſi fortis uſq; in diem tertium permanebit. Si mens turbetur ex capitis percuſſione malum eſt, quia ſignificat quod cerebrum & uentriculi ſui patiantur. Si in cerebro naſcantur uulnera & uentriculi perforentur, mors demonſtratur, quia in uentriculis cerebri ſpiritus animatus currit. Quod ſi patiantur, uita auffertur. Si quis ex potatione uini, alienationem & rigorem patiatur, malum eſt. Ex fumo enim uini uentriculi implentur cerebri, & ex calefactione ſui. Rigor fit ex multitudine uini calorem naturalem operientis, & extinguentis. Apoplexia in ebrioſis ſpaſmum & mortem gignit, niſi febris ſuperueniat ab ebrietate diſſolutus. In apoplexia enim huiuſmodi uino implentur cerebri uentriculi. Sed tamen uinum ſuam plenitudinem ex ſua ſubtilitate diſſoluit, & ſimiliter diſſoluuntur per ipſum, craſſi humores febrium. Quę res ab ebrietate diſſolutis, cauſa eſt ſalutis. Si autem econtra contigerit ſolent ſpaſmari, atq; mori. Si cui ſubito in ſanitate ſua dolor capitis ueniat, & obmuteſcat, atq; ſtertat, in die moritur 7. niſi febris ſuperueniat. Cum in apoplexia ſicut diximus uentriculi cerebri de craſſis impleantur humoribus, Stertere in apoplexia, uirtutē & magnitudinem eius ſignificant, & paſſionem lacertorum pectus mouentiū

ſicut dixit Hippocrates. Apoplexia ſi ſit fortis, non ſanatur. Non fortis diu/ra eſt curari. Apoplexia autem in acuta ægritudine quarto uel ſeptimo finitur die, cum enim ſit in membro nobili non ultra acutam ægritudinem poteſt pati. Sed febri ſuperueniente humores diſſoluuntur, & morbus cura/tur. In peracutis febribus ſi dolor fortis ſit in auriculis interioribus malū eſt. Dolor enim in his mēbris, calidum apoſtema eſſe in auditus neruis oſten/dit, ex cuius uicinitate cerebrum patitur, & ideo hunc dolorem alienatio ſe quitur, unde ſubito plurimi ſicut in apoplexia moriuntur. Iuuenes in prima hebdomada. Febres enim in hac ætate fortiſſima eſt propter fortē calorem & multitudinem coleræ, ſenes poſt moriuntur. Quia febris in ſenibus non nimis eſt calida propter paruitatem caloris & coleræ in eorum corporibus. Aliquando exeunt uulnera in eorum auriculas & ſanantur. Sed iuuenes an/te apoſtemata orta moriuntur. Sanitas tamen ſperatur ſi ſanies ab auriculis exeat cum bonis ſignificationibus. Si puſtulæ quaſi cicer appareant in lin/gua, & corporis refrigeſcat extremitas, mors eſt uicina, quia meri & ſtoma chum ſignificat ſimiliter habere puſtulas. In collo nigro apparente apoſte/mate, & ueſicis cum mentis alienatione, uel uigilijs, malo ue anhelitu, malū ſignificatur, quia illa materia eſt peſſima. In collo uulnera cum febri conti/nua malum ſignificat, maxime ſi ſigna mala appareant. Quia apoſtema in hoc loco tranſglutire & anhelare auffert. Suffocatur ergo infirmus & mori tur. Subita ſuffocatio in peracutis febribus ſi nequid tranſglutire niſi cū diffi cultate eſt mortale. Si febricitans tranſglutiendi duritiem patiatur, & tortu ram, neq; tamen in collo apparuerit tumor, mortale eſt, quia ſignificantur apoſtemata in meri, uel eius lacertis nucham & ſpondyles trahentibus un/de collum torquetur habentes ſinanchiam, ſi tumor & rubor cum dolore nimio in collo non appareat, & uolentes anhelare ad ſedendum excitentur iacere enim nequeunt, in die moriuntur quarto uel antea. Apoſtema enim inglutire ſignificat unde uiæ oppilant ſpiritus, & neceſſe eſt infirmus ſuffo cetur. In ſinanchia rubore & tumore in gula non apparentibus mortale eſt, ſed tamen tardius priore. Quia apoſtema in meri eſt, & gutturis extremita/te. Sinanchia in qua rubor colli apparuerit, uel pectoris, tardior eſt cæteris, & utinam infirmus liberetur inde, Si tamen rubor ſubito nō euanuerit ſpes eſt liberandi. Si rubor extra appareat in pectore uel collo, ſignificat materiæ ad exteriora expulſionem, & gutturis liberationem. Si rubor in die cretica intus ſe abſcondat, & in exteri corpore appareant uulnera, infirmusq; ſani/em expuat, liberationem morbi ſignificat. Si autem rubor ſine aliqua harū ſignificationum ſit, & infirmus à dolore quieuerit, mortem demōſtrat, aut in morbum recidat. Quieſcere infirmum à dolore, & ex apoſtematis eſt ad pulmonem deſcenſione, & pulmo non ſentit, unde nec dolor ſentitur. Sinā/chicus ſi liberetur, & humor ad pulmonem digrediatur ſeptimo die mori/

 tur

tur. Suffocatus cum fune uel alia re,& ſpuma in ore eius apparente, & ſi nõdum mortuus fuerit,non tamen liberatur à morte. Suffocatio enim guttur & canales pulmonis artauit, aëremq́ intrare prohibuit, & fumoſam ſuperfluitatem exire prohibitam ſuper cor & pulmonem augmentauit. Ad quã expellendam adiuuit ſe pulmo cum labore tamen magno. Expulit ergo parum fumi cum humiditate,& hoc eſt ſpuma in ore; Spumæ enim cauſa uentus eſt & humiditas, ſicut in mari uidemus tempeſtuoſo. Si habens pleureſin non ſpuit, & orthomiam anhelitus habuerit, nec iacendo anhelare poſſit, moriturus erit. Ex magnitudine enim eſt apoſtematis & defectione uirtutis in decoctione & expulſione,& pectoris, ſuper pulmonem cecidit oppilans uias ſpiritus. Vnde orthomia anhelitus conſequitur. Qualiſcunque dolor in pleureſi non mitigatur, cum ſputis, neque cum phlebotomia, uel pharmacia, nec calefactione, uel alio medicamine, malum eſt, quia empyici futuram demonſtrat. Apoſtema enim calidum quod non alleuiatur cum medicamine expugnante, aut diſſoluente, in futuro ſignat ſaniei collectionem. Cum autem ſanies in pleureſin ueniat, aut peripneumoniam,& colera ſiue ſanies in ſputo appareat, aut utraq; in ſimul malum eſt, quia defectionem ſignificat naturæ in materiæ apoſtematis decoctione, quam non poteſt totam mutare in ſaniem propter ſuam peſſimitatem. Si autem ſaniem ſpuerit die ſeptimo, infirmus moritur in quartodecimo. Si bonæ ſignificationes apparuerint, moratur mors in 17. Quia ſextadecima dies eſt critica, ſicut alibi iam diximus. Si ſigna fuerint mala & infirmi creuerit peſſimitas, mortem ſignificat. Sicut ſi his diebus ſanies finiatur bonum nuntiatur. Et fit mors in quartodecimo, quia hoc ſignum mortale eſt in die iſta. Si bona ſigna fuerint protenditur mors in ſeptimũdecimum uel uigeſimũ, ſecũdum uirtutes ſignorum. Si mala pro bonis, morietur in nono uel undecimo ſecundum uirtutem ſigni apparentis. In pleureſi ſi locus niger in latere fuerit, uicinatur morti. Quia materia ex peſſimitate ſua, ab interioribus uadit ad exteriora, & materia nigra peſſimitatem ſignificat. Ex pleureſi naſcens peripneumonia multum eſt, quia multitudinem materiæ ſignificat. Quam cum pectus non capiat ad pulmonem deſcendit & inde peior fit. Oportet autem intelligi quia plurimi cadentes in empyicin de pleureſi, uel peripneumonia, moriuntur, ſiue ſint ſenes, uel ſeniores. Alij autem empyici ſicut habentes apoſtema ſub hypochondria, iuuenes moriuntur. Quia in pleureſi uel peripneumonia, uirtus quæ ad ſcreandum adiuuet eſt neceſſaria. Virtus ſeniorum defecta, non poteſt emittere ſputa. Febris in ipſis non eſt fortis, & ideo non periclitantur ſicut iuuenes. Iuuenes in pleureſi uel peripneumonia habent uirtutem facile ſcreandi ſaniem, quæ coadunatur in pectore uel pulmone,& calor eorum non eſt fortis.

Aliud

Aliud apoſtema febrem fortem facit ut diſſoluat humectationē membrorū fundamenti. Pleureticis,& peripneumonicis digeſtione ſuperueniēte malū eſt, maxime ante 7. quia digeſtio nō mūdificat pectus uel pulmonē, ſed defi/cere facit uirtutē, ut materiā morbi expellere non poſſit cum ſputis. Si dige ſtio ante 7. appareat, mortale eſt. Cauſa defectio eſt contentiuæ, & mem/brorum principalium diſſolutio. Si puſtulæ uel uulnera pleureticis, uel peri pneumonicis appareant pedes circundantia, & quod ſcreatur ſputum ad expellendum durum eſt, paruumq́ & crudum, & in urina non appareant bona apoſtemata, membrorū ubi ſunt apoſtemata debilitatem ſignificat. Quia materia remanet in peſſimitate ſua. Si uulnera ſe intus occultauerint, & febris non ceſſauerit, ſputum uero durum, paruumq́ atq́ crudū perman ſerit, infirmus alienatur & moritur. Quia hæc accidentia peſſimitatem ma/teriæ ſignāt. In pleureſi uel peripneumonia ſi rheuma ſuperueniat malū eſt. Significat enim multitudinem materiæ nondum ad pectus deſcendere. Ha bere empyima in pectore & ſaniem quaſi feces aut lutum inde exire, mors ſignificat, cum materiā non coxerit natura, ſed manſerit in peſſimitate ſua. Priſcorum ſcreatus ſi fœteat ſuper carbones proiectus mortale eſt, quia pu tredinē ſignificat pulmonis, aut malos humores corporis. Si pulmo corrū/pat ilico homo morit. Si ſputum in phthiſicis ſtringat mors demonſtratur, quia defectio uirtutis oſtenditur. Sanies ſi non ſpuitur pulmo corrumpitur, & cor inde circundatur. Digeſtio peſſima uiridis uel nigra, ſiue fœtens, ſi ſtringitur mors portenditur. Alienatio in phthiſicis eſt malum, quia non eſt conſueta. Si capilli capitis cadant phthiſicis, & digeſtio ſuperuenerit, mors eſt uicina, quia contentiuæ ſignificat defectionem, & humectationis corporis conſumptionē. Dolor capitis in phthiſicis malum eſt. Significat enim peſſimam ad cerebrum aſcendere materiam. Multus ſudor in phthiſi cis malum eſt, quia ſignificat conſumptam humiditatem in mēbris. Phthi/ſici paulatim & crudum cūm anguſtia ſi ſcreauerint cito moriuntur. Si con trarię contra, quia multa ſputa & facilia ſignificant fortitudinem uirtutis pulmonem mundificantis, habentes ſincopin ſpiſſam ſine cauſa aperta, ſubi to moriunt, quia peſſimos humores ad cor ſignificat effluentes, & ex eorū ſpiſſitudine cor deficit, & aliquando deſcendens calorem naturalem extin/guit. Qui habet tremorem cordis fortem & ſæpe ſubito moritur. Hęc e/nim accidentia aut de complexione ſunt mala, aut de cōſuetudine peſſima. Si hæc cordi ſæpe ſuperſederint, diſſoluitur uirtus, & calor extinguitur. Si uulnera in pectore naſcantur, & uſq́ in cor perforauerint, ſine dubio morta le eſt, quia pectus & cor fundamenta ſunt uitæ. Vomentibus ſi ſingultus & rubor in oculis uenerit, malum ſignificat, quia ſingultus ſtomachi eſt ſpaſ/mus, & ex plenitudine uel inanitione naſcitur. Si autem poſt uomitum ue/nerit ſignificat quia ex inanitione fit, & eſt peſſimum. Rubor oculorum ce/

rebrum ſignificat paſſum, & ſimiliter ſingultus, qui poſt purgationem, aut
aliam uenerit ſolutionem. Hydropiſis poſt acutam ægritudinem cum do-
lore & febri mortale eſt, quia de frigiditudine epatis, & defectione eſt uir-
tutis generatiuę ſanguinis. Cuius cura calida eſt medicina. Quam ſi fa-
ciamus, materia febris augmentatur, quia dolor & febris ex apoſtematibus
ſunt calidis uel ex punctura nimij caloris. Si frigida faciamus ut febris miti-
getur, hydropiſis augmentatur, unde fit ut pereat infirmus. Hydropiſi ſu-
perueniente tuſſi peſſimum eſt. Quę ſi ex humiditate ad pulmonē deſcendē-
ti & eum percutienti, malum eſt. Si ſit ex alia re minus eſt mala. Hydropicis
colericā ſuperuenire digeſtionē, malum eſt, quia hydropiſis de materia eſt
frigida. Si aũt calida exeat materia, augmentat̃ frigus & morit̃ infirmus. In
apoſtemate calido ſub hypochōdria, & oculis multũ & ſpiſſum mouētibus,
alienatio mētis & periculũ deſignat̃, q̃a ſignat paſſionē apoſtematis in ore
eſſe ſtomachi, uel in diaphragmate propter colligantiā horũ ad cerebrum
cum neruis. Manifeſtat aũt hoc oculorũ motus qui ad cerebrũ colligant̃. Si
in cerebro uel epate ſiue ſplene calidum ſit apoſtema malũ eſt, quia ſunt no-
bilia mēbra corporis regitiua. Apoſtemate in epate ſingultu ſuperueniente
malũ eſt. In magno em̃ ſingultu patit̃ ſtomachus, quia humoribus ibi gene-
ratis eũ pungentibus fit ſingultus. Si apoſtema ſit ſub hipochondria ſuper
lacertos uētris nō moleſtat niſi magnũ ſit. In magno deficit natura cum ſibi
repugnare nō ualeat. Qualecunqꝫ apoſtema eſt ſub diaphragmate, in initio
eſt moleſtũ. Et ſi 20. dies tranſeat, & febris tandiu permaneat, & nō diſſoluit̃
apoſtema ſaniem facit. Qualecunqꝫ apoſtema ſaniē facit, neqꝫ caput acutum
in exteriora exierit, ſed latum & magnũ fuerit moleſtũ eſt. Acutum em̃ ca-
put materiæ ſignificat ſubtilitatem, & eius calorē. Vnde cutis digerit̃, & ſa-
nies efficit̃. Exitus eius contra cutē, membri nobilis ſignat ſalutem. Quale-
cunqꝫ uero magnũ eſt & latum caput habet, multitudinē materię, & craſſitu-
dinem eius oſtendit, & pigritiam naturæ ad digerendũ, & in exteriora ex-
pellendum. Si apoſtema intus crepuerit, ſubtilitatem nimiā facit, & defectio-
nem uirtutis, & moleſtatio fit fortis. Si intus & extra crepuerit mortē oſten-
dit, quia magnitudo paſſionis, & multitudo oſtendit̃ materialis. Omne apo
ſtema ſi magnũ ſit & durũ, & dolorem faciat, moleſtationem, & mortē ſig-
nificat propter magnitudinē & ſuam fortitudinē, & in naturā ſui uictoriam.
Qui hydropiſim habet in epate aqua illa ad pelliculas ſiphac erumpente,
morit̃ em̃ aqua impleto uentre, quia hydropiſis in epate, ueſicæ ſunt in pel-
liculis eius ipſum operientibus quæ aqua implentur. Cum autem hę ueſicę
crepuerint, & hęc eruginoſa aqua ad ſiphac uel ſcirbũ deſcenderit, eorum
ſubſtantias conſumit, unde conſequit̃ ut pereat infirmus. Qui inciditur aut
coquitur hydropicus, uel empyicus, & ſaniei, uel aquæ ſubita multitudo
currerit, moritur. Quia purgatio nimia & ſubita uirtutem diſſoluit ita ut re

ſtaurari-

ſtaurari nequeat. Exit enim cum aqua multa ſpiritus quantitas. Qui habet apoſtema in ſtomacho ſub hypochondria, aut in membro aliquo interiori crepuerit, & ſanies quaſi uini aut olei exierit, mortale eſt, quia naturam monſtrat non poſſe digerere, & inde albam ſaniem feciſſe. In ictericis epar durum malum eſt. Durũ enim apoſtema epatis futuram plurimis oſtendit hidropiſin. Si ſub hypochondria diarrhœicis macies, & ſubtilitas fuerit malum eſt, quia humiditatem conſumptam & exiccatam deſignat in ſpiritus inſtrumentis. In ileos uomitus & ſingultus malum eſt, & ſi ſpaſmus ſuperueniat mortale eſt. In hac enim ſubtile inteſtinum concluditur, & cum natura digeſtionem expellere nequeat ad inferiora, reddit eam ſtomacho ut exeat cum uomitu. Vnde ſtomachus patiens ſingultit. Si uero cerebrum patiatur propter ſtomachum fit ſpaſmus, & alienatio. Hæc autẽ accidentia ſunt periculoſa. In ileos ſtranguria ſuperueniente, moritur infirmus in 7. die, ſi febris non ſuperueniat, & nimia ab ipſo urina exeat. Quod ſexto aphoriſmorum particula ſcribit Hippocrates. Sed Galenus cum hunc aphoriſmũ non intellexerit, Hippocratis eum eſſe negauit. Qui habet dolorem in femoribus cum febri, & dolor uſq; in diaphragma aſcenderit, & inferiora loca quieuerint, mortale eſt, maxime ſi aliæ ſignificationes malæ apparuerint. Dolor enim in his locis cum febri calidum apoſtema oſtendit. Quod ſi ad diaphragma aſcenderit, alienatio fiet propter colligantiam cerebri, & eſt mortale. Si laudabiles appareant ſignificationes, & uirtutem ad digerendum morbum cõfortantes, futura erit ſanies. Apoſtema in ueſica ſi durum ſit & cum continua febri, mortale eſt, quia conſtringit inteſtinum ad digeſtionem non expellendum. Si autem ab infirmo urina exeat digeſta, & non ſanioſa liberatur. Sin autẽ & febris nõ ceſſat, occidit in primo periodo. Pregnãti ſuperueniente eriſipela in uuluam, moriunt, in ſtomacho, & epate, renibus, & ueſica magna apoſtemata ſunt mortalia. Si parua ſint poſſibile eſt ſanari. Galenus: Vidi inquam uulnera in craſſo inteſtino, & digeſtionẽ ab ipſis exeuntẽ & tamen euaſit infirmus. Vidi item uulnera à capite uſq; in ſubtiles ſpelũcas perforantia, & tamen ſunt ſanata. Item quidam habuerunt uulnera in circũdantibus epar, & epatis parte inciſa liberati ſunt. Sed ſi uulnera in concauũ inciderint, aut in partem gibbi, impoſſibile eſt ſanari. Veſicæ concauitatem ſi uulnera perforent impoſſibile eſt curari, quia ſubſtantia eius neruoſa non ſolidatur. Renes ſunt carnoſi, unde ſi uulnera ſint & non magna, ſolidantur, & non ſanantur. Rigor ſi ſuper debile corpus augmentetur, eius deſtituitur uirtus. In febribus ſtomachi incenſio, & in corde tremor malum eſt, quia tremor ex ore eſt ſtomachi, & multitudine colerica in ipſo. Si in quibuſdam mẽbris ſint apoſtemata, ſiue dolor, & ſitis ſuperueniat, uel anguſtia mortem ſignificat, quia calor reuertitur intra corpus, quo circundante, cor

& ſtomachus incenduntur. Febres habentibus acutas, ſi ab initio cauſa quę in criſin uenire ſoleat, ſi cum purgatio ueniat non iuuat. In die autem tertio malis ſignis apparentibus proculdubio moriuntur. Si in quarto ſicut tertio apparuerint mors, aut in ſexto aut in ſeptimo erit. In cauſon ſpaſmus, aut tetanus malum eſt, quia inanitionem & exiccationem oſtendit humiditatis. Singultus de multa inanitione, ſicut ſanguine, uomitu, & digeſtione malum eſt, quia ſingultus eſt ſpaſmus naſcens de inanitione & repletione, ex inanitione malũ eſt. Terminus infirmi in 4. die erit. Virtus eñ ſua nõ poteſt ſuſtinere diutius, alienatio ſanguinis, & ſpaſmus malũ eſt, qa ſanguis multũ exinanit᷑ deſiccat corpus. Vnde patiẽte cerebro fit alienatio, utrunq; aũt malũ eſt & ad mortẽ dubiũ. Si in corpore magnus tumor appareat atq; uulnera, neq; cũ ipſis fuerit apoſtema malũ eſt, quia apoſtema intra corpus eſt. In pueris puſtulis eminentibus magnis, moriunt᷑, quia magnũ dolorem pati nequeũt neq; fortẽ medicinã. Si in febribus tumores apparuerint in palpebris ſuperioribus morbus reuertitur, quia defectio caloris naturalis deſignat᷑. Vnde membra morti propinquiora tumeſcũt, ſicut in corporibus uidemus mortuorum. His qui habuerint dolorem in femoribus puſtulis apparentibus putridis malum eſt, quia mutatam materiam de ignobili membro ad nobile ſignificant. Si morbus non fuerit ſecundum naturam uel ætatem infirmi, & ſecundum tempora anni, malum eſt, infirmoq; moleſtationẽ affert, quia natura morbum complexiones iſtas præualet. Vnde moleſtatur natura cum reſiſtere morbo nequeat. Hæc ſunt quæ dicenda erant de moleſtationibus ad mortem pertinentibus.

De ſingificatione ſanitatis uel ſalutis. Cap. XI.

Dictis autem malis ſignificationibus, oportet eas dicamus quibus in morbis ſalutes nuntiantur. Neq; certificabuntur aut ex qualitatibus & corporum uirtutibus, aut de eorum actionibus, aut de egredientibus ab ipſis, aut de morborum naturis. De qualitatibus corporis, ſi infirmi facies ſicut ſani uideris, maxime ſalutem eandem demonſtrat morbi. Multi enim naturaliter ſiccitatem, maciem, naſi acumen, plumbinum colorem, aut aliud malum, in ſanitate ſua habuerunt. Quæ ſi habeant infirmi, à ſuis qualitatibus non mutati eſſe intelligentur, neq; hæc ſunt timenda, ſed potius erunt ſalubria. Si autem in infirmo diuerſus non erit calor, ſed æqualis in corpore tincto, ſignificatur ſalus de apoſtemate in uiſceribus. Ictericia ſuperueniens in die ſeptimo, uel poſt in die cretica, ſalutem morbi demonſtrat, quia confortata eſt natura ad expellendos colericos humores in corporis exteriora. Si craſſus à tumore ſub hypochondria liberetur, morbi demonſtratur ſalus, quia inſtrumenta cibi ſalua & uirtuoſa eſſe certificantur. Significationes de actionibus animatis, ſunt ſanitas mentis, claritas ſenſualis, leuitas motuum infirmi, bonitas ſui iacere, maxi-

me

me ex ſani conſuetudine. Quæ omnia ſalutem morbi ſignificant, quia ſalutem cerebri & uirtutem ſui demonſtrant, & facilitatem uoluntarij motus & naturæ deſiderium ad ſuam conſuetudinem explendam. Si de nocte dormiat, & in die excitetur, & cum expergiſcatur in ſuis qualitatibus melioratur bonum eſt. Similiter ſi alienatus fuerit, & à ſomno melioratus excitetur laudabile ſignum eſt, quia natura in tempore ſomni uincit materiam morbi. Sed tamen oportet intelligi non in omnibus morbis laudabilem eſſe ſanitatem mentis, quia in diarrhœa & phthiſi moriuntur mente ſani, ſed tamen in his peracutis & pertinentibus capiti. Corruptio mentis in omni morbo eſt illaudabilis, quia cerebrum nobiliſſimum monſtrat eſſe paſſum. Sternutatio in phreneſi eſt laudabilis, quia cerebrum confortatum ad expellēdas ſuperfluitates oſtendit. Vnde Galenus in libro accidentium & morbi. Sternutatio ſi rheumate nō ſit, iuuatiſſima eſt capiti ſi fumo caruerit. Sed tamen morbidis mala pectoribus, quia cum pectora moueantur humores in ipſis colliguntur. Habentibus dolorem in capite propter apoſtema ſanguinolentum aut collectionem crudorū humorum, ſi ſanguis, ſanies, uel aqua in nares eorum uel auriculas cucurrerit, quieſcit dolor & ceſſat morbus. Significationes de ſpiritualibus actionibus, ſpiritus eſt bonus, perfectus, nō ſpiſſus, neq; rarus, neq; interciduus; quia demonſtrant ſalubritatē ſpiritus, unde uita eſt & eius uirtus. Sicut peſſimitas pulſus mala eſt in morbis omnibus, quia defecta uirtus uitalis oſtenditur. Significationes de naturalibus deſiderium in comedendis cibis bonum, ſignificat enim ſalutem inſtrumentorum cibalium, & uirtutis regitiuæ firmamentum, & appetitum in reſtauratione à morbo diſſolutorum. Significationes ab exeuntibus corpus bonæ de mediocri digeſtione in ſubtilitate, & craſſitie, aureo colore non multum citrino, quia ſignificat digeſtiuę bonitatem, ſtomachi uirtutem, & inteſtini. Si autem cum digeſtione lumbrici in die cretica exierint, laudabile eſt, quia natura ad expellendam nocitiuam confortatur materiam, inde lumbrici egrediuntur. Similiter ſi digeſtio in die cretica exeat, & leuitatem infirmus ſentiat, & fortitudinem poſtea, febrisq; ceſſat, ſignum fit ſalutis, & ſeparatio morbi. Habenti ſurditatem, ſubitam poſt febrem acutam ſi ſuccedat digeſtio colerica ceſſat ſurditas, quæ eſt de aſcenſione colerica in capite. Hæc cum deſcendit in inferiora, cedit ſurditas. Et ſimiliter econtra ſuperueniente ſurditate ſi quis ſolutionem habeat, ſolutio ceſſat. Quod habet nimiam ſolutionē ſanguine ab hæmorrhoide ſuperueniente eſt laudabile. Materia enim melancholica de capite deſcendit in uentrem. Similiter ſplenetici inde ſanantur. Hidropicis ſi diarrhœa phlegmatica & aquoſa ſuperuenerint humiditas, morbus diſſoluitur. Diarrhœa diuturna uomitu ſuperueniente, ceſſat. Si quis ophthalmiam habet ſolutione ſuperueniente laudabile eſt, quia materia morbi ad inferiora deſcendit. Vrina ſi boni ſit coloris

non multum citrina,ſed ſicut pomi citri,& nebula alba ad inferiora naſis de
ſcenderit ſalutem ſignificat morbi,& melior eſt hipoſtaſis lenis,& in fundo
ſedens uaſis.Quia utraq; ſignificat naturam morbum decoxiſſe, membro-
rum fundamentis aſſimilaſſe.Sed oportet intelligi peſſimitatem urinæ non
in omni morbo eſſe illaudabilem,neq; bonitatem eius ſemper ſignare ſalu-
tem niſi in febribus,& uiſcerum apoſtematibus,& epatis paſſionibus. Paſſi-
ones ergo cerebri & cordis propter depulſionem nociuorum humorū ad
inferiora corporis,& apparitionem coctionis in urina ad ſalutem ſunt patē
tes.Sputum in pleureſi,& in peripneumonia ſi in initio morbi ſubtile & al-
bum ſit,& poſt paulatim incipiat incraſſari, & facile ſine duritie ſcreatum
fuerit,& expulſio eius fortis,neq; malum colorem habuerit, ſicut nigrum,
uiridem,citriniſſimum,nec abominabilem habuerit odorem,ſignat morbi
ſalutem,& ſui temporis breuitatem.Si apoſtema in pleureticis,& peripneu
monicis crepuerit,& ſaniem cum uirtute infirmus ſcreauerit albam & mun
dam,& in illa die febris ceſſauerit,& infirmus cibum queſierit, certam ſalu
tem oſtendit. Hæ enim ſignificationes uirtuoſam naturam ſignificant. Su-
dor in acuta febri,& in die cretica in calore moderatus, & corporis cōmu-
nis totius,& tempora moderata fuerint,& color eius albus,& odor nō abo
minabilis,ſignum eſt ſalutis.Sanguis è naribus in die cretica,& in ſanguino
lentis febribus, quæ ex cerebri & uiſcerū ſint apoſtematibus ſignificat mor
bi ſalutem,& infirmi uirtutem. Significationes de accidentibus & morbo
hæ ſunt: Si morbus poſt priorem ueniens ſit leuior,& non in nobili mēbro
ſit ſalubris.Dolorem nimium in capite habenti,ſi de auribus uel naribus cu
currerint ſanies uel aqua,ſaluabitur,quia apoſtema in locis erit illis.Phrene
ticis,manioſis,hæmorrhoide ſuperueniente,ſignum eſt ſalutis.Sinanchicis
ſi in pectore rubor & tumor apparuerint, & non intro redierint,bonum ſi-
gnum eſt,quia ſignificat naturam ab interioribus ad exteriora expuliſſe ma
teriam,& ſi in gula uel lingua apoſtema appareat,ſignificat ſalutem. Diu-
turnam habens tuſſim tumore ſuperueniente teſticulis, ſanatur à tuſſi pro-
pter colligantiam membrorū ſpiritualium,& generatiuorum. Si peripneu
monicis uulnera in pedibus apparuerint,& quod ſcreatum bene excoctum
ſit,& facile egreditur,& in urina lenis appareat hipoſtaſis,& in fundo ſedēs
uaſis, ſalutē ſignificat morbi. Quia natura confortatur in expellenda mate-
ria,& à nobili membro ad ignobile eam mandat. Vnde apoſtema ceſſans ali
quando reuertitur. Si in peripneumonicis apoſtema poſt auriculas fuerit,
aut in exterioribus pectoris, ſiue ſub hypochondria ſalutem deſignat, &
apoſtema fiſtulā facit. Quia peripneumonia, & ſibi ſimilia propter craſſam
& uiſcoſam materiam ſemper durant. Si autem bona ſigna in hac apparue-
rint cauſa intelligitur natura expuliſſe materiam ad debilia mēbra, ſed pro
pter materiæ malignitatem & moratur,& fiſtula efficitur. Rigor in acutis

febribus

febribus ſuperueniens in die cretica, ceſſationem eorum ſignificat, quia cau ſon de humoribus eſt putridis inter uenam & arteriam. Cum autem rigor fiat, intelligitur de arterijs & uenis exiſſe materiam ad ſenſibilia membra. Tertianę puſtulis in naribus, aut in labris ſuperuenientibus, ceſſare febris ſignificatur, & nocturnalis tertiana non adeo tardat. Alopetia ſuperuenientibus ad capillos capitis reuertitur. Podragricis & arteticis, nephreticis uaricibus ſuperuenientibus ceſſat morbus. Oxirheumia in lienteria diuturna innata quæ ante non fuerat, bonum ſignum. Quia deſignat quod uirtus digeſtiua cibum in ſtomacho mutare incipiat. Qui ſpaſmum habet de plenitudine febri ſuperueniente ſpaſmum amittit. Qui dolorem habet in epate de frigiditudine febri, ſuperueniente diſſoluit dolorem. Similiter in ſtomacho, & inteſtinis, ſeu ſplene, ſi dolorem habuerint de frigitudine, uel de uentoſitate, febris ſuperueniens diſſoluit. Qui in uia ueretri puſtulas habuerint, & crepuerint, non dolent, quia acumen urinæ cum tranſeat ſolidat, & deſiccat eam. In exeuntibus ab ægritudine, aut non mundificans corpore, puſtulæ, prurigines, ſcabies, impetigines, ſi ſuperueniāt, naturam ſignificant eſſe uirtuoſam in expellendis malis humoribus, de membris nobilibus ad ignobile, id eſt, cutem, fitq́ ſalus corporis. Oportet te autem intelligere, quia pueri plurimum de duris paſſionibus propter multitudinem eorum ſanantur. Seniores uero & defecti uirtute raro curant de forti paſſione. Si uideris infirmum non facere ſecundum quod oportet, morbus autem permanſerit in ſua qualitate & quantitate ſalubre eſt, & facile ſanare.

De ſignificatione qua ſalus uel mors poßit præuideri. Cap. XII.

SCitis laudabilibus ſignificationibus ſalutem, & peſſimis mortem annuntiantibus, quantum ſufficiat mortem uel ſalutem prædicere uolẽtibus reſtat dicamus, hoc ſcire uolentem, aſſiduam & inueſtigatricẽ debere habere ſignificationem, & earum numerum conſiderare maiorem, ipſarumq́ fortitudinem ſicut diximus quaſdam mortem ſignificare, quaſdã mortales eſſe, quaſdam morti uicinantes, & quaſdam malas tantum, alias malas eſſe propriè. Similiter in ſalutem ſignificantibus, quaſdam laudabiles eſſe diximus, alias laudabiliores, alias ſalutem firmiter ſignificantes. Oportet ergo eas fortiter trucinare, & earum fortitudinem cognoſcere, & infirmum ſecundum ſuperantes iudicare. Oportet item perpendere, quia fortes ſignificationes in perditione, non coadunantur cum fortibus in ſalute, quia ſunt quaſi extrema contraria, quæ ſibi coniungi ſunt impoſſibilia. Significationes hæ non mutant ſuas certitudines in regionum diuerſitate, nec in ætatibus, nec in anni temporibus, bonę enim ubiq; bonę. Malę ubiq; malę. Si autem infirmum leuitatem habere atq; quietem uideris cum ſignificationibus malis, non credes bonis, neq; dubitabis, ſed procul dubio mortem

iudicabis. Si uero uideris bona habere ſicut pulſus fortitudinẽ, anhelitus bonitatẽ, urinæ decoctionẽ, & alia ſimilia, ſuperueniant autem periculoſa accidentia, ſicut moleſtatio, mentis alienatio imaginationi, uiſus obſcuritas, dolor in præcordijs, non erit timendũ tibi. Hæc eñ accidentia cito trãſeunt in firmi ſanitate ſuccedente, Hippocrate in aphoriſmo teſtante. Ne ſis inquit tutus de leuitatibus quas præter rationem ſentit infirmus, neq; timidus de moleſtationibus rationi non competentibus. Quia huiuſmodi plurima nõ ſunt ſtabilia. Quod ideo dixit Hippocrates ut bona ſigna bonum, & mala malum portendere ſemper oſtendat. Sed medicum eſt impoſſibile in his inditijs non peccare. Quia uidemus perfectos medicos fuiſſe, & tamen eraſſe & maxime in acuta ægritudine propter motum uelocem de re in rem. Sed tamen libris ſemper ſtudens, & infirmos uiſitans, & bene rem inueſtigans, & ingenium habens naturale, raro peccat. Oportet autem intelligas quia impoſſibile ſit in initio omnis morbi iudicare mortem & ſalutem, niſi in eis qui in quarto uel ſeptimo die finiuntur. Horum morborum initio apparent ſigna. Morbi qui in quartodecimo aut uigeſimo uel poſt finiuntur, nõ poſſunt intelligi, quia ſalubres ſunt, quiue mortiferi in initio ſui. Et propter hoc oportet inquiri ſigna uniuſcuiuſq; 4. diei, & uidere ubi morbus mutet̃, & qualis eius ſit motus, & ad quid deueniat. Finis enim horum elongatur, atq; ipſorum motus propter materię craſſitudinem moratur. Eorum ſigna non apparent in die prima, quia morantur ſecundũ morbi diuturnitatem. Vnde acutum oportet habere ſenſum ad intelligendum.

Theoricorum x librorum Conſtantini Africani Finis.

ANTONIVS GAIZO DE SOMNO AC EIVS NECESSITATE, quidq; faciat ad bonam digeſtionem.

Caput 1.

Cvm dictum ſit in ſuperioribus, quod omni ingenio de digeſtionis reficientium præacceptorum bonitate ſit procurandum & ſomnus una de cauſis bene digerere facientibus exiſtat: teſte Auerrois in ſecundo colliget dicente. Operatio digeſtionis eſt fortior cum homo dormit eo quod calor naturalis cum quo operatur natura in uigilando in exterioribus, ut det ſenſum & motum reuertitur dormiendo ad partes intrinſecas corporis et cet. Conſequenter inquam de ſomno dicendum eſt, & primo declarando quid ipſe ſit, quæ cauſæ eius, & quæ utilitas ipſius. Quantum uero ad primum dicimus, quod ſi ad poëtas acceſſerimus, quærentes quid ſomnus ſit, reſpōdebit Vergil. in 7. Æneid. dicens: Eſt conſanguineus leti ſopor. Similiter Ouidius ſcribens: Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago. Tullius quoq; in libro de ſenectute, idem ſentiens dicet: Iā uero uidetis nihil eſſe tam morti ſimile quàm ſomnum & cet. Sed ſi à ſapientibus noſtris id petierimus, audiemus peripateticorum principem Ariſtotelem in libello de ſomno & uigilia reſpondentem: Somnus eſt cōuentus & reciprocatio naturalis caloris ad interiora, ſcilicet ad cor, cum qua eſt uinculum ſiue in potētia ſenſitiui primi, id eſt, ſenſus cōmunis. Similiter Auicenna in prima tertij tractatus 4. cap. 1. dicens: Somnus uniuerſaliter eſt reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſuum & motuum ad principium, cum quo priuantur ipſorum inſtrumenta ab exitu operationis in ipſis, niſi quæ neceſſaria ſunt ad hoc ut uita permaneat & illa ſunt ſicut inſtrumēta ſpiritus. Et ſubdit: Somnus quidem naturalis abſolute eſt cuius reditus eſt cum profundatione ſpiritus uitalis ad interiora ut digeratur cibus &c. Et in Canticis textu commenti. 36. dixit: Somnus eſt quies uirtutum animalium motiuarum & ſenſitiuarum. Galenus uero ab Ariſtotele accipiens in 3. lib. de accidēti & morbo cap. 4. dicens: Somnus eſt paſſio primi ſenſus qui cōmunis eſt cæteris ſenſibus. Et in 4. lib. eiuſdem cap. 8. ſic etiam inquit: Dicamus uirtutem animatam in ſomno quieſcere & naturalem confortari, quod ſic poſſumus cognoſcere. Virtus enim animata ſi fuerit fatigata animali dormiente confortatur, maxime ſi ante ſomnum cibum moderate accipiat. Ab his autem omnibus Auerrois in ſecundo colliget, uidetur accepiſſe cum ait: Dormire eſt ligamentum & quies ſenſuum & reuerſio ipſorum ab inſtrumentis eorum ad partem intrinſecam corporis, & iſtæ res per ſe notæ ſunt, & proptea tranſeunt res ſenſatæ ſuper dormiētes & non ſentiunt eas, & etiam uide

mus dormientem oculos habētem apertos & non uidebit, & ſi eſſet uirtus uiſibilis in ſuo inſtrumento tunc uideret &c. Quæ autē ſit ſomni neceſſitas ipſe declarauit infra dicens: Et ſomnus non aduenit multus animalibus poſt laborem niſi propterea quia animalia quando mouentur & laborant ſpargitur calor ſuus naturalis, & diminuitur quantitas ſua & refrigeratur propter quod reuertitur de neceſſitate ad locum ſui principij &c. Et poſt aliqua ſubdit. Somnus eſt una operatio naturæ quæ regit corpus animalis, & propterea fuit ſomnus neceſſarius in animalibus perfectis, qa niſi eſſet ſomnus periret ſenſus propter nimium exercitium, & pereuntibus ſenſibus, periret uita, & inde eſt quod citrinatur facies dormire non potentibus & lęduntur eorum operationes &c. De neceſſitate etiam ſomni dicamus cum Auicenna in ſecunda primi doc. & cap. 5. ſic ſcribente. In uita & ſanitate non eſt neceſſitas abſoluta, imò propterea ut ſpiritus ab impedientibus ſeparet̃ ꝑpter illud quod ei accidit ex laſſitudine: aut ꝑpterea qđ eſt ei neceſſariũ incũbere propter digeſtionē cibi & propterea quod non poteſt duas res. Somni igit̃ neceſſitas non eſt niſi ex parte alicuius impotentię & eſt exitus à neceſſitate naturali. Et in prima tertij cap. 7. dixit. Somnus ſemper ſequitur malitiam complexionis humidę, laxæ aut frigidę congelantis motum uirtutum ſenſibilium aut uehementem ſpiritus animalis reſolutionem propter ſuperfluitatem motus, aut propter impulſionem uirtutum ad interiora, ut materia digeratur & impellatur cum eis ſpiritus animalis propter conſecutionem quemadmodum fit poſt cibum. Neceſſitas ergo ſomni eſt uirtutis reſolutæ reſtauratio, & cibi pręaſſumpti digeſtio, & defatigati corporis & ſenſuum eius requies & refocillatio. Quę autem ſint cauſę ſomni ex his quæ diximus apparent. Finalis enim eſt quæ iam prætacta fuit. Formalis autem redditio ſpiritus &c. Efficiens autem uirtus regitiua quæ eſt in corde, ut inquit Auerrois ubi ſupra. Et cauſa materialis eſt uapor qui aſcendit à membris inferioribus ad cerebrum propter aliquam cauſam generatus, propter cibum ſcilicet & humores in corpore exiſtentes qui quando erit in fine aſcenſus ingroſſatur à frigiditate cerebri & recipit grauitatem ab alijs humiditatibus &c. Hæc ipſe ubi ſupra. Et ſic apparet quid ſit ſomnus, quæ eius neceſſitas & quæ ſint cauſę ipſius qualiterq; faciat ad digeſtionem, ut rubrica capituli promittebat. Quæ autem ſint alię ipſius utilitates deinceps dicemus.

Quæ ſint utilitates & iuuamenta ſomni temperati prouenientis in uirtutes animales & naturales corporis fatigati. Cap. II.

QVamuis in præcedenti capitulo, æqualiter de utilitatibus & iuuamentis ſomni locuti fuerimus, tamen ut ea melius ac diſtinctius intelligantur in præſenti etiam de ipſis particulariorē faciemus ſermonē dicentes primo cum Hali abbate in 5. Theoricæ cap. 35. ſic ſcribente. In ſomno digeſtionis fit bonitas & humorum decoctio, calor nanq; naturalis ſomni tempore ad profunda ſecedit corporis quo cibum digerat

gerat, humores bonos diſponat, unde & digeſtio ciborum melior ſit hyeme ex noctuum longitudine & ſomni copia. Et poſt aliqua ſubiunxit. Moderata ſomni quantitas cibos digerit, corpus ſpiſſat, laborem ſoluit, animam confortat naturalem, calorq́ꝫ augetur naturalis, humores boni fiunt, membra recreat extenſa, mentem clarificat, cogitationem emẽdat ac uiſum, cui conuenit &c. Similiter Auicenna in ſecunda primi doc. ſecunda. cap. 13. dixit. Somnus naturales omnes operationes fortes efficit propterea quod calorem continet innatum & uirtutem laxat animalem, ideoq́ꝫ cordis uias humectat & eas laxat & quia ſpiritus ſubſtantiã turbidam efficit, id eſt, ſpiſſam & prohibet illud quod reſoluitur. Laxitudinis quoqꝫ modos omnes remouet & fortes retinet euacuationes materiæ, tamen quæ ad partem cutis exiſtunt ſomnus quandoqꝫ ad expellendum eas iuuat propterea quod calorem interius continet & nutrimentum in corpore partitur & expellitur id quod eſt iuxta cutem & ſic apparet quod ſudorem non retinet. Et ſubdit. Cumq́ꝫ ſomnus materiam inuenit aptam ad digerẽdum & maturandum ad ſanguinis naturam eam conuertit & calefacit ipſam, & tranſit calor per corpus & calefacit corpus calore naturali &c. Et in doct. 3. ſumã de pulſibus cap. 12. dixit. In hora ſomni calor naturalis conſtringitur & ſubmergitur & totus hora illa tendit ad occultum propterea quod ipſum anima mouet ad nutriens digerendum & maturandum ſuperfluitates. Et in 3. primi doct. 2. cap. 9. ſimiliter inquit. Somnus temperatus naturalem uirtutem potentem efficit perficiendi ſuas operationes, & animalem uirtutem quieſcere facit & in eius ſubſtantia augmentum præbet, propterea quod laxat ad prohibendã ſpiritus, qualiſcunqꝫ fuerit reſolutionem, & propter hoc digerit cibum. Et infra ſubiunxit. Somnus temperatus eſt humectans & calefaciens, & eſt res magis proficiens ſenibus, quoniam in eis humiditatem conſeruat, & propter hoc Galenus cum ſenex eſſet comedebat lactucas cũ aromatibus &c. Quæ fuit Galeni ſententia in 6. Teranpenticę. c. 2. ſic ſcribentis. Digerit quidem ſomnus reſoluunt autem uigiliæ. Et in 4. de regimine ſanitatis. c. 1. dixit. Bene ſcientes ſumus quod nihil ita digerit eorumq́ꝫ digeri poſſunt neqꝫ malos reſoluunt humores ſicuti balneum & ſomnus. Et in lib. 4. de accidenti & morbo cap. 8. inquit. In ſomno cibus digeritur melius & non ſolum in ſtomacho uerũetiam in toto corpore, propter hoc monſtratur nobis quod membrum in quo rationalis eſt anima quieſcit in ſomno, in libro quoqꝫ de diſſolutione continua dixit. Et quando ſomnus ſequitur cibum reuocatur calor naturalis in ipſo & aggregatur in interioribus corporis & digerit cibum &c. Raſis ſimiliter in 4. Almanſoris cap. 3. ſcripſit. Somni autem utilitas animę auffert laborem eamq́ꝫ reddit ſubtiliorem atqꝫ cogitationem & rationẽ quæ hebetes erant & quaſi feſſę ſubtiliat & acuit corporisq́ꝫ fatigationem mitigat & digeſtiuam meliorẽ efficit ac corpus impinguat.

Et in 25. continentis. c. 1. ſic etiam ait: Somnus humectat in omnibus, non tamen in omnibus diſpoſitionibus calefacit neq; infrigidat, ueruntamen ſi ſequitur in corpore, humores crudos poterit digere & abundãs fiet ſanguis augendo caliditatem innatam. Et ſubdit autoritate Pauli: Somnus prębet quietem uirtuti ſpiritali, ſubuenit ad digerendum & coquendum humores ſemicrudos, mitigat dolorem qui accidit in membris, emollit membra quę extenſa ſunt per ſiccitatem, ſanat uitia ſpiritalia, reſtituit mentem deuiantẽ & humectat corpus ſemper, & poſtea ſubiunxit: Veruntamen ſomni noctis ſpacium competens eſt ad complendam digeſtionem & ſimiliter obſcuritas noctis inducit ad exequendum ſomnũ profundum & inducendum caliditatem. Et hi duo modi conferunt in digeſtione & habet ſignificatio quod nox competat in digeſtione quod homines ſequuntur ſuperfluitates nutrimenti ſemper poſt ſomnum noctis, & ſummarie ſomnus debet fieri ad modum digeſtionis &c. Recte igitur dicebat Auerrois in 2. colliget. Operatio digeſtionis eſt fortior cum homo dormit, eo quod calor naturalis cum quo operatur natura in uigilando in exterioribus, ut det ſenſum & motũ reuertitur dormiendo ad partes intriuſecas corporis. Et propterea cõcludamus quod dormiendum eſt poſt cibi & potus aſſumptionem & ipſorum ad fundum ſtomachi deſcenſum ut melior & perfectior celebretur digeſtio, qua mediante ſpiritus & uirtutes corporis animales reſtaurantur & naturales corroborentur, ut cibi & potus præaſſumpti in ſanguinem conuertantur, & minime corrumpant in ipſo, quod ſi conſequemur non paruam quidem, uerumetiam maximam pro noſtræ ſanitatis conſeruatione recipiemus utilitatem, quare &c.

Nocumenta ſomni ſuperflui, prouenientia in totum corpus & eius membra, Cap. III.

POſſet quiſpiam ex his quę dicta ſunt facile ſibi perſuadere, quod cũ ſomnus tot & tantas afferat corpori utilitates, quod nõ modo foret utile dormire, uerũetiam optimũ, prolixius in ſomno requieſcere, qui profecto nõ parũ deciperet, cum defectus & abundãtia ad eaſdẽ perducant differentias, ut dixit Galenus in 3. techni. Imò ſicut temperatus ſomnus iuuat, ut ſcripſimus, ſic ſuperfluus ualde nocet, diuerſa ac plurima corpori nocumenta inferendo, quemadmodũ uoluit Hali abbas in 5. theoricæ cap. 55. dicens. Somnus excedens in temporis quantitate, multum nocet, quoniam uirtutes plurimus eneruat animales ſomnus ac debilitat, corpus refrigerat & humectat, atq; in eo phlegma augmentat, & naturalem debilitat, caloremq; ipſumq; reſoluit, & præcipue ſi ſuper inanitionem fiat, dicente eodem ubi ſupra. Si ſit autẽ omnino corpus uacuum, nec in eo aliquid ſit ciborum, naturalis conuertit ad corporis humiditatẽ, calor exuritq; & cõſumit illam, de hinc ipſe debilitat, deficiente materia, & refrigeratur corpus &c.

Idem

Idem quoq; & clarius ſenſit Auicenna in 2. primi doct. 2. cap. 12. cum inquit. Cum ſomnus materiam inuenit aptam ad digerendum, uertit eam ad naturam ſanguinis, quod ſi humores inuenit calidos & colericos, & perdurauerit eius tempus, calefaciet eos & corpus calore extraneo. Et ſi inuenerit uacuitatem infrigidabit, propter hoc quod reſoluit aut humorē qui uirtuti digeſtiuę ſit inobediens infrigidabit propter illud quod expanditur de eo, & ſubdit. Et ſicut uigiliæ multæ, complexionē corrumpunt cerebri, aliquo ſiccitatis modo, & debilitant ipſum, & cōmiſcent rationem, & aduunt humores, & ægritudines faciunt acutas, ſic ſomnus multus huius efficit contrarium, operat̃ enim uirtutum animalium obtuſionem, & capitis grauedinem, & ægritudines frigidas, & illud eſt propter hoc, quod ipſe in reſolutione prohibet &c. Et in 1. tertij tract. 4. cap. 14. ſic etiā ait. Dormitio multa in meridie, & uniuerſaliter ſomnus multus, nocet multū memoriæ. Et in 2. tertij cap. 5. dixit. Spiritus in longo ſomno fit grauior, pigrior, & nō fit aſſiduus in faciendo, dilatationē propter declinationē ſuā ad interiorem partem. & in 15. eiuſdem tract. 2. cap. 6. dixit. Nauſeatiua ſatietas, quandoq; prouenit propter multitudinem ſomni & quietis, nam ſomnus q̃uis conferat in quantum digerit, tamen motus confert in quantum expellit ſuperfluitates expulſione. Et ſomnus quidem nocet ubi egent ſuperfluitates expulſione, ſicut uigiliæ nocent, ubi indiget materia digeſtione. Et in cātica textu commenti. 139. inquit: Si ſomnus multum prolongabitur, replebitur caput humoribus. Et in ſequenti textu ſubdit. Somnus humectat corpora, & relaxat, & extinguit calorem uiuificantem ipſa. In cuius commento dixit Auerrois quod hoc intelligitur de multo ſomno, quoniam multus ſomnus extinguit calorem, quo uirtutes uiuunt & exiſtunt, & hoc quia de natura quietis & coopertionis eſt extinguere calorem. Ignis enim extinguit & ſuffocat̃, cum multum & perfectæ tegit̃. Et in parte 2. canticorum textu cōmenti. 28. ſic quoq; præcepit Auicenna. Non prolonget̃ ſomnus, quoniam hoc obeſt animæ, nec etiam uigiliæ, quoniam inde debilitabit̃ ſenſus, in cuius etiam cōmento Auerrois ſic ſcripſit. Non prolonget̃ ſomnus, quoniam lenteſcit quidem uita & tenebroſa efficit̃, extinguit̃q;, inde calor eius ſicut extinguit̃ ignis in cineribus multum coopertus. & in libro 6. ſui colliget ait. Quando ſuperfluus ſomnus, calorem extinguit naturalem, & corpus inducit ad tumidam diſpoſitionem. Quę fuit Ariſtotelis ſententia in 2. problematum problemate 50. dicentis. Multo tempore dormientes minus colorati ſunt moderato tempore dormientibus, ſuffocat̃ enim dormiens. Et in 11. eorundem problemate 12. dixit. Ex ſomnis autem grauiores ſumus quod ex ſuperfluis debet intelligi. Et quod ita ſit apparet per ipſum in 27. problemate eiuſdem dicentem. Somnus ſuperfluus corpora tardiora facit. Raſis quoq; in 4. Almanſoris cap. 3. hoc idem uoluit cum ſcripſit. Multum

autem dormire corpus deſiccat ac tenerum efficit, phlegmatis quoq; multi
tudinem in eo creat ipſumq; infrigidat. Quod in corporibus groſſis ac pin-
guibus præcipue operatur. Et in libro 25. cōtinentis. cap. 5. autoritate Ga-
leni. Somnus moderatus generat ſanguinem laudabilem, ſed excedens mo
dum debitum in æqualitate corrumpit humores, & poſtea ſubiunxit. Som-
nus abundans emollit corpus, ponderoſum reddit caput, quia corpus re-
plet de humiditate calida, & emollit uirtutem unde congregabuntur in cor
pore ſuperfluitates uaporoſe, quare &c.

Quod non ſit dormiendum ſtomacho exiſtente uacuo, ſimiliter nec ilico poſt cibum aſſumptum, ſicut nec in meridie. Cap. IIII.

SAtis ex præcedenti capitulo intelligi poteſt quod non ſuperflue, ſed
moderate dormiendum ſit, in qua autem hora nondum expreſſimus
ſed id in præſentiarum oſtendemus. Quoniam non ſufficit rem aliq̄
bonam eſſe intelligere, ſed quando conceſſa ſit & laudabilis ſcire oportet.
Multa nanq; inueniunt in una hora fore optima quæ in altera maxime noci
ua exiſterent, ut ſupra diximus de exercitio, quod tempore cōplementi pri
marum digeſtionum laudabat, & tempore repletionis erat prohibitum. Sic
& de ſomno quęrere contingit qua ſcilicet hora dormiendum ſit cum dicat
Auicenna in 5. primi. doct. 2. cap. 9. Sani debent obſeruare ut ſomnus eis
temperate exhibeatur & in ſua hora & non ſuperflue, quæ autē ſit talis ho-
ra ipſe non expreſſit, & propterea quęrenti quæ nam hęc hora ſit reſponde
bimus dicentes. Primo quod non hora inanitionis & ieiunij dormire debe
amus, cum dicat princeps in 2. primi doct. 2. cap. 13. Si ſomnus inuenit ua
cuitatem infrigidabit propter hoc quod reſoluit, aut humorem qui uirtuti
digeſtiuæ eſt inobediens infrigidabit, propter illud quod expandit de eo, &
in 5. primi doct. 2. c. 9. inquit. Amplius ſuperuacuitatem dormire eſt ma-
lum & uirtute deijciens. Quod ſimiliter uoluit Raſis in cap. 5. lib. 25. conti-
nentis dicens auctoritate Ruffi in quęſtionibus epidimię. Somnus lōgus ſi ſe-
quit cibū augebit in caliditatē innatam & impinguat corpus. Sed ſi ſequit
exercitium aut balneum aut euacuationem & ſummarie in diſpoſitione illa
in qua corpus non ſequit nutrimentum, diminuet caliditatem innatam &
macrefaciet corpus. Et dixit Ioannitius. Et quotiens ſequit ſomnus corpus
carens nutrimento aut humore crudo aut caliditatem igneam, tunc infrigi
dat corpus extinguendo caliditatem innatam. Cuius quidem ratio in prō-
ptu eſt, quia cum calor naturalis cibum non habeat quem digerat & conſu-
mat, uertit ſe ſuper ſanguinem & carnem ipſa reſoluendo, & propterea ie-
iunantes calidi ſtomachi nihil in ueſperis accipiētes macilenti & calidi fiūt.
Non ſic autem qui frigidę fuerint complexionis & phlegmatici &c. Neq;
eſt ilico poſt cibum aſſumptum dormiendum antequam deſcenderit cibus
ad fundum ſtomachi, huiuſmodi enim hora omnino eſt incōueniens ad dor

miendū

miendum, dicente Auicenna in 5. primi doctr. 2. cap. 7. Non ilico poſt comeſtionem eſt dormiendum cibo natante, & in cap. 9. eiuſdem. Melior ſomnus eſt ille qui prouenit poſtquam cibus à ſuperiore uentre deſcenderit, & poſt quietem eius quod forſitan ſequitur ipſum ex inflationibus & rugitibus, quoniā dormire ſuper hoc multis impedit modis &c. & ſubdit: Quapropter ſi deſcenſus tardauerit parumper incedere debet & poſtea dormiat. Et iterum poſtea ſubiunxit: Super repletionem dormire eſt malum antequam à ſuperiori uentre fiat deſcenſio. Et in 5. tertij tractat. primo cap. 5. dixit: Somnus ſuper repletionem & cœnam eſt res nocibilior oculo, imò oportet illū qui in uiſu habet debilitatē expectare donec digeſtio fiat, id eſt, fieri incipiat, deinde dormire. Quæ fuit Raſis ſententia in 4. Almanſoris c. 5. dicentis: Oportet ut tam diu poſt comeſtionē aliquis ſe à ſomno abſtineat donec cibus ab ore ſtomachi deſcendiſſe, atq; inflatio & grauedo minui, atq; inferius mergi ſentiant, quod tardet non in congruū eſt ut parua iuuet deambulatione donec deſcendat. Ante uero hos omnes Galenus hoc præceperat in libro de diſſolutione continua, dicens: Aliquando eſt membrum debile, ut ſtomachus, & natat in ipſo cibus, & non iniungas ſomnum donec deſcenderit cibus de ſtomacho aliquo deſcenſu, nec donec deueniat in fundum ſtomachi, & ante præcipias eum moueri parum, ſicut memorauimus iam. hęc ipſe. Obſeruandum eſt pręterea quod in meridie, niſi conſuetudo contradixerit, non dormiat. Quoniam ut dixit Auicenna, ubi ſupra. In die dormire malum eſt, generat enim ægritudines humectantes, & rheumatiſmos, & corrumpit colorem, & generat ſplenem, & laxat neruos, & efficit pigritiam, & debilitat deſideriū, & generat apoſtemata, & febres frequenter. Et ex cauſis ſuorum nocumentorum eſt, ut cito interrumpat, & naturā ab eo in quo erat, ſtupidam reddat. Et in prima tertij tractat. tertio cap. 14. ait: Dormitio multa in meridie, & uniuerſaliter ſomnus multus, nocet multum memoriæ, & propriè ſuper repletionem plurimam. Raſis quoq; in 25. continentis, cap. 3. dixit autoritate Pauli. Somnus diei non eſt tantę utilitatis quia non poteſt tantum ſpacium ſequi quo poſſit digeſtio compleri, & quotiens inciditur ſomnus ante perfectam digeſtionem, ſequit oxireumia cum repletione uentris de uentoſitatibus. Et ſaltem longa erit & ponderoſa diſpoſitio condominabilis &c. hæc ipſe. Ex quibus colligi poteſt quæ ſit hora conueniens ad dormiendum, ſcilicet poſt cœnam, & non poſt prandium, & non niſi poſtquam cibus ad fundum ſtomachi deſcenderit, & poſt ſuauem deambulationem, ut in ſuperioribus ad plenum diximus, quare &c.

Y y Quomodo

Quomodo accubandum uel dormiendum ſit, an ſupine ſcilicet, uel ſuper latera & ſuper quod &c. Cap. V.

CVm plures decubitus formæ in dormitione reperiant̃, procliuis, ſupina, ſuper uno laterum, æqualis & cum capite eleuato, non erit inutile ad ſanitatis conſeruationem & ad meliorem perficiendam digeſtionem intelligere, quæ harum materierũ ſit laudabilior, & quæ corpori conuenientior, & à medicis magis approbata. Et propterea dicamus cum noſtro conciliatore in differentia. 123. ſic ad hanc petitionem reſpondente. Si quis habuerit lubricum uentrem oportet eum ſuper ſiniſtrum latus iacere & dormire, ſi autem conſtipatum ſuper dextrum eſt accubandũ. Et ſi quis habuerit epar calidum debet cauere ne ſuper dextrum latus dormiat. Qui uero ſtomachum frigidum ſuper ſiniſtrum. Et demum concludit quod ſuper dextrum parum eſt dormiendum, ſuper ſiniſtrum uero multũ, ut inde perficiatur ſtomachi digeſtio, qua perfecta, iterum ſuper dextrum eſt recumbendum, quæ fuit ſententia Auicennę in 3. primi doct. ſecunda. cap. 9. dicentis: Sed ex figuris ſomni melior eſt ut ſuper dextrum incipiat latus, & deinde ad ſiniſtrum reuoluat̃, quod ſi eius inceptio ſuper uentrem fiat auxilium fert ſanis magnum in digerendo propterea quod calorem retinet naturalem & ipſum comprehendit, quare augetur &c. Et in cap. regiminis eius quod comedit̃ & bibitur dixit. Oportet præterea ut poſt comeſtionem primo ſuper dextrum latus dormiat, pauco tempore, deinde ſuper ſiniſtrum reuoluat̃, poſtea reuoluat ſe ſupra dextrum, & debes ſcire quod multis cooperire pannis, & ceruical eleuare, & ex illis exiſtunt, quę in digerendo iuuant. Et ad ultimum quidem ut membrorum ſitus ad inferiora ſint declinantes, & nõ ad ſuperiora, & in 15. tertij 3. cap. 5. ſimiliter inquit. Dormire ſuper latus ſiniſtrum, eſt maximi iuuamenti, ad digeſtionem perficiendam propter comprehenſionem epatis ſupra ſtomachum, ſed ſomnus ſupra dextrum eſt cauſa uelocitatis deſcenſionis cibi. Eſt etiam obſeruandum ut dixit Almanſor in lib. 4. cap. 3. ne de uno latere ad aliud ſæpe uoluatur, tardat̃ enim inde digeſtio, atq; inflatio, & rugitus ſentitur. Oportet itidem ut puluinar ſit altum, & præcipue ſi cibus nondum ab ore ſtomachi deſcenderit, ſufficit enim ut ter fiat reuolutio, & non pluries, ut dictum eſt. Quod etiam in 25. continentis replicauit cum in cap. eius primo dixit. Poſt comeſtionem quilibet dormiat ſuper latus dextrum modice, deinde complendo ſomnum ſuper latus ſiniſtrum. Et nulla fiat reuolutio abundans in lecto, eo quod excitet uentoſitates & occurſum præbet ſuper digeſtionem &c. Et poſtea ſubiunxit: Pars inferior corporis in ſomno debet eſſe declinantior & nulla ſuperabundans fiat reuolutio in lecto ne reuoluat cibum in uentre, de uno loco ad alium corrumpendo digeſtionem, quæ fuit ſententia Ariſtotelis ad Alexandrũ ſic ſcribentis. Dormi temperate primo ſuper dextrum

latus

latus una hora, deinde ſuper ſiniſtrum, & illic perfice dormitionē. Volunt itaq; omes autores, ut ſuper latera dormiendū ſit, & nō ſuper dorſum uel reſupine, ut pleriq; faciūt neſciētes quod Princeps uoluerit in 3. primi doct. ſecunda c.9. cū ait: Reſupine aūt dormire eſt malū, & ad malas præparās ęgritudines ſicut apoplexiā, phreneſim & incubū, quoniā ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit, & retinent, & per ſuos non incedunt cannales naturales, qui ſunt ab anterioribus ſicut nares & palatum, & talem ſomnū incurrere ſolēt infirmi & debiles propter illud quod muſculis eorū accidit ex debilitate &c. Quod non minus uoluit Galenus, ut teſtatus eſt Raſis in 25. continentis. cap. 5. dicens: Dormitio facta ſupinè ſuper dorſum ſuum, cōſeruat ſuperfluitates cerebri in uentriculis eius, ideo non debent ſomnū abundantem ſequi dormiendo ſupinè ſuper dorſum, laborans apoplexia, aut ſi paratus fuerit eam pati, aut epilepſiam. Et dixit in alio loco: Non debet dormire ſuper dorſum laborans catarro deſcendente de capite, quia tunc leuem ingreſſum eius facit induci ad cannale pulmonis. Et alibi etiam dixit: Dubitandum eſt ſuper dormientē tota nocte ſupinè ſuper dorſum, ne cito inducatur ad apoplexiam & epilepſiam, quia ſuperfluitates cerebri non manabūt, uentriculi eius replebuntur de eis, & ſubdit: Dico quod eſt forma dormitionis mala ualde penes repletionem cerebri &c. Ecce igitur quam grande periculum ſit dormire ſuper dorſum, & cauſa multarū infirmitatum, & incubi pręcipue ſępenumero ex tali decubitu prouenientis, ut certiſſima ſcio experientia, quod mihi puero ex tali cauſa, ſicut & adultis pluribus accidit.

Quid ſit uigilia, & quod temperata conueniat, ſicut ſuperflua maxime noceat.
Cap. VI.

QVanquam ea quæ diximus, de ſomni utilitate ſufficere deberent, ad intelligendum, quantum moderate dormire ſit utile. Tamen pro ampliori notitia ipſius, uolumus & de uigilijs, quæ ſomno opponuntur, aliqua breuiter declarare, ut oppoſitum magis intelligatur per ſuum oppoſitum, teſte philoſopho in 3. de anima textu cōment. 25. Dicamus ergo cum Auicenna in 1. tertij tract. & cap. 4. ſic ſcribente. Vigilia eſt diſpoſitio cum affunditur ſpiritus animalis ad inſtrumēta ſenſus & motus, ut eis utatur. Sarra autem ſuperfluitas in uigilia & egreſſus à re naturali, & in canticis textu commenti. 141. Temperata uigilia excitat ualde ſenſus & diſponit uires ad exercendum operationes ſuas & cum hoc mūdificat corpus à fecibus & ſuperfluitatibus. Et ſic temperata & non ſuperfluens commendatur ſicut ſuperabundans minime. Et quod ita ſit apparet per Auicennam in 2. primi doct. ſecunda. cap. 13. dicentem. Cum uigiliæ ſunt multæ cōplexionem corrumpunt cerebri aliquo ſiccitatis modo & debilitant ipſum & cōmiſcent rationem, & adurunt humores & ęgritudines

faciunt acutas. Et infra ſubiunxit: Vigiliæ deſiderium augent, & famem efficiunt, propter illud quod de materia reſoluunt ſi de digeſtiua minuunt, & propter illud quod de uirtute reſoluunt. Et in 1. tertij tractatus 5. capit. 11. Superfluitas uigiliarum reſoluit ſpiritum & debilitat eum, & cum hoc replet cerebrum uaporibus. Et in 11. tertij tract. 1. capit. 5. inquit. Vigiliȩ & exercitium, ſcilicet ſuperflua, debilitant cor cum reſolutione. & in 13. tertij tractat. ſecundo cap. 12. Vigiliæ ſuperfluȩ commouent famem, & appetitum uehementem, & in canticis textu comment. 142. ſic etiam ait: Ex longa uigilia contingit expergefactio & inſomnietas, generans anxietatem & anguſtiam animȩ, ipſa em̃ diſſoluit ſpiritus, & corpora ſedat, & corrumpit ſplendorem & claritatem corporis, & colorem eius, & profundat oculos, nocetq́; digeſtioni, & mentem tollit, & infrigidat corpus, quæ fuit ſententia Almanſoris in libro 4. cap. 5. dicentis: Vigiliæ uero multȩ, calorem incendunt, ac formam corrumpunt, corpusq́; deſiccant, atq; coleram rubeam in ipſo augmentant. Quod prȩcipuȩ operantur cum corpora ſunt macra. Oportet itaq; ut anima uigilare non cogatur, cum diſſoluta & ſtupida fuerit, neq; ad dormiendum incitetur, cum exiccata atq; ſubtilis & acuta fuerit, motusq́; leues & ſenſus fortes, à quo ſumpſit Auerrois in 6. colliget cum ait: Quando uigiliæ exuberant corpus deſiccant, & calorem diſſoluunt naturalem & calorem accidentalem incendunt, quȩ quoq; fuit Galeni ſententia in 1. terapentice cap. 6. dicentis. Siccant enim totius corporis habitum uigiliȩ, & propter hoc ſunt nociuiſſimȩ his qui ſecundũ ſiccitatem ȩgrotãt, & in coment 55. 2. regiminis acutorum ſuper illo Hippocratis uerbo. Multæ uigiliæ faciunt contra cibi potusq́; digeſtionem &c. Inquit de aptitudine uigiliarum, eſt ut reſoluant corpus & exiccent ipſum, & in 5. techni textu coment. 46. dixit. Vigilia exiccat corpus, eius uero oppoſitum humectat. Ex quibus omnibus clariſſime patet quãtum ſuperfluȩ humano corpori noceant uigiliȩ. Et propterea concludamus in uno uerbo cum Hippocrate in 2. aphoriſmorũ aphoriſmo. 3. dicente. Somnus & uigilia utraq; modo magis facta malũ, dormiamus itaq; & uigilemus temperate, plus tamen & minus ut ætas, complexio, tempus, anni qualitas, & quãtitas cibi prȩaccepti, & talia huiuſmodi requirunt, quod qui fecerit à nocumentis ex ſomni & uigiliarũ ſuperfluitate pronenientibus ſecurus erit, ut ſatis ex dictis eſt manifeſtũ.

Quid ſit ſomnium, quæ cauſæ eius, & quid de ipſo hoc in loco conſiderandum, licet ſomniatis minime ſit credendum. Cap. VII.

C

QVia in ſomno plurima & extranea ſæpenumero ſomniamus, de quibus nunquam etiam cogitauimus, quemadmodum nobis euenit plerunq;, quod uolare uidemur ſuper terram, ſicuti hirundines faciunt. Quod quippe ſomnium noſtræ complexioni connaturaliſſimum exiſtit, ut ex dicendis apparebit, Solent ex his inquam non nulli

nulli pertimeſcere, adeoq; ſibi aliquod malum facientes augurium dubita-re ut firmiter credant infortunium ſibi parari, & inde quandoq; per multos dies triſtantur. Propterea mihi uidetur aliquid de hac materia ſomniorum dicendum eſſe, tum ut ipſi ſuis huiuſmodi fantaſijs fidem deinceps non adhibeant, tum etiam ut intelligant, quomodo ſomnij qualitatem, & nō rem ipſam ſomniatam debeant conſiderare, ut ſciant ex hoc qualiter corpus eorum diſpoſitum ſit, & quibus ægritudinibus preparatum, ut ſe ualeant ab illis præcauere, ſed antequam ad hæc deſcendamus, declaremus quod ſit ſomnium, & quæ cauſæ ipſius, ut dicenda clarius pateſiant. Dicimus ergo cum Petro Padubanenſi in 30. problematum commento ultimo ſic ſcribente. Somnium eſt paſſio cauſata, ex motu in phantaſia facto, uel melius. Eſt phantaſma factum à motu ſimulacrorum dormientis in eo quod dormit, quod à multis fit cauſis, & ſecundum hoc diuerſa ſortitur nomina, fit enim quandoque à ſuperabundantia aliquorum humorum in corpore exiſtentium, per quod quidem medici coniecturāt multa, ſicut infra dicemus. Cauſatur etiam ſomnium propter motus & operationes, de quibus multū fuit anima ſolicita in uigilia & uehementer eis intenta, ita quod nocet dum dormit quieſcentibus motibus exterioribus, non adhuc motus quieſcit interior factus in phantaſia in qua formę apprehenſę retinentur à uirtute imaginatiua eas diuerſimode componendo modo quidem ſentitur minus, tūc autem magis eo quod maior motus obſcuret & diſſoluat minorem, ſicut dicitur in libello de ſenſu & ſenſato. & in quinto de generatione animaliū, & in de ſomno & uigilia 3. Vnde in eodem dicitur. Phantaſmata quędam eſſe cauſas propriorum, uniuſcuiusq; actuum, non eſt irrationabile. Et tale ſiquidem ſomnium poteſt animale nominari, cum cauſetur à motu in uirtute animæ à prioribus actibus relato. Cauſatur etiam quandoq; ab impreſſione facta ab animabus cœlorum uel intelligētijs ipſorum, quæ etiam motores dicuntur orbium operantes quandoq; formam in imagine ſecundum comparationem ipſarum, & cōparationem animarū noſtrarū & aptitudinem, quia animæ noſtræ habent maiorem cōparationē & ſimilitudinē cum ſubſtantijs angelicis quā cū corporibus ſenſibilibus, ut dixit Auicen. in lib. 4. de anima. unde 1. regiminis acutorum dicitur, quod quædā ſomnia ſunt à deo benedicto & ſublimi, & id ſiquidem poteſt ſomnium cœleſte appellari cum ab animabus cauſetur cœlorū. Et ſi quod ſomnium uerum eſt, dicendum quod ſomniorum uerius eſt cœleſte. Aliud autem nullius aut paucæ uirtutis exiſtit, ſunt enim magis deluſiones quædam eorum circa quæ anima fuit ſolicita in uigilia & occupata, ſicut fameſcenti repreſentatur alimētum, & cupienti coitum fœmella. Somnium autem naturale, & ſi uerificetur, ut plurimum, non tamen aliquem mirabilem oſtenſionem importat. Qui autem ſomnia uideat cœleſtia ſeu à cœlo reuelata ille eſt qui conſueuit

dícere uerum. Vſus enim prauarum cogitationum & conſiderationum in-ducit imaginationem maloūr morum, & inobedientium, uirtuti rationali, unde dictum eſt, meliores ſomnia uidere meliora. Quare ſomnia enim mendacis, deriſoris, loquacis, triſtis, ebrioſi, ac illius in quo prȩualet complexio aliqua, uel ſolicitudo, non ſunt uera. Vnde 3. de ſomno & uigilia, quorum loquax eſt natura & melācholica multimodas uiſiones uident, eo quod exiſtunt in multo motu, propter quod non ſunt uera ſomnia plerunq;, niſi uideantur circa mane, tunc enim motus humorum quieſcunt magis &c. Similiter inquit in differentia 157. Plures de ſomnio adducens diſtinctiones inter quas principaliſſima eſt illa quam ſupra tetigimus, ſcilicet quod aliquod eſt naturale, aliud animale, & nōnullum cœleſte ſeu diuinum, & uocat illud naturale, quod ex dominio cōplexionis contingit & humorū, ſicut dixit Auicen. in libro ſuo de anima, quod naturalia ſomnia ſunt, quȩ ueniunt ex temperantia uirtutum humorū, cum ſpiritu gerente uirtutem formalem & imaginatiuam &c. Animale uero quod cauſat̃ à multa ſolicitudine animȩ circa aliquod in uigilia. Diuinum uero ſomniū, quod à diuinis ſiue cœlorum cauſatur animabus, de quo ipſe poſt multa ſic ait: Somnium uerius eſt cœleſte, ſeu diuinū, & maxime cum anima fuerit libera ſuperioribus ſubſtantijs applicata, eorū reprȩſentationes ſuſcipiens. Animale uero nullius aut paucæ ueritatis exiſtit, eſt enim magis illuſio, quȩdam eorū circa quæ anima fuit ſollicita & occupata in uigilia, ſeu fameſcenti repreſentant̃ cibi appetentiq; mingere cloaca, & ſtrepitus agonizanti. De ſomnio ſimiliter naturali dixit ut ſupra, & tandem de eo ſic concludit, quod ſi accidit, & maxime contra repletionem, pro prieq; uaporabilium uentoſorū uerificatur quam minime. Et propterea qui timere ſolent, ex ſuis ſomnijs deinceps non expaueſcant, nec eis aliquam penitus fidem adhibeant, cum ut plurimū deluſiones ſint, ut prædictum eſt, quibus non eſſe credēdum, medici, philoſophi, theologi unanimiter prȩcipiant. Et licet Valerius Maximus plurima narret de ſomnijs Artorij medici. Cȩſaris Auguſti. P. Decij. & M. Torquati. M. Ciceronis. C. Gracchi. Caſſij Parmenſij. Atterij. Ruffi. Alexandri regis Macedoniæ, aliorumq; in lib. 1. quȩ quidem cœleſtia dici poſſunt, rariſſime, & non niſi magnis uiris contingentia. Non debet tamen ex hoc unuſquiſq; tam facile de numero illorum eſſe ſibi perſuadere, ut ſomnijs proprijs naturalibus uel etiam animalibus fidem adhibeat.

Quomodo qualitas ſomniorum, & non ipſa ſomnia, conſideranda ſit, ut ſani dominium humorum ſui corporis intelligant. Cap. VIII.

IN ſuperiori capitulo uiſum eſt, quid ſit ſomnium, quæ cauſæ eius, & quomodo rebus ſomniatis nequaquam credendum eſſet. In hoc autem loco

loco oſtendamus, quòd in principio illius promiſeramus, ſcilicet utilitatem quæ ex qualitatibus in ſomnijs apparentibus eſt eligenda, ut per eas ſomniorum qualitates, qualiter diſpoſiti ſimus in humorum ſuperabundantia facillime percipiamus. In primis ergo dicamus cum Auicen. in 2. primi doct. tertia c. 7. ſic ſcribente. Somnia ſignificantia dominiū ſanguinis ſunt, ſicut cum homo in ſomnis res uideat rubeas, aut ſanguinem multū ex ſuo corpore exire, aut ſe in ſanguine natare, & ſimilia. Dominiū uero phlegmatis ſignificant ſomnia, in quibus uident aquę & flumina, & niues, & pluuię & frigus. Dominium uero colerę rubeę monſtrant ſomnia, in quibus uidentur ignes & uexilla citrina & uidere res quę non ſunt citrinæ citrinas & uidere incenſionem aut calorem balnei aut ſolis aut his ſimilia. Et dominum colerę nigrę, ſcilicet melancholię oſtendūt ſomnia terrorem facientia ex tenebris & cruciatu & rebus nigris & terroribus. Et in 1. tertij cap. 6. in fine ſic etiam inquit. Plurimū enim uiſionis rerū citrinarū calidarū ſignificāt dominiū colerę. Et ſimiliter plurimū uiſionis rerū cuiq; complexioni proportionaliū, quas numerare non eſt neceſſe. Et ſomnia quidem permutata ſignificant caliditatem & ſiccitates, & illa quorū nō recordatur ſignificat frigiditatem & humiditatem ſecundū plurimū quod etiā ſenſit Raſis in 3. Almanſoris cap. 204 dicēs. Cum enim aliquis in ſomno pluuias multotiens uidet & mare & fluuios, multa in eius corpore humiditas adeſſe ſignificatur. Ignes uero ac fulgura & lites cum aliquis in ſomnis frequenter aſpicit colera rubea in ipſo abundare monſtratur. Colores aut rubeos & tinctos ac nuptias & cibaria dulcia & uentoſas atque fluxum ſanguinis ac flebothomiam ſi aliquis ſomniauerit, quod ſanguinis multitudo ſit declaratur. Cumque multa fuſco colore tincta atque nigredinem & timores ac pauores in ſomno aliquis aſpicit coleræ nigræ operatio ſignificatur. Et cum aliquis in ſomno uidet ſe manere quaſi in loco niuis uel frigido à quo læditur frigoris ſignificatur uictoria. His autem contraria ſi uiſa fuerint contrariæ erunt ſignificationes. Et ſi aliquis uidet ſe quaſi in balneo uel in ſole uel quaſi canicularibus exponatur diebus uel in, igne exceſſus ſignificatur caliditatis. Et cum aliquis ſomniauerit ſe quaſi uolare & inuadere ſicut accipiter & capere, ſiccitatis monſtrabitur exceſſus atque humorum leuitas & ſubtilitas. Si quis etiam ſe quaſi ab aliquo aggrauari ſomniat repletione laborare oſtenditur. Quicunque ſe etiam per loca quaſi cœnoſa incedere uidet fœtidum habentia odorem putridos in corpore demonſtratur habere humores, his uero contraria contrariam habet ſignificationem. Qui autem in ſomnis uidet quod quaſi incedat per hortos bonum habentes odorem ſuorum, ſignificatur ęqualitas humorum & quod a putredine ualde ſunt remoti. Per loca uero quaſi anguſta & per foramina ſi quis ſe ambulare conſpicit inſtru-

menta anhelitus grauem pati ægritudinem demonſtrantur quæ ipſum tan tam aëris quantitatem attrahere uetat quãta ei eſt neceſſaria. Galenus quoque in 5. de interioribus cap. 6. inquit: Multi propter malos humores in ſtomacho coadunatos uiderunt peſſima ſomnia, quorum ſomnia diſturbati ſunt &c. Et in libro de ſomnijs ait: Somnium nobis indicat diſpoſitiones corporis. Ignem enim accenſum quis uidens in ſomno à xanta moleſtatur colera. Si uero fumum uel caliginem uel profunditas, tenebras à nigra colera. Pluuia uero humiditatem abundare indicat. Nix aũt glacies parum phlegma frigidum, & poſt aliqua ſubiunxit. Somniamus plerũq; ea quibus egemus, ut bibere, coire, & ſimilia, & poſtremo dixit. Quæ uident qui ęgrotant in ſomnis coindicabunt plerunq; nobis indigentias & abundantias & qualitates humorum. Et propterea debent etiam ſani ſi frequenter uiderint aliquod ſupradictorum cum medicis conſulere, & conſideratis etiam alijs indicantibus poterunt poſtea purgari, & à futuris infirmitatibus præſeruari. Et hæc ſunt quę de ſomnijs attendere debemus, quoniam natura plerũq; demonſtrant quibus indigeat, ut clariſſime patet de his, qui in cœna carnes ſalitas manducarunt, & non multum biberunt, in nocte ſitientes dum dormiunt ſe bibere ſomniant, uinum aut aquam ſitim eorum minime remouentem, ſic'q; de alijs ſomnijs naturalibus, quare &c.

Quod ab accidentibus animæ ſit abſtinendum, & maxime poſt cibum & refectionem ne digeſtionem quam corrumpunt fieri prohibeant. Cap. XI.

DIximus ſupra in cap. 261. quod cibum poſt aſſumptionẽ quieſcendum erat aut modicum deambulandum donec cibus ad fundum ſtomachi deſcendiſſet deinde dormiendum, & hoc ut melior celebraretur digeſtio, cum ſomnus fortificando uirtutes naturales digerere faciebat. Ex quibus omnibus tota intẽtio noſtra erat, ut pręaccepta reficiẽtia omnino coquerentur in ſtomacho, & in eo non putreſcerent, quod iterum procuramus dicentes, quod omne illud quod digeſtionem corrumpit, aut eam impedit, ſit fugiendum pro uiribus, & quia dixit princeps in 3. primi doct. 2. cap. 7. Accidentia animæ horribilia & motus corporei fortes digeſtionem fieri prohibent, cuius dicti ſecundã partẽ dum loqueremur de exercitio & coitu poſt cibum ſufficienter declarauimus. Primam uero ſcilicet quod animæ accidentia digeſtionem prohibeãt hoc in loco intendimus manifeſtare, ut ab eis caueant qui ſani deſiderant permanere. Dicamus ergo cum Galeno in 1. de regimine ſanitatis ſic ſcribente. Oportet medicũ qui debet cuſtodire ſanitatẽ ſtudere ne mores animi corrumpantur, non ut philoſophus, ut conſeruet ipſius animæ ſanitatem, & faciat hominem uirtuoſum, ſed ut non facile in ęgritudinem deueniat corpus, etenim furor & fletus & ira & triſtitia & ſolicitudo, amplior quã oportet & uigiliæ, quę ſuper his fiunt febrium, & aliarum ægritudinum ſunt principia. Sicut econtrario

pigritia

pigritia mẽtis, amentia & anima omnifariã deſes, decolorationem & denũtritionẽ operatᷣ infirmitate naturalis caloris quẽ omnibus cuſtodire oportet infra terminos ſanitatis &c. Ex qua ſententia manifeſtum eſt quod medicus conſeruator debeat de accidentibus animæ curam habere, de illiſq; non modicum conſiderare, atq; illa in regimine conſeruatiuo prohibere, & præcipue poſt cibi & potus aſſumptionẽ ne digeſtione impediãt uel corrũpãt cum ipſa de ſui natura nõ ſolũ quod dictũ eſt faciant, ſed totum etiã corpus à ſua temperie & naturali cõplexione permutent, & humiditates ſicut & corpus totum exiccent, dicente Galeno in 3. techni textu cõmenti. 35. Abſtinere manifeſtum, quoniam ab intemperantia oportet animę paſſionum, ſcilicet, iræ, triſtitiæ, gaudij, furoris, timoris, inuidię, & ſolicitudinis, exterminant enim hæc, & permutant corpora, ab ea quæ eſt ſecundum naturam conſiſtentia, in cuius commento dixit Hali. Ira & furor faciunt accidere caliditatem ſuperfluam. Gaudium uero & lętitia caliditatem æqualem. Timor autem & pauor, faciunt accidere frigus, & totum quod faciũt iſta accidentia non faciunt niſi meditatione motus ſpiritus, unde corpus exiccatur, teſte eodem Galeno ubi ſupra & textu commenti. 46. dicente: Omnes animæ paſſiones exiccant corpus. Et quod etiam fiant ex diuerſo ſpirituum motu animæ accidentia, ut dixit Hali apparet per Auicennã in 2 primi doctri. 2. cap. 14. ſic ſcribentem: Omnia animæ accidentia ſequuntur, aut eis aſſociantur motiones ſpiritus interius aut exterius, & iſtud aut erit ſubito aut palatim, & eius motionem ad exteriora ſequitur frigiditas eius, quod interius exiſtit. Et fortaſſe ſuperfluit illud quod reſoluitur ſubito ergo infrigidatur exterius & interius, & ſequitur eam ſincopis aut mors, & motum quidem eius ad interiora ſequitur frigiditas eius, quod eſt exterius & caliditas interior, & cum multa coanguſtatione conſtringitur, & infrigidatur interius & exterius, & ſincopis magna, aut mors ſequitur ipſum &c. Ex quibus apparet, quod omnino uitanda ſint animæ accidentia, propter tale magnum periculum ſequens ad ſubitum, & fortem motum ſpiritus interius aut exterius. Et præcipue illa fugienda ſunt accidentia, quæ triſtari faciunt, ſicut inquit Almanſor in libro quarto cap. 9. Quoniam omnibus ſanis nocumentum inferunt exceptis his qui carnis indigent minoratione. Abſtinendum eſt ergo ab ira, triſtitia, inuidia, ſolicitudine, & huiuſmodi, & licet ſemper, per maxime tamẽ poſt cibi & potus aſſumptionem, quoniam digeſtionem fieri perhibent, & quandoq; corrumpunt diuertendo ſpiritum & naturalem calorem à ſtomacho ad cor uel ad membra exteriora ſecundum ipſorum accidentium diuerſitatem, ut diximus. Finis.

ERRATA.

Pagina 5 linea 27 elementa. 10. 9 chordæ. 13.22 de pilis. 18. 9 charthilago. 22. 23 quadrifariam. 38. 7. concatenatione. 44. 35 operientibus. 46. 37 cõiungitur. 50.11 dextrorſum. 57.4 lambda ad latera. 58.27 materialibus. 64.24 catharactę 64.30 ciphus gutturis. 72.21 inferuntur. 28.2 hęc. 89.32 pinguiſſimis. 102.23 melã choliæ. 112.18 Hic. 113.20 moderatius. 113.34 adinuicem. 115.11 cauſæ. 127.10 uitanda. 117.13 Aquę. 124.33 cepis. 137.1 menſtrua. 145.8 oppilatio. 147.28 fumus. 148. 8 & 9 quoduis. 152.24 phlegmatici. 157.16 & 160.34 modis. 167.2 putrida. 168.2 triplex. 168.22. lentes. 188. 17 aut. 212. 20 facies. 223.33 inſuper. 230.18 ſunt. 230. 36 ſic. 239.1 colligãtia. 242. 2 capitis. 242.6 patẽte. 245.1 Mẽte. 24.52 obliti. 245.2 claudere. 254. 24 ignoti. 254.26 anguſtia. 258.33 grauæ. 260.1 paruitate. 261.19 circundederit. 262.30 polipũ. 264.15 uuula. 265.8 uuula. 271.14 cõprobat. 298.24 cõſtringenda. 301.17 ſcitur apoſtema. 306. 19 debiles. 310.14 Phlegma. 311.25 putrida. 313. 22 abortus. 313.29 permaneat. 321.12 harũ. 337.3 digniores. 337.9 Febris. 337.21 nequit. 337.35 exteriori. 340.26 Hęc. 344.1 uaſis. 345.6 Podagricis. 346.10 erraſſe.

BASILEAE APVD HENRICVM
PETRVM MENSE AVGVSTO.
ANNO M. D. XXXIX.





S B

S B

S B

S B